

A close-up view of a decorative tile border. The border consists of a repeating geometric pattern in blue and white, set against a light-colored, textured background. The pattern appears to be a stylized floral or geometric motif, possibly a stylized 'Kufic' script. The tiles are arranged in a staggered, overlapping fashion along the edge.

3

3-3-288

Delaplanche H.




cooperacion  
Ex Coimbra Comitatum  
Fimero 82.



Muy Señor mio Supd<sup>r</sup>

F R A N . D V A -  
R E N I I V R E C O N S V L -  
T I O P E R A Q V A E A D  
hunc diem edita sunt, omnia quo-  
rum, Catalogum proximae,  
Pagella indica-  
bunt.

R.13053



Cum Priuilegio Regis.  
PARISIIS.

Apud Audoēnum Paruum , via ad diuum  
Iacobum, sub Lilio aureo.

1550.



**D**iplomate Henrici Francorum regis interdictum est horum librorum impressione distractioneque omnibus typographis ac bibliopolis, nisi quibus imprimere eos ac distrahere, Fran. Duarenus permiserit. Diploma signo regio maiore obsignatum est, cui And. Guillartus magister libellorum & Claud. Albastinus viri clarissimi subscripterunt.

### Lectori.

STUDIOSIS omnibus rem me gratam facturum existimauis, si Fran. Duareni lucubrations simul imprimendas curarem, tam eas que superioribus annis editae fuerant ab aliis sed ab auctore ipso nunc recens emendatae & auctiores redditae, quam quae iam primū in lucem exierunt. Sunt enim eius viri scripta huiusmodi, ut non ad iuris civilis modō, sed totius etiā antiquitatis cognitionem misere conducant. Quod si nostra in ea re industria tibi probabitur, breui ut spero eiusdem authoris monumenta in ius pontificium a nobis accipies: ex quibus intelligere poteris eum non minorem in pontificio iure quam ciuilis instaurando atque illustrando operam posuisse.

IN HOC VOLVMINE  
HÆC CONTINENTVR.



R A N. Duarenide in Litem  
iurando iudicisque bonæ fi-  
dei & arbitrariis commenta-  
rius ad amplissimum Virum  
Franc. Crispinum Ducis Au-  
relianensis cancellarium, pre-  
fidemque in Britannia citeriore.

Decretum senatus Biturig. in gratiam iuris stu-  
diosorum promulgatum, quod latinum ab eo-  
dem factum est.

Eiusdem in tractatum de partis lib. Pandect.  
I I. commentarius ad clarissimum virum  
Franc. Oliuiarium curiae Parisiensis Præsidem.

Partitio & enarratio methodica eiusdem tra-  
ctatus tam in Pand. quam in Cod. Iustin. au-  
thore eodem.

Epistola eiusdem ad And. Guillartum clarissi-  
mi viri And. Guillarti Libellorum in regia  
Magistri filium, de ratione docendi, discendi-  
que iuris conscripta.

Gulielmi Budæi epistolæ duæ quarum una ad  
Franc. Duarenum. Altera ad Ioannem Dua-  
renum

renum eius patrem scripta est.

Eiusdem Disputationum annuens sariarum Li-  
ber primus.

De imperio & iurisdictione Apologia eiusdē,  
aduersus Eguinarium Baronem iureconsultū.

De plagiariis & scriptorum alienorum com-  
pilatoribus, aliisque rebus cognitu dignis, epi-  
stola eiusdem ad Franc. Balduinum.

Indices singuli in libros singulos ordine qui-  
que suo collocati sunt nisi quid is quem in ti-  
tulum de partis scripsimus Excusoris improvi-  
dentia pretermissem ad voluminis finem re-  
poni curauimus.

## FRANDVARE- NI IURECONSULTI

D E  
In item iurando, Iudicisque Bonæ fidei,  
& Arbitrarii, Commentarius,  
A D

Amplissimum virum Franc. Crispinum, Ducis Aure-  
lianensis Cancellarium, sedemque  
in Britannia citiore.

Accessit clarissimi Biturigum Senatus decretū quod-  
dam in gratiam iuris studiosorum promulgatum.

A M P L I S S I M O  
V I R O F R A N C I S C O  
C R I S P I N O , D V C I S A V R E -  
L I A N E N S I S C A N C E L L A R I O ,  
F R A N C I S C U S D V A -  
R E N V S S A L

\*



O N minus verè, meo iudicio, quām scitè scripsit  
quidā, Felices esse eos qui-  
bus aut facere scribenda,  
aut scribere legenda, fau-  
ore numinis datum est. Sic  
enim statuo, aut nihil vs-  
quam beatum, aut beatifi-  
simos certè eos esse, qui preclaris atque eruditis litera-  
rum monumentis, communem hominum societatem sic  
iuuant, ut inde gloriā sibi cōparent immortalem. Quæ  
licet bonis viris per se expetenda non sit, tamen recte  
factorum comes est, & virtutem tanquā umbra cor-  
pus vtrō sequitur. Cōtrā miseram semper, ac miseran-  
dam eorum conditionem iudicauī, qui cū vix me-  
diocriter in studio bonarum disciplinarū versati sint,  
continuò scriptitandis libris ingenii famā aucupari  
solent. Hos siquidem istius inconsiderata temerariaque  
ambitionis suæ, eam mercedem crebrō ferre videmus,  
ut sapientum hominum & cordatorum iudicio, non  
modò pro doctis, sed vix etiam pro sanis habeantur.

a iii Porrd

Torridū hunc animi morbum cūm in rīc qīdātīcē, atque  
ex nimia quadam impudentia nasci certissimū sit, nā  
onuſ mīhi graue imposūtū video, mei apud te ſummuſ  
iudicem ingeniorum, tuique ſimiles, purgandi, quōd  
huius libelli editione nūc ſām ausuſ naſutissimo huius  
orbis theatro meipſum exponere. Non enim adeo mei  
amans, aut potius amens ſum, vt non cogitem, quām  
multa in hoc opuſculo grauiſſimi quiqe noſtri ordi-  
niſ homines ſint dīſyderati: ut imperium vulgus &  
calūniatores mittā, aduersus quoruſ vnenū, ut Aristophanes  
ait, nullū poteſt. & vtiſtoꝝ excogitari. Accedit  
etiam ad confidentiæ huius meæ exaggerationem, quōd  
parum exploratis adhuc viribus argumentū id traclā-  
dum ſuſceperim, cuius obſcuritas ea eſt, ut interpretum  
in hoc genere diligenterſſimi nobilissimique desperauen-  
t ſeſe aliquam ei lucem adferre poſſe, idque editiſ li-  
bris ingenuè iefatū reliquerint. Quorum diligen-  
tiā ſuperare hoc velut noſtræ artis tyrocinio niti, quid  
alind eſt, quām iꝫ πίδω τάρπηεαιιαρ μανδάνεμ, ut eſt in  
vetere Græcorū prouerbio. Neque enim atas mea, vel  
vſius, vel eruditio ea eſt, ut recepta autoritatis scripto-  
rum in iure ciuili cenzura magnopere mīhi conueniat:  
quaqui in ſtudijs doctrinæ atatem omnem exegerunt,  
ſibi nō audent arrogare, Præclarè etenim Plato, Fæli-  
cem eſſe dicebat eū, cui vel in ſenectute cotigerit, ut ve-  
ras opiniones aſſequi poſſit: ſiquidem raruſ eſt ut quiſ-  
quam mortaliū etiam conſecto vitæ curriculo, tam ex-  
cellentis boni cōpoſiat. Sed quando hoc noſtri quale-  
cūque opus, non in anīi oſtentatione ductus, neque ca-  
piādæ auræ popularis gratia, publicandū duxi, ſed ut

ſuſcennum

iuueniū studia labore meo vtcunque promouerem, id-  
que de sententia doctissimoruū hominum, & granissi-  
morū à me factū est: magna mibi spes ostenditur, ho-  
nestam voluntatem, & conatū meū à viris bonis boni  
consiliū iri. Posteaquā enim te autore legum interpre-  
tandarū causa in hoc gymnasii publicē accitus sum:  
memini, cùm iuris vtriusqne professoribus visum esset:  
in collegiū me suū cooptare, eamque ob causam solenni  
institutio publicē de iure respōdendi imposta mibi es-  
set necessitas, celeberrimū illū Mart. locū ex lib. IIII.  
Reg. qui sub titul⁹ De in litem iurando, in Pandectis  
existat, eiusdem ordinis decreto mihi propositum fuisse.  
In eo igitur enarrando, cum omnes ingenij neruos in-  
tenderem, cōmentariorum syluam quandā in manus  
sumpsj, iam tum à me collectam, cùm Lutetiæ Parisiō-  
rum Guli. Budei liberis libros Pādeclarū interpreta-  
rer. In ijs Paradoxa quædam erant in tractatū bonæ-  
fidei iudiciorū arbitrariorūque strictim anotata, quæ  
ego diffusius explicare in animū induxi, cùm vt rei  
ipsius nouitatem & subtilitatem iuris studiosos ad dispu-  
tandum elicerem, tum vel maxime, vt alieno magis,  
quam meo iudicio cōſi⁹ p̄ictoris Apellis exemplo, quæ  
in opere meo vitia notarentur, auscultas tandem caſi  
videretur emendarem. Quid multa? Eā, me Hercule,  
non ſolum attentionem, verū etiā affiſſionem noſtrā  
hac diæctib⁹ mihi tū mereri viſa eſt, vt ſpem meā expe-  
ctationemque vicerit. Quo noīe quāquā non mediocri  
gaudio efferebar, cōmentationesque meas tantis viris  
probari triumphabam, (aderat enim Iurisconsultorū  
iſignium copiosus ſanè numerus) eas tamen vt exire

sinerem, adhuc exorari non potui. Ac famæ meæ fortassis consultius fuisset, etiamnum in eadem sententia permanere, cōsilio Platonis obtemperantem, qui scribentibus præcipit τούς λόγους ἔνει καὶ κάτω σπέρει εἰπ χρόνω.

Crescentibus enim annis, confirmatōque aſſidua ac varia lectione iudicio, nō dubito permulta in scriptis meis esse, quæ expolitus olim, si liceat, atque adeo iure immutatur⁹ ſim. Siquidem diuitiae q̄eortidis (vt aiunt) sapientiores ſolent eſſe. Et hanc quidem ob cauſam editionem huius commentarij in tempus aliud non innitus diſtulifsem, ſi amicorum efflagitatio eam à me non expreſſiſſet. Quia enim illi profuturam studioſae legum iuueniunti non conſirmabante modò, ſed prätabant etiam, ac fide ſua eſſe iubebant: ea re factum eſt, vt me quod cupiebant, non nolle ſignificare. Nam & horum omnium präter exiūm in cendens huiusmodi ſcriptis iudicium, fides certè, & candor animi ſic mihi perspectus erat, vt neque eos omnino falli opinione, neque ab eis me eludi facile mibi prefuaderem. Illud quoque ad dubitationem meam, cunctationēmque tollendam magnum attulit momentum, quod ſi ſtudiorum noſtrorum, quorum tu fauor adiutorque maximus ſemper fuisti fructus aliqui iam exiſterent ſi non vberes atque maturi certè quales fert adolescentia, eos tibi iure optimo deberi intelligebam: optabānque identidem genus aliquod ſcriptorium meorum, vel cum aliqua exiftimationis meæ iactura, mier manus hominum versari, quod ſummae meæ erga te pictatis & obſeruantiae argumentum, testimoniumque velut publicis

blicis prescriptum tabulis est. Et si autem me non latet scriptiunculas basce nostras amplitudine tua patrum dignas esse, apud quem parietes ipsi, ut uadim, φιλολογώτερα loqui posse videantur, animos tamen mihi addidit singularis illa, quam tibi insitam esse animaduerti, humanitas, ut nunc eas ubi offerre nihil verear, & qualemque id est, quod ex animo grato beneuolōque proficiuntur, tibi non ingratum fore confidam. Porro autem huic libello criminatores non defuturos animo cogitatione que satis prospicio. Itaque eum ad te hoc etiam consilio potissimum mittere statui, ut quasi in fidem atque clientelam tuā se conferat: sicque patrocinio tuo, & autoritate, quam tu maximam meritisimò partam habes, defendatur. Causam igitur tibi delatam ut recipias, te etiam atque etiam rogo: cui si es adfuturus, minore negotio, ut equidem spero, vim aduersariorum frangere, calumniisque eorum obſistere poterimus: Si minus, qui tanā quæſtionem ſubinere ſolus potero? quādoquidem ea contra nos allaturi ſunt aduersarij, quæ inciari omnino vix poſſumus, quæque in iudicio literiorum hominum criminosa fortassis habebiuntur, duntaxat ſi δικαιοδογία ſeſe in hac cauſa præſtitent. Apud aquiores vero iudices, maiores cum fiducia cauſam diēlatus ſum te patrono, in cuius præſdio tantam ſpem collocaui, ut ne commentarium quidem noſtræ δικαιοδογίας ullum tibi mittam. Quæ enim ad criminis ſue remotionem, ſue translationem faciant quis te melius aut ſubtilius, homine in dirimentis atque indicandis controverſijs exercitatissimo,

mo, ex cogitauerit. cum presertim mei consilij sum-  
mariam à me tibi exposita sit. Vnum magnopere ve-  
reor, vt lectores paulo delicatores probaturi sint,  
quod bonam huius commentarioli partem in eges-  
tionibus aliquot, quæ aut sine in commodo omitti, aut  
breuius perstringi poterant, consumperimus. Qua-  
refaciendum mihi putavi, vt te admoneam aliquam  
huius facti rationem mibi constare. Quanquam enim  
mea sic ratio est, vt in enarrando iure ciuili prolixis  
verbosisque commentariis, quales omnium serè in-  
terpretum adhuc sunt, dilucidam breuitatem ante-  
ponat: tamen quia publicus ac inueteratus mos id fla-  
gitabat, inuitus primū hanc vulgarem docendi viam  
ingressus sum, deinde cùm in progressu multa occurre-  
rent ab interpretibus tractata, in quibus ipsorum diligen-  
tiā, & iudicium, vt dicam parcissimè, defuderarem,  
in eorum confutandis erroribus tenebrisq; discutien-  
dis libenter expatiatus sum, maximè cupiens id quod  
grauiussem. Iosocrates monet, ὅντες ιμινέμη τοῖς κατισσίπη  
& θάτωνωρεῖσης η τολμεῖσθαι πινεῖρ τῷρ μὲν καλῶς ιχόντωρ.  
Hinc facta sunt τὰ πέρερα κλίω τῷρ ιερωρ, ut dicitur,  
Mibi autem eo minus id vtilio verti debet, quod vtilia  
literis mandare conatus sum, & non pauca iuris cui-  
lis loca illustrare, quæ adhuc vulgo male intellecta, ma-  
gnam ei offuderunt caliginem. Id an assēquuntur sim,  
quia meum non est iudicare, tuo aliorūnque iudicio,  
in quorum manus hęc peruentura sunt, estiman-  
dum relinquo. Illud certè sedulo à me vitatum esse co-  
gnosces, ne in corrogandis vndique ac ambitiosius cō-  
memorandis autorum sententijs, consilij, decisioni-  
bus,

bus, eisque, ut sit, interpolandis nimius esset. Nam et si  
baccatione commentarius noster altero tanto auctior  
fieri poterat, & forte maiorem a vulgo gratiam conci-  
liare: id tamen ut facerem adduci non potui, quod hu-

iusmodi inutiles Rapsodias, a quibus natura  
semper abhorrei, quibus cunque sanis  
homimbus dispergere intelligam.

Vale. Biturigib. Gallorum

quarto Calend.

April.

M. D. XLII.

# INDEX PARADOXA

QVAEDAM POTISSIMVM CON-  
tinens, quæ in hac *discrepante* defen-  
duntur: Biturigibus publice  
disputata Anno.

M. D. XXXIX.

*Numeros verò, non paginorum, sed quos  
margini adscriptos vides,  
intelligito.*

 Vsurandum in litem, cur in certis tantum iudiciis deferatur, vera tradita ratio, quæ adhuc ab interpretibus animaduersa non fuit. 1.

In iis tantum actionibus, quæ ad restituendum, non autem ad dandum, tradendūmve competunt, in litem iurari. 2.

In actione Vibonorum raptorum, quia arbitraria non est, in litem non iurari. 3.

Si nummi depositi non restituantur, cur iusurandum in litem iudex non deferat. 4.

Intellectus verus l. nummis. de in lit. iurand. 5.

Intellectus l. primæ. ff. de contrah. empr. 6.

Obscurum non esse quamobrem in actione de dolo in litem iuretur, licet recentiores in ea re multū hæsitauerint. 7.

Noua ratione confirmata communis Dd. opinio, existi-  
mantū, in iureurando in litem, non vtilitatem modò  
spectatā esse, verum etiam affectionem, quæ singularē  
vtilitatem excedat. 8.

Accurs. Bart. Bald. Paul. Alex. Iason, cum plerisque aliis  
in intellectu l. si per alium. §. in eum. ff. ne quis eum qui  
in ius voc. toto cælo errasse. 9.

Verus sensus l. videamus. in prin. de in lit. iur. 10.

Cur in a-

76  
62  
14

Cur in actione Ad exhibendum , quæ ad restituendum  
non competit, in item iuretur. 11  
Bonæ fidei vocabulum quid significet apud Iurecon-  
sultos. 12

Judicia Stricta ac Bonæ fidei, cur sic appellata. 13

Cur veteres certa tantum iudicia bonæ fidei esse volue-  
runt, allata probabilis ratio: ea quæ Alciati est, reiecta,  
ac confutata. 14

Explicata defensaque Bar. opinio asserētis, Contractum  
bonæ fidei , cui dolus causam dedit, ipso iure nullum  
esse, præter communem omnium interpretationem senten-  
tiām. 15

Declaratus obiter vulgatissimus §. pactus ne peteret. l. &  
vñus. de paſt. 16

Vnde exceptionis appellatio emanarit. 17

Stipulatio dolo inita , cur ipso iure nulla non sit , noua  
ratio. 18

Cur apud veteres Iureconsultos dolii, itemque pacti ex-  
cep̄tio bona fidei iudicis inesse dicatur. 19

Bonæ fidei verbū quam vim & significationem habeat,  
Curtium non intellexisse. 20

Locus Ciceronis explicatus lib.3. de Offic. 9.21  
Albericum & Fulgosium existimantes in actione ex em-  
pro in item non iurari, rectius, veriusque sentire quam  
cæteros. 9.22

Iasoni Mayni cauillationes submotæ , quibus illorū ar-  
gumenta refellere conatur. 23

Hæc duo, Quanti interest , & Quanti in item iurati fue-  
rit, multum differre. 24

In iis tantum bona fidei iudiciis, quibus ad restituendum  
agitur, in item iurari. 25

Dissolutus nodus ex l. ei apud quem. ff. deposit. 26

In infinitum iurare, apud Vlpianum quid sit. 27

Taxationem judicis in iure iurando in item duplum ve-  
ræ estimationis excedere, contra Bart. &c cæteros. 28

An index in item ius iurandum deferre cogatur. 29

Iudicem regulariter ius iurandum in item ab auctore pre-  
stitum sequi debere, pro Fulgoso contra cōmune. 30

Cuius

Cuius dolis gratia in litem iurandum sit. 31  
Aduersus hæredem ob defuncti dolum nonnunquam  
in litem iurari. 32  
Culpa lata, leuis, & leuissima, quo sensu in iure accipi  
debeant. 33  
Sicut ob dolum, ita etiam ob culpam latam in litem iu-  
rari. 34  
Latam culpa in quibus casibus dolo comparetur vulgo ab  
interpretibus intellectum non esse. 35  
Recitata breuiter vulgaris doctrina de actionibus arbit-  
trariis. 36  
Quatuor regulas Bartolini in hoc editio. de Publica, fal-  
sas, vnaque litura omnes circunducendas esse. 37  
Quod Dd. somniant ex contemptu iudicis arbitrium  
quoddam nasci, quo iudex in litem iusurandum defer-  
reatur ad certam poenam condemnare potest, tam alie-  
num à verò esse, quam est vulgo receptum. 38  
Falsam esse vulgarem regulam qua traditum est, omnes  
actiones quibus ad restituendum agitur, arbitrarias  
esse quia iudex. &c. 39  
Confutata interpretum deliramenta, in enarratione ho-  
rum verborum Vel ex nouali causa seruum dedit. in §.  
præterea de actio. 40  
In actionibus arbitrariis iudicem nihil contra ipsarum  
naturam arbitrari. 41  
Quo sensu accipendum sit, quod à Iustiniano scriptum  
est, omnia iudicia absolutoria esse. 42  
Rei vindicationem ex numero actionum arbitrariarum  
esse. 43  
Explanatio l. qui restituere. de rei vend. 44.  
Actio qua id quod certo loco promissum est alibi peti-  
tur, an in numerum arbitrariarum referenda sit. 45  
Atheniensium, Romanorumque veterum ritus in feren-  
dis sententiis. 46  
An actiones noxales sint arbitrariae, & verba §. Præte-  
rea, de acto. eo pertinenia vero suo germanoq; sensu  
restituta. 47  
Arbitrariae à strictis & bonæ fidei actionibus quomodo  
differant

differant 48

In strictis iudiciis quando iusurandum in litem deferendum sit. 49

Declarata l. si quando. C. vnde vi. 50

Declarata item lex Nequid. de incend. ruin. 51

An absque probationis difficultate in strictis iudiciis in litem iureretur, & conciliare l. semper. §. in hoc interdicto. ff. quod vi aut clam. l. qui tabularum de furt. &c. l. argentarius. §. cum autem. de eden. 52

Si pecunia in sacculo signato deposita sit, cumque resignatum depositarius reddat, an deponentis iuriurando standum sit. &c. 53

Intellectus l. si duo. §. fin. ff. de iure iur. 54

Actionem ex testamento bona fidei non esse, & inibi quædam de natura strictarum & bona fidei actionum cognitu digna. 55

Cur actio funeralia & similes actiones in bonum & quantum conceptæ, bona fidei non sint. 56

Mart

# Martianus lib.

## III REGVLARVM.

**I**N Actionibus in rem, & in Ad exhibendum, & in Bonæfidei iudiciis in item iuratur: sed iudex potest præfinire certam summam, ad quam usque iuretur. Licuit enim ei à principio nec deferre. Item etsi iuratum fuerit, licebit iudicivel absolvere, vel minoris condemnare. Sed in his omnibus ob dolum solum in item iuratur, non etiam ob culpam: hæc enim iudex estimat. Planè interdum & in actione stricti iudicii in item iurandum est. veluti si promisor Stichi moram fecerit, & Stichus deceaserit: quia iudex estimare sine delatione jurisurandi non potest rem quæ non extat.

## PAVLVS LIB. XXVIII.

### AD EDICTVM.

**A**Liás & ex stipulatu, vel ex testamento agatur, non solet in item iurari.

FRANC

FRANCISCI  
DVARENIVRE  
CONS. COMME N-  
T A R I V S.

*In Actionibus in rem.*



V O D Martian⁹ de Actio-  
nibus in rem generaliter hīc  
scribit, ex vi verborum appa-  
ret, non de Rei vēdicatione  
tantū, verū etiam de actione  
Publiciana, Hypothecaria,  
Cōfessoria, & Negatoria ac  
cipien dū esse: idq; plerisque  
aliis Iurecōsultorū responsis  
expressum est.<sup>a</sup> Sed cur in his

potius, quām in Ex stipulatu actione, aut Ex testamēto,  
quā in psonā sunt, in lītē iuratur? <sup>b</sup> An quōd, cū in rem  
actione experimur, nō personā nobis obligatā esse, vt in  
aliis, sed nos in re petita ius aliquod habere cōtēdimus:  
Ideoq; in ea p̄babilior affectio nostra esse videtur? qđ  
Curtius & Decius existimauerunt. Mihi autē paulò dili-  
gētius hēc cōsiderāti, sānē quām infirma, & leuis hēc ra-  
tio semp̄ vīla est. Nam si mihi stipulanti rem aliquā pro-  
miseric̄ aliquis, quām maiorū meorum quondā fuit, exēpli  
causa, vel in qua ipsi sepulti sunt, aut domum in qua sum  
educatus, is quāti in litem iurauero, nō cōdēnabitur. Ob  
eas tamē causas, <sup>c</sup> aut alias huiuscemodi, iustā affectionē  
esse dicim⁹. Item hoc iuslurādū semp ad iurātis affectio-  
nem referri necesse non est, vt rectē nonnulli contra re-  
ceptam vulgō sententiā opinati sunt. <sup>d</sup> Nam potest actor,  
qui fortassis nulla affectione vtilitatē rei excedēre duci-  
tur, quantū sibi re vera sua re non carere expediat, iureiu-  
rādo declarare. <sup>e</sup> Ut igitur ipse quod sentio aperiā, ratio  
in primis attendēda mihi esse videtur, quamobrem hoc  
Iuslurādū, de quo disputamus, cōparatū est. Quā quidē,

a cūm

a l. qui restitue  
re. de rei vēd.  
l. Nefēni⁹. §.  
fundum. dere  
iud. l. eū qui de  
publ. si fūdus  
§. in vendicā.  
de pigno. l. ha  
rū. si fer. vēdt.  
b l. nostra. in fi-  
cum sequen.  
c l. si in empt. ff  
de minori. l. i.  
§ eo. l. alias si  
quid in frau-  
dem. patro.  
d Firmanus in  
repertorio.  
e l. videam⁹ ver  
si. nō enī supra  
eo. l. pe. i. fi. eo. l.  
l. iii §. ii hac  
commod.



## FRAN. DVAREN. COMM.

cum in aliquot Iurecōsultorū respōsis extet, iisq; mini-  
mē obscuris, mirum est ab interpretib⁹, adhuc eā aut nō  
intellectā omnino, aut certe parū animaduersam fuisse.

*a l. si tutor. in-  
fra eodem.* Ait enim Marcellus lib. x v i i i. Digestorū, <sup>a</sup> Si tutor ré  
adulti, quā possidet, restituere nolit, nō æquū esse p̄tio, <sup>cc</sup>  
id est, quāti res est, item æstimari: cum & cōtumacia pu-  
nienda sit, & arbitrio potius domini rei pretiū statuēdū  
sit, potestate petitorii in liē iurādi cōcessa. Sed & Pō-  
<sup>cc</sup>

*b l. si cū dos. §. po. ad Sabinū, <sup>b</sup> Si mulier res quas amouerit, nō reddat,  
fi. cū l. sequen.* æstimari debere respōdit, quāti in item vir iurauerit: p̄  
*Rerum amo.* non sit æquū inuitū suo pretio res suas vēdere. Ex quib⁹  
locis p̄spicuum est, huius Iuris duplē rationē esse: Vnā,  
q̄ cōtumacia eius, qui iudicis p̄cepto non paret, rem  
petitā restituere iubentis, p̄cēnā mercatur. Alterā, quia  
cū venditiones liberē, voluntariæque esse debeat, sicut  
reliqua genera rerum cōtrahendarū, cāq; libertas dua-  
bus in rebus maximē cernatur, nempe vt ne quis inuitus

*c l. necemere.* rem suā cogatur vēdere, <sup>c</sup> vtq; liberū sit venditori pre-  
*C. de iure de-  
liberan-* tium rei suæ diffinire quodcunq; voluerit: æquisimū  
est, vt venditori, cui ob aduersarii cōtumaciā imponitur  
vendēdi necessitas <sup>d</sup> saltem pretiū statuēdi arbitrium re-  
linquatur. Hanc verō rationē quis non videt in actione <sup>e</sup>  
Ex stipulatu, aliisq; locū nō habere, que ad dādū, tradē-  
dū, faciendūmūe cōpetunt? sed in iis tātūm, quibus ad  
rei restitutiōnē agimus, siue ea res corporalis, siue incor-  
poralis sit. <sup>f</sup> Nec multū refert actio in rem an in psonā

*f dicta l. qui re-  
lib. 2. ad editum scribit.* <sup>f</sup> Proinde in actione Fauiana,  
stutuere. <sup>g</sup> & Rerum amotarū, <sup>h</sup> licet vtraq; psonalis sit, in item  
*g l. tenetur, si* iuratur. Antequā tamen huic iuriurādo locus sit, neces-  
quid in frau. se est actionē, quā intenditur, ex numero arbitriarum  
patro. esse, de quibus infrā suo loco differemus. Idq; eiusdem  
*h dicta l. si cum* Vlpiani verba aperte indicāt, cūm ait, <sup>i</sup> Hæc sentētia ge-  
dos. neralis, siue interdicta, siue actiōes, & siue in rem, siue in  
*i d.l. qui resti-  
tuere.* persona fint ex quibus arbitratu iudicis quid restituitur,  
locū habet. Nam hoc iuriurādū, ad puniēdū eius cōtu-  
maciam, qui arbitrio, seu p̄cepto iudicis nō paret, quod  
ante cōdēnationē interponitur, maximē cōparatum est.

Quapro-

3 Quapropter existimo in actione Vi bonorū raptōrū, & alii similibus, quae arbitriae nō sunt, licet ad rei p̄priæ

4 restitutionē dentur, in item nō iurari. Ex iam dictis cōsequitur, Si nūmi depositi nō restituātur, nō ideo iusfūrādum litem à iudice deferēdū esse: <sup>a</sup> non tam q̄ nūmorum nulla sit p̄babilis affectio, vt Accursius, & ceteri vulgo crediderūt (iam enim cōfurata est eōrum opinio, qui hoc iusfūrādum ad affectionē solū referri volunt)

quām quōd, vt Vlpian⁹ ait, certa sit nūmorū æstimatione. Cūm enim non aliud sit huius iurisfūrādi finis, q̄ vt dominus rei suæ pretium statuat, clarū est ad eas res tātū id pertinere, quarū pretia incerta sunt, & secundū locorum

5 tēporumq; varietatē mutabilia. <sup>b</sup> Quod autē de nūmorum æstimatione Vlpianus scribit, <sup>c</sup> quātum negotii interpretibus exhibuerit, ex ipsorū cōmētariis intelligi potest. Nos verò rem non adeō obscurā, aut difficilē iudicēt, arbitramur earū rerū, quē in mercis numero habetur, æstimationē incertā, & mutabilē esse, cāmq; pecunia numerata fieri: quoniā, vt Aristoteles ait, μετρηται πάντα νομίσματα. At nummi, quōd Iabolenus scribit, <sup>d</sup> merce nequaquā æstimātur, eorumq; certa, ppetua, & immutabilis est æstimatio, qcūq; semel publicē cōstituta fuerit.

6 Huc pertinent elegatissima Pauli verba de emendi, vēdendiq; origine differentis: Electa, inquit, materia est, cuius publica ac perpetua æstimatio difficultatibus permutacionū æqualitate quātitatis subueniret, eāq; forma publica p̄cessū, vsum dominiumq; p̄bet, non tam ex sub-

stātia, quām ex quātitate: id est, publica illa estimatione, <sup>e</sup> qua quāti locabilis sit, intelligitur. <sup>f</sup> Sed de nūmis, quod ad nostrum institutū attinet, satis. Nunc videndum est, cur in actione de Dolo, quae in rem nō est, in item iuratur? Qua in re Curtius addubitā respōdit, hāc actionem cū actione Quod metus causa, tātā affinitatē habere, vt cū vna merē psonalis, altera verò in rē scripta sit, vix illa ratiō tanta diversitatē appareat. <sup>g</sup> quia ergo in actiōe Quod met⁹ causa, in litē iuratur, cōsequēs esse, & in hac quoq; in litē iurari. At cū inter has actiōes dissimilitudinē esse nō neget quidē, sed dissimilitudinis ra-

<sup>a</sup> l.nūmi. suprad  
eodem.

*In re iurisfūrādi  
electa rei  
estimatione*

<sup>b</sup> l.pretia rerū:  
<sup>c</sup> f.i. ad l.fal-  
cidiam.

<sup>d</sup> l.nummis.

<sup>e</sup> l.suita fide-  
iussorem. de  
fideiusto.

<sup>f</sup> l.i. de contrā-  
ben.emptio.

*Aristoteles  
lib. i. Politic.  
c.vi. que ex-  
trinsec⁹ de ver-  
bo. obliga.*

<sup>g</sup> Bar. in l. sed  
si ex dolo. ff.  
de do.

## 4 FRAN. DVAREN I COMM.

tionem nō esse fibi p̄spectā fateatur, aluēde quēsitis argū  
mētis eū impetere, qui suo, vt aiunt, mucrone cōficitur,  
superuacaneus labor eſſet. Itaq; respōdeo nō alia ratio-  
nem eſſe, q̄ quod hēc actio inter eas recensetur, ex quib⁹  
arbitratu iudicis quid restituitur. Nam in his actionibus  
in litem iurari nos paulo antē admonouim⁹. Idq; ostēdūt

*L arbitrio. de  
dolo.*

Vlpiani verba libro ad edictū x i. <sup>2</sup> Arbitrio iudicis in  
hac quoq; actione restitutio cōprehēditur. Et nisi sequa  
tur restitutio, sequitur condēnatio quāt̄ ea res eſt. At ta  
metiſi hac actione non rem meā, sed quā mea aliquando  
fuit, restitui petā, eadē ratio tamen, aut etiā maior, & hic  
in litē iurari suadet. Nam si in ceteris cōtumacia tātūm  
eius punitur, qui rem fortassis antea sine dolo possēdām  
nō restituit: quāto magis in hac actiōe iurabitur, in qua  
non huiusmodi tātūm cōtumacia, sed etiā admissus iam  
inde ab initio dolus arguitur. Et ita quoq; Curtius ipſe  
postea sensisse mihi videtur. Hinc perspici potest, q̄ latē  
pateat in hac disputatione ratio iam à nobis cōmemo-  
rata. Sed & eadē ratione alia quēſtio à recentiorib⁹ agi-  
tata, n̄i fallor, decidi potest, Vtrum in hoc iureiurando  
vera rei aſtimatio, ſue vtilitas, an verō iurantis affectiō  
ſpectāda ſit? Et ſanē multa in vtranq; partē p̄babilia ad-  
ducuntur, quā ſuſius in hoc loco tractari nō eſt necesse.  
Tātūm dico, hoc iuriurādū mihi videri ſic ad iurātis vti-  
litatem referēdū, vt ipſius quoq; affectiō nō nunquā at-  
tendēda ſit. Nam, vt aliorū argumēta pretermittā, quod  
dicitur, In vēditione pretiū rei, arbitrio domini ſtatūdū  
eſſe, dubiū nō eſt, quin generaliter accipiendū ſit adeo,  
vt ſi rem à domino emere volēs, pr̄ter iustū, & cōmune  
pretium grādem ei pecuniā offerat, ad cōpensandum id  
quod intereſt ipſius re ſua nō carere, affectioni vēditoris  
nihilominus indulgendū ſit, quā quidē in equis, canib⁹,  
rebūsq; aliis nō ita valde necessariis, aut vtilib⁹, immo-  
dica plerunq; cōſpicitur: ac qui mod⁹ eſt in hiſ reb⁹ cupi-  
ditatis, vt ait Cicero, idē & aſtimationis eſſe ſolet. Ni-  
hil etenim iure cautū reperitur, quo libertas ea in rerum  
vēditionibus minuatur, reſtringatur uere. Quod cū ita ſit,  
idē in hoc iureiurādovtīq; obſeruabitur: niſi forte qua-  
tenus

## DE IN LIT. IVRAN.

§

tenus iudex nimirū illā iurantis affectionē, taxatione adiecta, moderādā esse arbitratus fuerit. Cōcludēdum est igitur, In his tātū actionib⁹ in litē iurari, quib⁹ ad rē restituendā agimus. Cui aduersari videtur quod Vlpianus  
 scribebat, Aduersus eū, qui in ius vocatū vi exemerit, in fa  
 c̄tum iudiciū dari, quo nō id cōtinetur, quod in veritate  
 est, sed quāti ea res est ab actore a estimata, de qua cōtro  
 uerſia est. Quod enim ipse ait, Quāti ea res est, &c. Ac  
 cursius, Bartol., Bald., Paul., Alex. & Iason cū plerisq; aliis  
 de iure iurādo in litē interpretātur. Atqui fieri potest, vt  
 q̄ eo iudicio experitur, de restitutiōe rei nō cōtédat, sed  
 pecuniā aut rem aliā sibi dari, tradīcū postuleat. Verū ea  
 interpretatio q̄ absonta sit, & à puritate, elegātia, & per  
 spicuitate Vlpiani verborū aliena, obscurū nō est.. Quā  
 doquidē nō de re a estimāda, sed q̄ iam estimata est aper  
 tē loquitur Vlpian⁹. Vnde apparet ea verba, salua ratiōe  
 recti sermonis, de iure iurādo in litē accipi nō posse. Ve  
 rior est itaq; Fulgosii sententia, secundū quā hoc tantūm  
 Vlp. sensit, pœnā in ius vocatū eximentis hanc esse, vt ad  
 id, quod re vera debebatur actori, ab eo, qui exēptus est,  
 non cōdēnetur; verū cōsiderata tantūm actoris aduersus  
 eum petitione, summā eā iudicio in factū p̄fētare cogā  
 tur, qua ab actore in libello petita est, licet vocatus eam  
 forte nō debuerit. Hoc enim significat & sequētia eiusdē  
 verba: Hoc enī additū est, vt appareat etiā si calūniator  
 quis sit, tamē hanc pœnā eū p̄sequi. Cæterū quia ple  
 risq; magni nominis interpretibus p̄suasum est, in omni  
 causa pupillari in litē iurādū esse, etiamsi ex stipulatu, aut  
 ex testamēto agatur, quod supradicta cōclusioni nostrae  
 cōtrariū est, paucis hunc errorē labefactare visum est, &  
 10 Vlpiani verba <sup>b</sup> interpretari, quae si illi perpēdissent ac  
 curatiū, in eū errorē nunq̄ incidissent. Videam⁹, inquit,  
 in causa tutelari quis iurare, & aduersus quem possit. Et  
 quidē ipse pupillus si īpubes est, nō potest. & cætera que  
 sequuntur. Causam tutelarē in eo loco pupillarē interpre  
 tātur, quod vt à pprietate sermonis alienū est, ita fequé  
 tib⁹ verbis minimē cōsentaneū. Ea igitur verba de actio  
 ne tutelē, quæ aduersus tutorē, aut ei⁹ hāredē intēditur,

<sup>a</sup> L. pen. §. i. ne  
 quis cum qui  
 in ius.

<sup>b</sup> L. videam⁹ in  
 prin. supra eo.

accipiēda esse existimo: in qua actione in item iurari du  
 a toto titulo. bium nō est.<sup>a</sup> Quod si quis fortè obiciat, sensum verbo  
 de in lit. iur. rum exposcere, vt actorem potius, q̄ reum tutorem hīc  
 Cod. & l. tu intelligamus; Respōdeo, Cōtingere posse, vt tutor no-  
 tor. infra eo. mine pupilli actione tutelæ aduersus cōtutorē suum ex-  
 periāt, remotū videlicet suspicīōis causa, vel ob causam  
 b §.i. Inſtit. qui legitimā excusatū, qb̄ modis tutela finiri solet. b Vnde  
 b modis tut. qd̄ postea sequit, Autoritatē iuris nō refragari, quo mi-  
 fin. nus iudicio, qd̄ inter ipsos acceptū est, &c. cōmodē sic  
 stelligi potest: Inter ipsos, scilicet tutorē noīe pupilli agē  
 tē, & eū q̄ suspect⁹ remot⁹ est, vel ob iustā causā excusat⁹.  
 Sed & nostrā sententiā cōfirmat, quod paulo post idem  
 Vlp. scribit: Nō enī ad suā vtilitatē iuris iurādi referēda  
 aestimatio est, sed ad dñi, cui⁹ noīe tutelæ ratio postulat.<sup>c</sup>

### *Et in Ad exhibendum.*

c l. iii. §. est aut̄ H A E C actio psonalis est, neq; ea ad restituēdū dat,  
 ff. ad exhiben. cūm Exhibitio à Restitutiōe multū differat:<sup>d</sup> in ea tamē  
 d l. plus est. de in lité iurari potest, vt hic Martian⁹ ait: idēq; Vlpianus  
 verbo signif. nō vno in loco scripsit.<sup>e</sup> Quod vtiq; accipiēdū est, ne ab  
 e l. 3. §. pterea. iis, quæ iam dixim⁹, dissideat, cū ab eo intēdit, q̄ in rem  
 & l. Celsus. actur⁹ est, f̄ quiq; nō potest aliter rē suā à pōssessore vidi-  
 ad exhibēdū. dicare, qd̄ nō raro cōtingit.<sup>g</sup> Nā hēc actio ppter vindī-  
 f dīcto §. est au tem. cationes maximē inducta est.<sup>h</sup> In hoc aut̄ casu nō minus  
 g l. gemma eo. sanē & quā est in lité iurari, q̄ si quis rem suā sibi restitui-  
 titu. petat. Cū enim res nō nisi exhibita vindicari possit, reus  
 h l. i. ff. eo. titu. in hac actione cōtumax, viā actori ad rem suā vindicādā  
 praecludit. Quare si veram litis aestimationem soluendo  
 liberetur, actor iusto pretio rē suā ei cogetur addicere.

### *Et in Bonæ fidei iudiciis.*

P O S T V L A T hic locus, vt re paulo alti⁹ repetita,  
 de strīcis & bona fidei iudiciis differam⁹, quo facilior  
 atq; expeditior sit horū verborū explanatio. Nā & ad  
 cognoscēdas arbitrarias actiōes, de quib⁹ postea dicturi  
 sum⁹, id magnopere necessariū est. Vt igitur ea, que vul-  
 gus interpretū q̄ eruditē nō dico, certē parū vtiliter in  
 hanc rem scripta reliquit, silentio prētereamus, in primis  
 admonendi sum⁹, verbū hoc Bona fides πολύτελη εἴη, 12  
 eoq;

eoq; interdū significari, quicquid à dolo, fraude, callidi-  
 rate alienū est. Quo sensu nos Bonā fidē p̄stare. <sup>a</sup> Bona fides possidere, <sup>b</sup> Negorū bona fide cōtractū, <sup>c</sup> Rem bo-  
 na fide venditā dicim⁹. Rectissimē ergo dictū est, In omni nego-<sup>d</sup> tū, l. si cū fundū.  
 ni neg otio cōtrahendo bonā fidē necessariā esse, <sup>e</sup> cūm ab omni cōtractū dolus malus abesse debeat. Nōnunq; <sup>f</sup> de cōtrahē. emp.  
 & p̄ eo usurpatur, quod Graci <sup>institutio</sup>, nos Bonū & <sup>g</sup> res bona. de  
 Aequum appellam⁹. Vnde Tryphon.lib.9. Disputatio-<sup>h</sup> reb. dub.  
 num, <sup>i</sup> Bona fides, inquit, quæ in contractibus exigitur,  
 sūmā equitatē desiderat. Et Cai⁹, def. <sup>j</sup> Actiōe negotiorū d. bonā fidem.  
 gestorū, tām directa, q̄ cōtraria loquēs, His actiōib⁹, ait, <sup>k</sup> C. de actio.  
 inuicē experiri possunt, de eo quod alterū alteri ex bo-  
 na fide p̄stare oportet. Hinc illa fideiusiōis formula  
 apud Paulū lib.5. Respōsorū. <sup>l</sup> Inquātū illū cōdēnari ex f. l. ex maleficia.  
 bona fide oporebit, tātū fide tua esse iubet? Inde etiā iu-<sup>m</sup> de actio. <sup>n</sup> T  
 dicia bonę fidei appellata, in qb⁹ iudex ex p̄toria formu-  
 la, liberā iudicādi facultatem habet, qđ sibi æquū visum g. l. quāro. lo-  
 fuerit. Nam olim Romē causas priuatas Prētores nō iu-<sup>o</sup> cati,  
 dicare, sed litigatorib⁹ tātū Iudices perētib⁹ dare sole-  
 bāt, q̄ Recuperatores vocabātur. Ac in iudiciis qbusdā  
 Prētor in ea ferē verba formulā cōcīpiebat, qb⁹ cōtra-  
 hētes simul vñi essent, aut aliās secūdū rei, de qua agebāt,  
 naturā angustis strīctisq; finib⁹ iudicis potestatē sic inclu-  
 debat, vt fas ei nō esset vel latū vngue ab ei⁹ p̄scripto re-  
 cedere, tamē si fortē id a quā esse iudicaret. Ob eamq;  
 causam Strīcta iudicia, seu Strīcta actiōes sunt appellatæ.  
 Etenim strīcti iuriis actio aut iudiciū, nusquam in veterib⁹  
 emēdatiisq; codicib⁹ q̄ manuscripsi sūt legim⁹, sed actio  
 strīcta poti⁹, strīctū iudiciū, actio strīcti iudicii, <sup>p</sup> Sed plē h. l. iii. §. in hac  
 raq; loca corrupeūt vel diligētissimi quiq; typographi  
 nos strīctēporis, vt de Theophili iſtitutorū p̄raphraſtis  
 interpretib⁹ taceā, apud quē actiōes in strīctas & bona  
 fidei diuidūtur, in Græco codice, nō in tralatiōe Latī-  
 na quē vulgō circunfertur. In aliis antem muſtō laxiori ē,  
 liberioremq; potestatē formulę ipsae tribuebant iudi-  
 cibus: vt ecce in eo contractū, quem veteres Fiduciā ap-  
 pellabant, vñitata erat hæc formula, Vt inter bonos bene-  
 agier oportet, & sine fraudatione. In rei vxorię actione,  
 a iiiii Quod

Quod æquius melius. cui<sup>o</sup> nō tātūm Cicero, sed Procu-

*a Cicero lib. iii. lus quoq;<sup>o</sup>, & Iabolenus Iurecōsultū meminerūt.<sup>o</sup> In Em-  
de offi. l. si cū ptione, Vēditione, Locatione, Cōductione, & quibusdā  
Cornelius. de aliis cōtractib<sup>o</sup>. Ex fide bona, formulę ascribebatur, idq;  
sol. l. pen. solu. Ciceronis loc<sup>o</sup> in Topic. ad Trebatū Iurecōsultū ostē-  
matri.*

dit: In omnib<sup>o</sup>, inquit, iis iudicis, in quib<sup>o</sup> ex fide bona  
est additū, plurimus causarū vsus est, id est, vt Boëthius  
interpretatur, in quibus ita judices dātur, vt non strictas  
inter litigātes stipulationes, sed bonā fidē querāt. Vnde <sup>14</sup>  
tractatū est, Cur iuris autores certa tātū iudicia bone  
fidei esse voluerint. Et nōnulli crediderunt, q̄ Emptiōis,  
Vēditionis, Locationis, Cōductionis, & similiū contra-  
etuum frequēs sit, & quotidianus vsus, id vtilitatis causā

*b Faber in. §. actionum. de action. argu. l. iusto. de vsu cap.* constitutū fuisse. <sup>b</sup> Quod si verū est, stipulatio vtiique in  
eum numerū videtur rēferri debuisse, cūm sit contract<sup>o</sup>  
inter oēs frequētissim<sup>o</sup>. Et parū me mouet, quod quidā  
recētores respōdēt, Stipulationis vsū, cūm iure tantū  
ciuii, id est, Romano introducta sit, nō tam latē patere,  
*c Alc. in l. bo- na fides. de- posī.* quām cæterorū contractū, qui iuris gentium sunt, & in  
vsū omniū gentiū versantur. Nec enim ad rem multū p-  
tinere arbitror, q̄ frequēs apud cæteras gétes, sed quām  
assiduus Romē stipulationū vsus fuerit. Et sane verissimi-  
le est, priscos illos Romanos, in cōstituéda forma, & ritu  
iudiciorū exercendorū, non tam attendisse, quid aliis gé-  
tibus, q̄ quid ciuitati suę vsui esset futurum. <sup>d</sup> Itaq; pba-  
bilis est, ad necessitatē contractū magis, q̄ ad frequē-  
tiam eos respexisse: & ita sensisse veteres, licet parum elo-  
cuti sint, facile mihi psuadeo. Siquidē huiusmodi cōtra-  
ctuum adeò necessarius est vsus, vt sine his humana socie-  
tas ne cōsistere quidē possit, ad cuius cōseruationē refe-  
rēda sunt omnia, quæcūq; tot tantisq; iuris voluminibus  
cōtinentur. Neq; aliud locupletius huius rei testimoniu-  
requirendū est, q̄ Scæuola illius Pōtif. Maximi, qui, vt  
autor est Cicero, maximā vim esse dicebat in iis arbitriis  
in quibus adderetur, Ex bona fide: Fideiq; bonæ nomen  
existimabat manare latissimè, idq; versari in tutelis, so-  
cietatibus fiduciis, rebus emptis, vēditis, locatis, condu-  
ctis, quibus vita societas cōtineretur. Et hæc quidem ha-  
ctenus

*d arg. l. p. supra iusti. & iure.* tibus, q̄ quid ciuitati suę vsui esset futurum. <sup>d</sup> Itaq; pba-  
bilis est, ad necessitatē contractū magis, q̄ ad frequē-  
tiam eos respexisse: & ita sensisse veteres, licet parum elo-  
cuti sint, facile mihi psuadeo. Siquidē huiusmodi cōtra-  
ctuum adeò necessarius est vsus, vt sine his humana socie-  
tas ne cōsistere quidē possit, ad cuius cōseruationē refe-  
rēda sunt omnia, quæcūq; tot tantisq; iuris voluminibus  
cōtinentur. Neq; aliud locupletius huius rei testimoniu-  
requirendū est, q̄ Scæuola illius Pōtif. Maximi, qui, vt  
autor est Cicero, maximā vim esse dicebat in iis arbitriis  
in quibus adderetur, Ex bona fide: Fideiq; bonæ nomen  
existimabat manare latissimè, idq; versari in tutelis, so-  
cietatibus fiduciis, rebus emptis, vēditis, locatis, condu-  
ctis, quibus vita societas cōtineretur. Et hæc quidem ha-  
ctenus

Etens de actio num diuisione in Strictas & Bonæ fidei,  
 p iis quæ ab interpretibus aliis nō solū multò verbosius  
 scripta, verum etiā spinosius, & cōfusius disputata, hodie  
 in ipsorum cōmētariis vulgo legūtur. Quæ quidē omnia  
 tametsi iuris, & bonarū literarū studiis iuuenibus ma-  
 gna ex parte satisfactura nō diffidā, ē re tamē ipsorū esse  
 existimauit, ex vulgaribus aliorū opinionibus in eam po-  
 tissimū inquirere, quæ cæteris insignior, atq; adeo pro-  
 babilior esse mihi visa est. Ea autē est Curtii iunioris, nō  
 obscuri memoria nostra legū professoris, qui bona fide  
 hoc in loco, aliisq; cōsimilibus, secundū priorem illā si-  
 gnificationē, quā suprā exposuimus, intellexit. Ait enim,  
 Bonę fidei actiones dictas esse, quod licet dolus ab om-  
 ni cōtractu abesse, ac bona fides vbiq; adesse debeat, ta-  
 men in iis cōtractib⁹, qui bona fidei sunt, magis necessa-  
 ſia sit, & ad eorū substatiā ptineat. Nam cōtractus bona  
 fidei, cui dolus causam dedit, ipso iure null⁹ est. <sup>a</sup> Stricti  
 iudicii nō item. <sup>b</sup> Sed hæc opinio quam lögè à vero ab-  
 sit, haud quaquam erit intellectu difficile: cum quid sit,  
 Cōtractū dolo initū ipso iure nullū esse, veluti παραγρῶς  
 explicauerimus. Cui⁹ rei cognitio ad elucidāda pleraq;  
 iuris ciuilis loca, tenebrosa alioquin & obscura, magnam  
 lucē, vt opinor, allatura est. Itaq; in primis animaduertē  
 dum est, ius ciuile vetustius veteres Iurecōsultos ad dif-  
 ferentiā iuris Prætorii ιμφατικῶς ipsum Ius vocare solitos  
 fuisse, p à paucissimis animaduersum esse scio. Prætor e-  
 nim, qui iuris ciuilis custos dicebatur, tollédi quidē, aut  
 abrogādi ius Ciuile & p. r. leges ius non habebat: <sup>c</sup> sed  
 interpretatio, emendatioq; illa quæ ex bono & æquo sit,  
 quam Aristoteles ἵπανθροπα τε νομίμας διναις vocat, ipsi  
 pmittebatur. <sup>d</sup> Quod igitur emēdando illo veteri iure  
 hoc modo statuerat, licet ius diceretur, tamē quia legib⁹ <sup>e</sup> & iure  
 & iure ciuili erat inferius, & quasi vox quædā viua, inter  
 pretatioq; iuris Ciuilis, ius illud primariū, ex quo Præto- <sup>f</sup>  
 rium originē dicit, exprimere volētes Iurecōsulti, ipsum <sup>g</sup>  
 Ius appellarunt. Quod & Græcus autor Harmenopulus <sup>g</sup> aperte ostēdit lib. 1. tit. 9. Sed & Merū ius, <sup>e</sup> aut strictū,  
 vel Solenne, <sup>g</sup> nonnunquam etiam ius simpliciter & <sup>f</sup>  
 sine <sup>g</sup> fideiuss.

<sup>a</sup> l. & elegātē  
de dolo. l. i cau-  
ſe. de minor.  
<sup>b</sup> l. dolo. C. de  
inutil. stipul.

<sup>c</sup> l. i. de fer. l. i.  
ex quib. caus.  
ma. l. cum spō  
sus de public.  
<sup>d</sup> l. ius autē. de  
insti. & iure.  
<sup>e</sup> l. in cauf. de  
minor.  
<sup>f</sup> l. penul. de cō  
sti. pecu.  
<sup>g</sup> l. nec ex Præ-  
torio. de reg.  
iur l. vbiq; &  
de fideiuss.

sine adiunctione ab eisdem dici solet. Vnde Vlpian<sup>o</sup> interpetans edictum de superficiebus, Seruitutes, inquit, cōstituta sunt, & ipsae ad exēplū ea-  
 a l.i. §. fin. de <sup>a</sup> Prætorio quoq; iure cōstituta sunt, ut libus actionibus pe-  
 superfi- rum, quē ipso iure cōstitutæ sunt, ut libus actionibus pe-  
 bl.i. ff. qđ fāl.tu. tūtūr, Idem: <sup>b</sup> Si prætor decreuerit ratum se habiturū, id  
 quod his autoribus gestū est, tūc valebit p Prætoris, tui-  
 c l.i. quib. mod. tionē, nō ipso iure. Idem: <sup>c</sup> Parui resert, vtrū iure sit cō-  
 vſus fr. amit. stitutus vſusfructus, an tuitione Prætoris. <sup>d</sup> Idem: Illud  
 d l.i. vſusfruct. sciēdū, siue ipso iure quis vſumfructū habeat, siue p tui-  
 ff. vſusfruct. tionē Prætoris, nihilominus cogendū esse fructuariū ca-  
 quemad.ca. uere, aut actiones suscipere. Eōdem pertinet quod Pau  
 e l. si vñus. § pa lus lib. 3. ad edictū scribit, <sup>e</sup> Prius pactū p posterius ipso  
 Elus de pac̄t. iure non elidi, sicut stipulatio tollitur per stipulationē.  
 Nō enim vt de stipulationib<sup>o</sup>, ita etiā de pactis cōuētis  
 quicq; legib<sup>o</sup> Romanis vñq; cautū fuisse legitur. Nā que  
 lex, inquit Anneus Seneca, ad id præstādum nos, quod  
 promisimus, alligat? Sed prætor æquitate motus, & iuris  
 Ciuilis asperitatē in ea parte corrigēs, pacta tuerit. Va-  
 lēt ergo nō ipso iure, sed p tuitionē Prætoris, Hui<sup>r</sup> reifi-  
 dē faciūt hēc Ciceronis verba: Pacta quēdā sine legibus  
 obseruāda sunt, que iam ita iusta putātur, vt iuri prestare  
 dicātur. Iuri autē ideo dicūtur prestare, quia cū Prætor  
 exceptione data, eū qui iure Ciuali obligat<sup>o</sup> est, tuerat  
 f §. i. Inſtit. de <sup>f</sup> appet actionē iure ciuali cōpetētē inutilē & ineffica  
 exceptio. cē remanere. <sup>g</sup> Hinc crebro legim<sup>o</sup>. Iure ciuali obligatū  
 g Inhilinterest esse eū, qui iure Prætorio, id est p exceptionē, nō debet.  
 de reg. iur. <sup>h</sup> Nā si quis iure ciuali obligatus esset, verbi gratia, ex sti-  
 h l. quod sima- pulatione, nō ideo Prætor actionem stipulati denegare  
 ritus. de con- poterat, p̄missorē dolo inductū fuisse ad p̄mittēdū,  
 sti. pecu. aut metu coactū à stipulatore intelligeret, quāuis iniquū  
 i exceptio de esset eum cōdénari. Prætori enim legem interpretari, nō  
 exception. tollere cōcessum erat, vt iā diximus. Itaq; iudiciū ex sti-  
 pulatu secundū legem dabat: non tamē purū, aut sim-  
 plex, sed cōditione, i seu exceptione adiecta, quā legis  
 asperitatē mitigaret, in hūc videlicet modū: Si paret Ti-  
 tiū Sempronio stipulati centū promisisse, Meuius iudex  
 esto, extra q̄ si dolo induct<sup>o</sup> aut metu coactus p̄misserit.  
 Vnde exceptiones dicit<sup>o</sup>, Qua de realibi copiosius à no  
 bis

28 bis disputatum est. Porro sciendū est, olim apud priscos Romanos, contractum dolo initum efficacē fuisse, Doliquid; admissi apud iudicem nullam rationem haberi solitam nisi in Bonae fidei iudiciis, aut nisi Minor quispiam circumscriptus esset. Ad quod comprobandum, cuius auctoris potius testimonio, quam eiusdem Ciceronis utr?

, qui Offic.lib.3. Atq; iste Dolus malus, inquit, etiam legibus erat vindicatus, ut tutela X II. tabulis & circumscripicio adolescentium lege Lectoria, & sine lege iudiciorum, in quibus Ex fide bona, additur. In cæteris vero iudiciis omnino impunitus erat Dolus, antequā Aquilius Iureconsultus, formulas quasdam edidisset, quas in iudiciis aduersus dolosos cōstituendis Prætores sequentur. Idem eodem libro, Stomachari, inquit, Cannius: Sed quid faceret? Non dū enim Aquilius collega, & familiaris meus, p̄tulerat de Dolo malo formulas. Idem lib.3. de natura Decrū: Inde tot iudicia de Fide mala, Tutelæ, Mādati, Pro socio, Fiduciæ, reliqua quæ ex empto, aut vendito, aut cōducto, aut locato cōtra fidē fuit. Inde iudiciū publicū rei priuatæ lege Lectoria. Inde euerriculū malitia- rū oīm, iudiciū de Dolo malo, quod C. Aquilius familiaris noster p̄tulit &c. Ex his locis apparent Dolū iure ipso id est, ciuiili ī bone fidei iudiciis vīdicari: in cæteris iure tātū Prætorio, scilicet p̄ actionē vel exceptionē Doli. Id quod sanè luculēter exprimit idē autor lib. de Of. I. dices; Lā illis p̄misīs nō stādū esse, quis nō videt? que coacto Metu, aut Dolo decepto quis p̄misiterit: quæ quidē pleraq; iure Prætorio liberat, nōnullæ legib⁹. Hic colligere licet in Bonae fidei iudiciis cōstituēdis supuacaneū esse Doli exceptionē adiicere, tametsi aliis id oīno sit necessariū. Cui sententię Vlpianū Iulianūq; autores laudo, qui exceptionē dolii, oīb⁹ Bonae fidei iudiciis inesse scribūt. Idēq; de Exceptiōe p̄acti⁹ ab eodem Iuliano responsum ē. Sed eo reuertamur, vnde huc nostra declinavit oratio. Vtcūq; igit̄ verū sit, quod Curtius de Dolo ī cōtractib⁹ admisso scribit, tñ lati⁹ patet Bonae fidei vocabulum, ad eosq; cōtract⁹ etiā p̄tinet ī quib⁹ cōtrahētiū dol⁹ minime argui. Huiusq; rei exēplai eo Tryphonini locob⁹ l. iii. de refūcū dilucida dēda vēditio.

4. l. huiusmodi  
 § qui seruū de  
 legatis primo.  
 l. sed et si ideo.  
 folu. matrimo-  
 nio.

- a d. l. bona fi- dilucida extat, cui<sup>9</sup> paulò antè meminim<sup>9</sup>.<sup>2</sup> Sed & Vlp<sup>9</sup>  
 des. quoq; scribit, <sup>b</sup> In actione depositi fructu, & oem causa  
 b l. §. hæc ac. venire; quoniam bonæ fidei est, fideiq; bone cognitum ad  
 de pos. oes huiusmodi accessiones depositarium cōdénari. Huic  
 c l. si mādauero dissimile nō est & quod Paul<sup>9</sup> ait: Si plurib<sup>9</sup> hæreditibus  
 §. Julian<sup>9</sup>. mā vēdētib<sup>9</sup> vni mādauero, vt rē hæreditariā mihi emat, etiā  
 dati. p ea parte, p qua hæres sit, mādat actioe mihi obligatū  
 esse, & si ppter hoc rem extraneo nō addixerit, p māda  
 tum suscepere, ex bona fide esse, pstante ei pretiu quanti  
 vēdere poterat. In his exemplis & sexcentis aliis, quæ in  
 d l. si fidei usq;. eadē rem adduci possent, clarū est nihil aliud Bonā fi- 20  
 dem significare, q iustitia & æquitatis quādā, vt ita di-  
 quādā. māda. xerim, medullam, quæ in his iudiciis cōsiderāda est, etiā  
 e l. i. de iust. & si de dolo malo iter cōtrahētes admissō cōtrouersia nul-  
 iure. la sit. Et in summa in his iudiciis, vt Vlpianus ait, <sup>d</sup> de api-  
 f l. si seruum §. cibus iuris disputandū non est, sed de eo tantū, quod  
 sequitur. de æquitati, & bona fidei est cōsentaneū. Quod quidē di-  
 verbo. oblig. iudicare cuiuslibet iudicis nō est, cū in boni & æqui dis-  
 g Alcia. t. l. bo putatione, plerūq; sub autoritate iuri sciētię, quæ ars bo-  
 nafides. depoſ. ni & æqui est, pnciosē errari soleat. <sup>f</sup> Vnde & Q. Scer-  
 b l. iii. §. in hac uola Pōtīfex Max. dicebat, In iis magni esse iudicis sta-  
 ff. commod. tuere, pseritum cūm in plerisq; essent iudicia cōtraria, id  
 i l. i. §. in depoſ. est, cūm iudices ipsi variè iudicarēt, & aliud alii iudicii æ-  
 ff. depoſ. quū videretur, quid quēq; cuiq; pstante oporteret. Quæ  
 k l. tutor. infra verba inter recetiores iuris interpretes quidā eruditissi-  
 eodem. mussē perabsurdē ad aliū sensum detorsisse mihi videtur:  
 l l. si cui locaue perinde, quasi ea Scœule verba de contrariis & directis  
 ro. ff. locati. actionibus intelligātur: de quib<sup>9</sup>, nisi ego vehemēter fal-  
 m l. si filio. §. ma- lor, ne per somniū quidē vnquam cogitauit. Sed hēc ha-  
 ritū. solu. ma- & tenus. Iam ad verborū interpretationē veniamus. Ait  
 trimo. Martiartus, In bona fidei iudiciis in item iurari; velut si  
 n l. sed et si lege. actione Cōmodati, <sup>h</sup> Depositū, <sup>i</sup> Tutelā, <sup>k</sup> Ex locato,  
 §. hæc verba. <sup>l</sup> Ex stipulatu, p dote, <sup>m</sup> Petitiōe hæreditatis, <sup>n</sup> ad rei suę  
 et l. si posses restitutiōne quis agat. Ethoc de directis actionib<sup>9</sup> intel-  
 for. §. si. de pe- ligēdū est: quoniam in contrariis manifestū est, in item  
 ti. hered. nō iurari.<sup>o</sup> An autem in actioe Exempto in litē iuretur,  
 o l. ei apud. de- tractari solet. Et Hugolin. credidit, his Martiani verbis,  
 pos. cum generalia sint, actionē Exempto cōtineri. At Azo  
 contra,

5 , contrà, eò potissimum motus, qd Vlpianus scribit, Si res  
 5 , vendita nō tradatur, in id quod interest emptoris agédu  
 5 , esse. <sup>a</sup> Cui consentaneum est & quod Alex. imperator <sup>a l. i. de actio.</sup>  
 5 , Pomponio rescripsit, <sup>b</sup> Si venditor hæreditatis emptori  
     res hæreditarias non tradat, eásque rursus alteri vendat, <sup>b</sup> emp.  
     quia cōtractus fidem frangit, ex empto actione cōuētū,  
     id quod interest p̄f̄stare cogendū esse. Et hāc posterio  
     rem sententiā Bart. veriorē esse non negat, si venditor  
     retradēdā facultatē non habeat. Alioquin ad punien-  
     dam contumaciā & dolū non tradentis iusurādum in  
 22 litem deferēdū esse ait. Fulgosius autem ne hoc quidem  
     casu iurandū esse contendit, cùm venditor rei tradēdā  
     facultatē habet. Mouetur Dioclet. rescripto, cui<sup>o</sup> verba  
 5 , subiecimus: <sup>c</sup> Si traditio rei vēditē iuxta emptionis cō-  
 5 , tractū procacia vēditoris non fiat, quanti interesse cō-  
 5 , pleri emptionem fuerit arbitratus Pr̄fes prouinciæ, tan-  
 5 , tūm in condemnationis taxationem deducere curabit.  
     Hēc verba quin de eo accipienda sint, qui rei tradendē  
     facultatem habet, dubium non est. Quis enim Proca-  
     cem eum dixerit, qui rem venditam in potestate sua non  
     habet, ideoque eam tradere nō potest? Sed & quod po-  
     stea sequitur in rescripto, Quantu[m] interesse fuerit arbitra-  
     tus, &c. id de Iureiurādo in litem intelligi non posse Ful-  
     gosius existimat, sed de eo tātūm, quod emptoris inter-  
     est, cuius aestimatio, iudicis arbitrio cōmittitur. Contra  
     Iason dupli argumento subnixus differuit. Nam licet  
     iudicii aestimandi seu arbitrandi facultas concedatur, in-  
     quit, non ideo consequens est in litem iurādum nō esse,  
     cùm & ipsius iuris iurādi delationem arbitrio iudicis cō-  
     mitti videamus. <sup>d</sup> Item scribit Iustinianus, In actioni- <sup>d</sup> l. videamus.  
 23 bus arbitrii, in quibus in litē iurari explorati iuris est,  
     iudicē ex bono & æquo estimare, quēadmodum actori  
     satisfieri oporteat. <sup>e</sup> Sed quām futilibus argumentis, ac  
     plumbeo, vt ita dicā, gladio Fulgosium inuaserit, planū  
     faciam. Multum enim refert, an lex aestimationem eius  
     quod interest, arbitrio iudicis cōmittat, quo casu iusu-  
 24 randum in litem cessare debet, (Iurisconsulti nāq; hēc  
     duo, Quantu[m] interest, & Quantu[m] in litem iuratum fuerit,  
     tanquam

l. si traditio.  
 C. de actio.  
 emp.

§. fin supra eo.  
 e §. præterea de  
 action..

4. *I. nō à indice*, tanquam res diuersissimas disiungere solent<sup>a</sup>) an vero  
*ff. de iudi.* committat iurisurandi delationē: tūc enim perspicuum  
 est, ob tale arbitrium iudici concessum, iusurandum in  
 item non excludi. Sed nec me mouet, quod in actioni-  
 bus arbitrariis iudici ex bono & æquo estimare per-  
 mittitur. &c. Id enim in cōdēnatione non sit, in qua ius-  
 urandum in item deferri solet, sed in eo iussu, seu arbi-  
 trio, quod ante sententiam interponitur, ut postea decla-  
 rabis. Hinc sit, ut ego Azonis, Fulgosiique sententiæ  
 magis accedens, censem in exemplo actione nunquam  
 in item iurari. Argumento id quoque esse potest, præ-  
 terea quæ iam diximus, quod in tractatu emptionum ac  
 venditionum, qui titulos permultos cōpleteatur, huius  
 iurisurandi nulla à Iureconsultis mētio facta reperitur.  
 Cui & illud accedit, quod ratio ppter quā hoc iusurā-  
 dum cōparatum est, iis tantum conuenit actionibus, qui  
 bus ad restituendum, non autē ad dandum tradēdumue  
 agimus, ut in commentarii huiusvestibulo docuimus. Et  
 si que leges aut Iureconsultorum responsa reperiantur,  
 quibus specialiter expressum sit, in quibus bona fidei iu-  
 diciis in item iuretur, obseruauimus, earū tantum actioni-  
 num speciale mentionem fieri, quæ ad restituendū eō-  
 petūt, quales sunt Cōmodati, Depositi, & Ceteræ, quas  
 paulo ante recensuimus. Quod sit, ut facile mihi persua- 25  
 deam, in iis tantū Bonæ fidei actionibus, quæ istius ge-  
 neris sunt, in item iurari. Nec vero huic sententiæ aduer-  
 santur generalia hæc Martiani verba, quæ fortassis hac  
 interpretatione nimium contrahere ac restringere vi-  
 demur. Nam sicut iureconsulti, cùm aiunt, In bonæ fidei  
 actionibus ex mora fruct<sup>b</sup> & vsluras deberti, nō hoc  
 sentiunt, nullam esse actionē bonæ fidei, in qua fructus  
 & vsluræ ex mora nō debeantur, id enim perquā absurdum  
 esset, sed hoc significar, cùm iudicis potestas in il-  
 lis actionibus quam latissimè pateat, si æquum esse vi-  
 derit, ut fructu nomine condemnatio fiat, aut etiā vslu-  
 rarum, secundum actionis propositæ naturam, id ei per  
 missum esse. Similiter & hæc verba interpretari debe-  
 mus, quasi hoc tātum velit Martianus si quando æqui-  
 tas

tas suadeat, iusurandum in item deferri in bonæ fidei  
 iudiciis, (quod vtique tum accidit, cùm ad restituendū agitur) hanc facultatem iudici denegandam non  
 esse. Alioquin necessario fatebimur, in actione Depo-  
 siti, <sup>a</sup> qua nummi petuntur, in actione Ex vendito, quæ ad l. nummis. sū  
 ad pretium rei veditæ competit, in actione Praescriptis verbis, quæ ex permutatione nascitur, <sup>b</sup> item in actio- præ eodem.  
 nibus non modo Directis, sed etiam Contrariis, <sup>c</sup> in li- b l. naturalis. §.  
 tem iurari. Quorum omnium nihil est, quod iure vlo,  
 aut ratione defendi queat. Quod autem dictum est in i. de prescrip-  
 iis tantum actionibus in item iurari, quibus ad restituē  
 dum agitur, id sophisticis quibusdā argutiis, aut verius  
 sycophaticis, nonnulli labefactare conātur. Cùm enim  
 Vlpian. scribat, In iudicio depositi contrario in litē nō  
 iurari, quoniam de fide erupta non agitur: <sup>d</sup> hinc effici  
 aiunt, vbiunque de fide erupta agitur, in item iurādum  
 esse. Quod genus argumentādi si nos admittamus, per-  
 multa ex eo absurdā cōsequi necesse est. Vt ecce, nō ma-  
 lē dixerit quis, Stipulationem utiliter per epistolam  
 contrahi, quod verba non interueniant; aut, Testamen-  
 tum iure non valere, quod septem testes nō adfuerint.  
 Quod si inde concludas, vbiunque contrahendo ver-  
 bis vtimur, stipulationem rectè confici, aut quoties in  
 testamento septem testes adhibentur, id validum esse,  
 talem collectionem mendosam, falsamque esse dubium  
 non est: cùm tam in stipulatione contrahenda, quām in  
 faciendo testamento quādam alia sint necessaria. Itaq;  
 cum Vlpianus in item non iurari scribit, quia de fide  
 erupta non agitur, nihil aliud intellectisse mihi videtur,  
 quām reum in restituenda re deposita contumacem nō  
 esse, ideoque non iurari, q.d. tantum abest, vt in rei de-  
 posita restituzione contumax sit, vt ne vlo quidē mo-  
 negationem inferri necesse est. Et ita ego sentio, licet  
 alii aliter hunc nodum explicare nitantur.

Sed Index potest præfinire certam summam,  
 ad quam usque iuretur.

CVM enim lex in infinitū iurare permittat: id est  
mōdū iuriurando nullū definiat, potestas iudici datur  
taxationem adiiciēdi, ne inde arrepta occasione in im-  
*a l. videamus.* §. mensum iuretur: vt eleganter Vlpianus scribit. <sup>2</sup> Nam <sup>27</sup>  
iurare, *supra* In infinitum iurare, apud eundem (vt obiter id explicet  
codem.) aliud esse quām In immensum iurare, ipsius verba  
satis ostendūt. Quod & Philippus Decius, à ceteris dis-  
*b l. hæc adie-* sentiēs, existimauit. Ac tametsi nonnunquam Infinitum  
elio. de verb. id significet, quod Græci ἀπέρον dicunt, <sup>b</sup> apud Cicero  
signifi. l. aptif nem tamen, ac Iureconsultos veteres, pro eo ferè acci-  
simi. C. de iu- pitur, quod certum, ac definitum nō est. Idque à Græ-  
dic. cis ἀπέρον appellatur. Cicero in Topicis. *Quæstionum* <sup>c c</sup>  
*c Theoph. i. §.* duo sunt genera, inquit, alterū infinitū, alterū definitū. <sup>c c</sup>  
*i. instit. de ex* Martianus: <sup>d</sup> Quædam sunt conditiones, quæ certum, <sup>c c</sup>  
*bæred. libero.* aliae quæ infinitum tempus comprehendant, &c. Celsus. <sup>c c</sup>  
*d l. conditionum* <sup>e</sup> Si cui simplici vſu via per fundū cuiuspiam cōcedatur, <sup>c c</sup>  
qua in futurū in infinito videlicet, per quālibet eius partem ire agere <sup>c c</sup>  
de cōd. <sup>f</sup> de licet. Vlpianus <sup>f</sup> Huic stipulationi debet dies esse in-  
monstra. fertus, intra quem si quid damni contigerit, cautio locū <sup>c c</sup>  
*e l. si cui. deser-* habet, neque enim in infinitum obligatus esse debet sli- <sup>c c</sup>  
uitu. pulatione. Sed an huiusmodi taxatio veræ aestimationis <sup>c c</sup>  
*f l. qui bona §.* duplū egredi possit, tractatum est. Et Bartolus, cuius re-  
fin. de damno ceptior est opinio nō posse respōdit ea Iustiniani consti-  
infec̄t. tutione motus, qua id quod interest in casibus certis du-  
*g l. vñica C. de* pli quantitatē non excedere cauetur. <sup>g</sup> Atque hæc sen-  
sent. que pro tentia ita probatur à ceteris, vt hæc responsa Iurecon-  
eo quod iter. sultorum à Iustiniano corrigi arbitrentur. Quod vtique  
affirmare non ausim. Nam, vt Alberi. Fulgo, ac Alciati  
contra sentientium argumenta prætermittam, cōstat ex  
his, quæ iam diximus, in his tantum actionibus in litem  
iurari, quibus rem sibi restitui quis petit. Quæ si non re-  
stituatur à possessore, petitoris iurantis arbitrio, pretium  
rei statuitur: neque enim cogitur iniuritus rem suam iusto <sup>28</sup>  
pretio addicere. Quod si Bartolo. & eius sectatoribus  
assentiamur, sateri necesse est, reum ad rem suā venden-  
dam, si minus iusto pretio, at certè duplo iusti pretii cō-  
pelli posse. Quod quidem iniquum esse supra testati su-  
mus. Hinc apparet Iustiniani constitutionem ad hunc ca-  
sum

sum non pertinere, maximè cùm de eo quod interest lo-  
quatur, quod ab eo de quo nunc differitur, plurimum  
distare assueramus.<sup>a</sup>

*a d.l. nō à iudice  
cū simi lib. iii.*

*Licuit enim ei à principio  
nec deferre.*

*b l. videam⁹. §.  
deferre. supra  
eodem.*

Q V O D suprà dixit Vlpian⁹, <sup>b</sup> in arbitrio iudicis esse, deferre nēcne iusurādum velit: id alii verbis, sed idem significantibus, hīc reperitur. Hinc Paulus, & quidam ali colligunt, liberum esse iudici, reo deferre iusurandum, aut denegare, ideoque ab eius sententia appellari nō posse, si denegauerit. Quæ enim iudicis potestati<sup>c</sup> cōmittuntur, non continuo subiiciuntur iuris necessitati. <sup>d</sup> Alii necessitate iurisurandi deferendi iudicem astringi malunt, si pro negotii, quo de agitur, natura, id rationi & æquitati congruum sit. Huius rei argumentū afferūt, quod Vlpianus scribit, Eum qui dolo fecerit, quo minus possideret, condemnandum esse, quanti aduersarius in item iurauerit. <sup>d</sup> Et hæc sententia meo iudicio probabilior est. Cùm enim iudicis arbitrio aliquid simpliciter committitur, id non in meram voluntatem collatum, sed quasi viro bono potius ei commis- sum esse intelligendum est: <sup>e</sup> quanquam aliud dicendum videtur, cùm lex iudicem aliquid posse ait, vt aliquibus Imperatorum rescriptis continetur. <sup>f</sup> Arbitrio nanque iudicis ea relinquuntur, quæ in facto consistunt, quæque propter varietatem των περισσων non sat commodè possunt legibus definiri. <sup>g</sup> Quod cùm necessitate quadam impellente fiat, vt videlicet legis quodammodo vicem obtineat iudex, eiusque defēctum suppleat, credendum non est, ipsum supra id, i quod bonum & æquum est, quicquam potestatis habere. Quare si actione in rem conuentus contumax fuerit in restituenda re aliena, ac iusurandum deferre iudex neglexerit, non video cur ab eius sententia prouocari non possit. <sup>h</sup> Et ita Alexandro, aliisque non paucis visum est.

*b Itēm*

*g l. sēpe. de off.  
p̄sid. l.i.C. quo  
modo & quā  
do iud.  
h l.mora, de v.  
sur. l. iii. de  
test. l. cōtinu⁹.  
§. cum ita de  
verbo. obliga.  
glo. ca. saper  
bis de accu.  
Bar. in l. si qua  
prena deverb.  
signifi. Feli. in  
cap. exceptio-  
nem. de excep.*

*Item & si iuratum fuerit, licebit iudici  
vel absoluere, vel minoris  
condemnare,*

HAE C potestas nouissima Iustiniani constitutio-  
 ne iudici adempta esse videtur, <sup>a</sup> qua sancitum est, post  
 thē. de iudic. iuriandum praeslitum de expensis in lite factis, non li-  
 cere iudici in minorem summam, quam iuratū est, cō-  
 demnare. Sed hoc receptum non est. Nam in interpre-  
 tando iure si forte occurrat antinomia, non paſſim, nec  
 facile eō confugere debemus, ut iuris nostri, legumque  
 cōditors pugnantia scripsiſſe fateamur. <sup>b</sup> Crebrior igi-  
 tur opinio <sup>c</sup> illi, verbis Martiani constitutionem non ob-  
 stare, eamque de eo tantum iure iurādo loqui, quod de  
 veritate prēstat, quo præstato, si minoris cōdēnatio fie-  
 ret, iuratis periurū detegretur: non idem in hoc iure-  
 iurādo, quod de affectione est, cōtingere posse, cūm iu-  
 dex minoris condēnādo, non iuratis periurium, sed im-  
 modicam eius affectionē arguat. At hæc sententia neque  
 Fulgosio, neq; Iasoni, pbat, quibus ego accedo. Nam  
 vt hoc iuriandum demus ad affectionē tantum referri,  
 quod supra falsum esse admonuimus, tamen fieri nō po-  
 test, quin iudex reum absoluendo, actoris detegat per-  
 iurium, licet forte minoris cōdēnando, idem non fa-  
 ciat. Sed & periurū in hoc casu detegi posse ex eo col-  
 ligimus, quod Paulus respondit <sup>d</sup> de periurio eius qui in  
 item iuravit, non facilē queri solere. Itaq; probabilius  
 est, quod idem Fulgosius cum Iasoni censuit, Regula  
 riter iudicem praeslitum iuriandum sequi debere, siue  
 de sumptib<sup>e</sup> in lite factis, siue in item de rei aſtimatio-  
 ne aut utilitate iuratū sit. Quod autem Martianus no-  
 ster ait, Iudicem absoluere posse &c, nos Vlpianū <sup>f</sup> se-  
 quuti sic accipiemus, vt nō nisi ex magna cauſa, & post-  
 ea repertis probationibus possit. Et hoc etiam modo ge-  
 neralia constitutionis verba reſtrīgenda ſunt. <sup>e</sup>

*Sed in his omnibus ob dolum ſolum  
in item iuratur.*

DOLVS hoc in loco pro contumacia accipitur, <sup>g</sup>  
 qui

qui rem possessam non restituit, <sup>a</sup> aut quam dolo desit <sup>a l. tutor. infra</sup>  
 possidere. Hęc enim paria sunt, quantum ad hoc iusiu- <sup>codem.</sup>  
 randum attinet. <sup>b</sup> Meritò igitur aduersus eum in item <sup>b l. qui restitu</sup>  
*iuratur*, qui ré mala fide possessam védidit, licet ab em-  
 ptore eam recipere nequeat. <sup>c</sup> Etemim dubitādum non  
 est, quin dolo possidere desierit, rem eam distrahendo,  
 cuius se dominū non esse intelligebat. Alia causa est ei<sup>d</sup>,  
 cui res dolo malo tradita est, si fortè ea deinde absque  
 eius dolo perierit, <sup>d</sup> quia dolum ab initio cōmissum hęc  
 non cōsideramus, sine actione Bohę fidei, sive quacūq;  
 alia agatur, vt Fulgos. Alex. Iason. Curtius rectē cense- <sup>d l. arbitrio. §.</sup>  
<sup>32</sup> ferunt, licet Bar. Ange. Paulus & Decius contrá. Vnde <sup>non tamē. de</sup>  
 tractatum est, An ob defuncti dolum iusurandum hoc  
 aduersus hæredem deferendum sit? Et cōstat, ex cōtra-  
 ctu, aut quasi contractu, ob dolum malum defuncti hæ- <sup>e l. f. C. eo. l. ex</sup>  
 redem insolidum teneri. <sup>e</sup> Non ideo tamen in item iu-  
 randum esse crediderim, nisi lis cum defuncto contesta- <sup>e depositi. et</sup>  
 ta fuerit, <sup>f</sup> & is dolus admissus sit, propter quem pote- <sup>f l. f. f. fideius. tuto.</sup>  
 rat contra defunctum ipsum in item iurari. & hoc ita <sup>f l. f. f. fideius. tuto.</sup>  
 Gordianus rescripsit. <sup>g</sup> Aliás autem si quis ob dolum <sup>g l. alio iure. C.</sup>  
 alterius conueniatur, aduersus eum in item non iurari <sup>g eodem.</sup>  
 constat. Quod Barto. ex Pomponio annotauit. <sup>h</sup>

## Non etiam ob culpam.

<sup>b</sup> l. i. et ibi  
 Bar quando  
 ex fact. tut.

HAE C verba Accursius de leui, ac leuissima culpa  
<sup>33</sup> intelligi posse scribit, idq; dubitationē nō haber. Culpā  
 autem leuem crassiore Minēra sic accipere debemus,  
 cùm quis eam diligētiā in re possessa nō adhibet, quā  
 diligēs paterfamilias in suis rebus seruādis adhibere so-  
 let. Quid enim, si seruus per insidiosā loca à possesso  
 missus perierit? aut nauis aduerso tēpore nauigatiū missa  
 naufragio perempta sit? <sup>i</sup> Et hoc ita accipiendū est, dum  
 neq; omnino dissoluta sit negligētia, neq; dolis fraudis-  
 tū suspicione aliquā habeat, alioquin lata potius, quām  
 leuis culpa diceretur. <sup>k</sup> Leuissimam verō, cùm quis com-  
 munī hominī more diligentiam quidem mediocrem,  
 & probabilem præstat, sed tamen in eo peccat, quod  
 vir sagacissimus, & diligētissimus præcauere potuisse.

b ii Finge

<sup>i</sup> l. qui petitorio  
 de rei vidic.  
<sup>k</sup> l. lata. de ver-  
 bo. signifi. l.  
 quod Nerua  
 ff. deposita.

a l. in lege. ad le. Finge, exempli loco, rem possessam à furibus interuer-  
 gem aquil. l. i. sam esse. Sancē hic casus cùm ab homine diligentissimo  
 reb⁹ ff. cōmod. preuideri potuerit, casibus fortuitis non annumeratur,  
 § fin. Insti. de licet quām proximē ad eos accedat. b Illud prætermis-  
 socie. tendum non est, quod ex veteribus nonnulli annotae-  
 b l. cū duobus. runt, cùm lex diligentiam aut custodiā simpliciter exi-  
 §. dāna. ff. pro git, id verbum sic à culpa sciu⁹ ḡ solere, vt rem omnino  
 socio. l. nauta. diuersam significare intelligatur. c Quo argumento ne-  
 ff. nautæ caup. gligentiam, quę diligentia contraria est, aliud quām cul-  
 stab. pam esse quibusdam fortassis videbitur: quib⁹ cum non  
 c l. i. §. sepe. magnopere cōtēdo, modò vt vicissim mihi dent, quod  
 dep. l. cōtract⁹ negari non potest, confundi plerunque apud Iurecon-  
 de reg. iur. l. si fultos subtilem hanc culpæ, custodiæque differentiam,  
 cū vēderet. §. & culpæ negligentiæque vocabulo promiscue nonnun-  
 fi. de pig. act. quam eos vti. d Qua de re alibi opportunius. Culpam  
 l. si vt certo. § quoque latam his verbis contīheri idem Accursius au-  
 nūc videntur. tor est: quę sententia plurimorum consensu comproba-  
 ff. cōmod. l. cū tur. e Itaque quod dicitur, latam culpam dolo compa-  
 res. §. culpa. rari. f locum hic non obtinet: quoniam graue & acer-  
 ff. de lega. niūm nimis esset, ob solam culpam, aduersarii arbitrio  
 d l. rū qui. §. an reum puniri. Nam & illud generaliter pleriq; tradide-  
 pater. de fur- runt, § vbiunque lex pœnam statuens, expressam dolii  
 tis. d. l. quod mentionem facit, eam delata culpa non intelligi, idque  
 Nerua. l. qui colligunt ex eo quod Vlpianus Prætorii edicti verba,  
 petitorio. §. i. SI QVIS DOLO MALO FECERIT, c  
 de rei vendic QVO MINVS QVIS PERMISSV MEO c  
 e Alc. in. l. ma IN POSSESSIONE BONORVM SIT, c  
 gna. dever. si. &c. ad eum nō pertinere scribit, qui possessionem suam  
 fl. i. si mensur vel sibi obnoxiam esse putabat. h Huc etiam pertinet,  
 fal. mod. dix. quod in lege Cornelii de sicariis, latam culpam p do-  
 g Bar. in d. l. lo non accipi Paulus respondit: i idque, vt verisimile  
 quod Nerua. est, propter pœna asperitatem, quę ea lege infligitur.  
 b l. i. ff. ne vis iubetur, extra quām si se defendendo hominem occi-  
 fiat ei q̄ i pos. derit, vulgo receptum est, eum non teneri, qui lata tan-  
 il. l. ad legem tūm culpa deliquerit. k Cui consequens est, & cùm sen-  
 Corn de siccā. tentia iudicis, ignominia cuiquam irrogatur, latam cul-  
 k Signo Cōsi. pam non sufficere, quod ea pœna morti par esse vi-  
 xxvii. deatur.

deatur. <sup>a</sup> Vnde quod Iustinianus ait, suspectum tuto-  
rem remotum ob culpam, famosum non esse: <sup>b</sup> sic vul-  
go intelligunt, vt ne ob latam quidem culpam vlla no-  
tetur infamia. Et hæc quidem est omnium ferè inter-  
pretum sententia, quam vix est vt ego probare possim.  
Sicut euim lex cum dolū nominat, vel adiecta dictione  
taxativa latā culpā minimè excludit: <sup>c</sup> ita & culpæ men-  
tio in lege facta leuem tātūm, non etiam latam comple-  
ctitur. <sup>d</sup> Ut ecce, cùm fureconsulti mensorem agrorum,  
<sup>e</sup> depositarium, <sup>f</sup> aut eum qui rem aliquam precario ac-  
cepit, <sup>g</sup> dolum duntaxat præstare dicunt, ob latam ta-  
men culpam eos teneri non negant. Id quod in his etiā  
edictis animaduertere licet, quibus pœna aliqua in do-  
lo malo delinquentes statuitur, <sup>h</sup> vt cunque Bartol. ali-  
ter censuerit. Nec aduersatur huic sententia, quod su-  
prā dictum est, Verbis edicti eum non teneri qui posse  
sionem suam esse putabat &c. Siquidem in eo casu, aliis-  
que similibus, <sup>i</sup> leuem potius, quām latam culpam esse  
cum Decio existimauerim. Que cùm ita se habeant, fa-  
cile assentior Fulgosio. Sicut ob dolum ita etiam ob la-  
tam culpam, quæ dolo proxima est, in item iurandum  
esse. Pro qua sententia & Antonini rescriptum <sup>k</sup> ma-  
gnopere facit, cùm ait, Aduersus hæredem tutoris non  
iurari, sineque dolus eius, neque lata culpa conuinca-  
tur. Nec audiendos eos esse puto, qui speciali fauore id  
in actione tutelæ constitutum esse afferunt, cùm nulla  
probabilis ratio tantæ diuersitatis appareat. Et hinc in-  
fertur decisio quæstionis à recentioribus tractatæ, An  
ob dolum præsumptum in item iuretur? Quod Corne-  
lius lib. i. iii. Responsorium, <sup>l</sup> Deciusque negant. Sed  
cùm ob latam culpam iurari posse ostensum sit, quæ ve-  
rus dolus non est, sed tantum præsumptus, <sup>m</sup> diuer-  
sim opinionem veriorem esse arbitrarer, idemq; Cur-  
tio videtur. Quod autem de suspecto tutori suprā dictū  
est, in eisdem argumentis refelli posset, quibus & cætera  
nunc à nobis confutata sunt. Vnde apparet hæc verba  
Imperat.lib.i.Institutionū: <sup>n</sup> Suspectus autem remotus,  
liquidem ob dolū, famosus est: si ob culpā, nō æquē: sic  
b iii accipienda

<sup>a</sup> l. iusta de .na  
nu vind.<sup>b</sup> b. suspectus.  
Insti. de susp.  
tutor.<sup>c</sup> glo. & De-  
cī il. cōtract⁹  
de reg. iuris.<sup>d</sup> d.l.cotractus.<sup>e</sup> & l. si mora.  
sol.matri.glo.<sup>f</sup> L. in vend. §. si  
quis fruct⁹ ff.  
de bonis aut.<sup>g</sup> iudi. possid.<sup>h</sup> Alex. consil.<sup>i</sup> xlvi.in.i.volua.<sup>j</sup> l. si men. fal.<sup>k</sup> mod.dixe.<sup>l</sup> l.i. §. si q. fer  
uū depos. l.iii.<sup>m</sup> naute cau.<sup>n</sup> d.l.contrat⁹.<sup>o</sup> g. l. quæstū. §.  
eū quoque.de  
precario.<sup>p</sup> b. l.i. si q. teste.  
lib. esse iussus.<sup>q</sup> i. l.ii. §. hac act.<sup>r</sup> vi bono rap.<sup>s</sup> k. l.ii qui C. co-  
dem titulo.<sup>t</sup> l. Corn. cōsil.8.1.  
in.iii.volum.<sup>u</sup> m l. sed eti. l. de  
peti.hæred.no.<sup>v</sup> in d.l.magna<sup>w</sup> n d. §. Suspect⁹.

- a d.l. qd<sup>o</sup> Ner- accipienda esse, vt remotus ob dolū, aut latam culpā in- famis sit: ob leuem verò, aut leuissimā, non item. Huius- que rei argumentū est, quod in actione<sup>2</sup> depositi, furti,  
ua. & quibusdam aliis non tantum doli, sed & culpæ no-
- b l.sis qui re. mine fit cōdēnatio. At Prætor in edictō ait, HIS IV-  
§. Iulianus. DICIS DAMNATOS INFAMIA NO-  
& l.sis qui T A R I. Quæ verba generaliter intelligi necesse est,  
pign. defur. quacūq; ex causa quis damnatus fuerit. Sed & quod ait  
c l.iff. de his q ipse Prætor, INFAMIA NOTARI, QVI  
notant infā. SCIENS UXOREM DVXERIT, IN-  
TRA ID TEMPVS QVO VIRVM FLV-  
GERI MORIS EST: ita interpretatur Vlpian⁹,
- d l.liberorū. §. vt ne ob iuris quidē ignoratiā excusetur, d quā constat  
notatur. de lata culpē adscribēdā esse. e Neq; verò hīc multū refer-  
bis qui norā. re arbitror, an iudicis sentētia quis notetur, nēcne, quod  
infā. nonnulli crediderunt: quādoquidem ea distinctio omni
- e Bart. in d.l. ratione caret. Nam si lex, quæ homine mitior f esse dici-  
quod Ner- tur, infamia eum norat, qui culpē tātū atq; nisi est: quā-  
na. l.regula. u. to magis à iudice eum notari par est? Ac ne illud quidē  
§ penult. de nosl. & opinioni refragatur, quod paulò antē obiectum  
iur. & facti est, in capitalib⁹ iudiciis latam culpā dolum non repræ-  
igno. Alcia. sentare, ex quo idem & in causa existimationis dicēdum  
in l. cēdere, esse videbatur. Nam vt hoc verum esse fateamur, quod  
§. fide verb. quidē ipsum scrupulo nō caret, & recētiorib⁹ quibusdā  
signif. non vsquequaq; probatur, g non cōtinuò tamen ad ea
- f l. Celsus. de quibus infamia irrogatur, iudicia porrigeđū est. Siquidē  
rec. arbit. ea pœna vt morte min⁹ acerba est, sic inter pœnas capi-
- g Zazius in in tales recēseri non solet, h tametsi inficias nō iuerim, in  
telle&tib sin- quibusdā casibus, prēsertim vbi de libertatis fauore agi-  
gu. tur, famæ vitæque periculum eiusdem potestatis esse. i
- h l.in capitaliū Hec enim iudex cēstimat.  
de pœnis.l.li-  
cet. cap. xv. IN quo versetur iudicis arbitrium de quo ante dis-  
de verb. sig. seruimus, poterat fortè quispiam dubitare. Quod Mar-  
tianus hic explicat. Cum enim plerūq; talis species inci-  
dat, vt dolum à culpa, aut latam ab ea quæ leuis ac leuif-  
sima est, discernere facilē nō sit, cumq; nulla extet certa  
iuris regula, qua in vniuersum hi grad⁹ distingui iter se,  
ac diiudicari

ac diudi cari possint, merito tota huius rei estimatio iudicis arbitrio committitur.<sup>a</sup> Et hec quidem interpretatione mihi visa est his verbis conuenire, Sed videndum est ne aliquanto rectius ita legatur, Hic enim iudex, iuris è pœnitentia scilicet, ut sit sensus ob culpam à iudice estimationem faciendam esse,

*a. I. semper. §. culpæ. ff. q. d.  
vi aut clam.  
l. videam⁹. sive  
pra.*

Plane interdum & in actione stricti iudicij in litem iurandum est.

SUPERIORI regule, qua dictum est, In actionibus in rem, & in ad exhibendum in litem iurari, annectitur & alia ex libro Pauli ad edictum xxviii. népe, In actionibus stricti iudicij, ut ex stipulatu, & ex testamento, in litem non iurari. A qua Martianus noster excepit casum, quem mox sumus explicaturi. Hinc à veteribus annotatum est, Actiones arbitrarias, cuiusmodi actiones in rem sunt, stricti iudicij non esse. Verum hæc opinio ideo recepta non est, quod iuris nostri autores sic videantur actiones diuisisse, quasi omnes aut stricti iudicij sint, aut Bonæ fidei.<sup>b</sup> Cum ergo has Bonæ fidei non esse constet, & relinquitur, ut stricti iudicij esse dicantur. Ego sane vereor, ne communis hæc sententia defendi non possit, cum arbitraria iudicia à strictis & Bonæ fidei plurimum differre ostensurus sim. Quod quidem ipsum vt cōmodius demonstrari queat, nō omnino ~~et nos~~ iuris erit, licet locus fortassis alienus videatur, de iudiciis arbitrariis, in transuersu hic differere: quando & à reliquis huius loci interpretibus idem factitatū esse videmus. Principio Actionem arbitrariam esse vulgo traditum est,<sup>d</sup> in qua propter aduentitiam aliquam causam iudici ex bono & æquo arbitrari licet, præter naturam actionis quæ intenditur. Quapropter hæc tam Arbitraria esse possunt, quarum natura ab hoc iudicis arbitrio prorsus abhorret, quales sunt stricti iudicij non Bonæ fidei actiones. Ceterum iudicia variis ex causis Arbitraria effici volunt, quas Bart. quem ceteri ferè sequitur, quatuor regulis complectitur,

*b. §. actionum.  
de actio.  
c. l. in fideli com-  
missi. §. in iuris  
quoque. ff. de  
vsur.*

*d. Bar. in l. vni-  
ca. C. vbi con-  
qui cer. loco  
dar. pro.*

- a Bar. in l. hoc** <sup>37</sup> Ac primum omnium, cùm quis certo loco pecuniam editto. de pu- sibi dari stipulatus, eā alibi petit, quo casu iudex in con bluca. condemnatione, quantum intersit pecuniam in eo loco sol ui, arbitrabitur. Locus enim stipulationi adiectus efficit ut contra stricta actionis naturam, arbitrandi fac ultas iudicii permittatur. **b l. ii. de eo qd** In actionibus quoque in rem tam certo loco. taxatio quantitatis, quām iurisurandi delatio iudicis arbitrio relinquitur: **c l. hac lege. ex** sed ita demū, si restituere iussus, p̄cepto iudicis non pareat. Cōtumacia enim, seu Cō temptus iudicis actionem reddit arbitrariā. Quod vſ quaedeo interpretibus placuit, vt inde generaliter pro ditum sit. Omnem actionem, quā ad restituendum cō petat, siue in rem siue in personam sit, hoc modo arbitriam-effici posse. **d Bar. hīc. & Faber in. §.** Pono, arbitrium ob eiusmodi cō tumaciam iudicii concessum, non tantū in deferendo in item iure iurando, sed & nonnunquam in alia poena actione. per l. imponenda versari credunt: velut quadrupli in actione qui restituere <sup>38</sup> idcirco inter arbitrarias recen- **e l. si cū exce- fff. qd rem, quod metus causa, & aliis similibus, duplēcē à iu-** metus causa. dice ferri sententiam: in ea verò, qua id quod certo lo co promissum est, petitur, ynicam cōdemnationem suf- ficer. Sed & Noxales actiones alia ratione arbitrarias dici censem, quia iudex ante condemnationem reum interrogat, vtrum litis aestimationem solvere malit, an seruum noxæ dedere. Quod si se dediturum responde rit, mox à iudice iussus id præstare nolit, condemnādus est quāti actor in item iurauerit. Et hoc sensu accipien dum putant, quod Iustinianus ait, Nisi ex noxali causa seruum dedat: **f** licet Accursius aliter interpretetur. Et hæc quidem adeo recepta sunt, vt magna me admiratio teneat, cur in tanta scriptorum, præsertim recentiorum turba inuentus adhuc sit nemo, qui pedibus in eā sententiam non iuerit: quam & ego tantisper sequutus sum, dum à veritate eam plurimum abesse intellexi. Mo uit me, vt à cæteris dissentirem, quod Iustinianus harū actionum dignoscendarum gratia regulam tantum vnam tradit, cuius exempla subiiciens, actiones eas nomi natim

natum recenset, quas Arbitrarias esse dicimus. Ex quo  
 apparet ipsum omnes actiones Arbitrarias in eam defi-  
 nitione includere voluisse. Quod si satis accurate Bar.  
 & ceteri perpendissent, nunquam tot regulas, à senten-  
 tia Iustiniani prorsus alienas, tam temerè confinxissent.  
 Nam quod isti sentiunt, In actione qua certo loco pro-  
 missum petitur, protinus fieri condemnationem, eamq;  
 nihilo minus arbitrariam esse, id per absurdum, nec su-  
 pradicatæ regula cōsentaneum est. Nec quenquam mo-  
 uere debet, q; iudex id quod interest arbitratur & æsti-  
 mat, quoniam in plerisque aliis actionibus idem fieri a-  
 nimaduertimus, quas nemo dixerit ob eam causum ar-  
 bitrarias esse. <sup>a</sup> Eodemque argumento refutare possu-  
 mus & quod ab eisdem scriptum est, Actiones in rem,  
 & alias eiusdem generis, id est arbitrarias esse, quod iu-  
 risurandi delatio ac taxatio quantitatis ex iudicis ar-  
 bitrio pendeat. Arbitriū enim de quo hic disputamus,  
 interlocutio quadam iudicis est, sententiam diffinitiu-  
 m antecedens, <sup>b</sup> quam Theoph. <sup>μετριανη</sup> appellat:  
 non libera illa deferendi, aut non deferendi jurisuram  
 di facultas, quæ in ipsa condemnatione iudici concedi  
 tur; id quod Placentinus aliquantò diligentius ceteris,  
 non uno in loco, cōsiderasse mihi visus est. <sup>c</sup> Ex eodem  
 errore natam esse & regulam eam contendimus, quæ ge-  
 neraliter proditum est, Omnem actionem, ad quæ re-  
 stituendum competat, arbitrariam esse, q; reus prece-  
 ptum iudicis contemnens condemnari à iudice posuit,  
 quanti actor in item iurauerit. Neq; enim verum est,  
 In his omnibus, quibus ad restituendū agitur, in item  
 iurari, vt suprà ostendimus: neq; ab ea iurisurandi de-  
 latione, tametsi arbitraria sit, actiones arbitrariæ deno-  
 minantur. Superest vt de noxalibus actionibus videa-  
 mus, in quibus iudex electionem rei interrogati sequu-  
 tus, ipsi iubere dicitur, vt seruum nox; dedat. Quod vt  
 mecum commentum est, & à verbis, sensuq; Iustiniani  
 penitus alienum, ita speciem nullam rationis habere mi-  
 hi videtur. Officium namq; iudicis est, in actione noxa-  
 li sub alternatione dominum condemnare, aut ad litis  
 extima-

<sup>a</sup> Bar. in l. vni-  
 ca, ad finē. de  
 senten. quæ  
 pro eo quod  
 iterest. l. si id  
 quod ex Pā-  
 philo. de leg.  
 ii. l. continēs.  
<sup>b</sup> §. cum ita de  
 verb. obliga.  
 Placent. in  
 summa . tit.  
 de recep. arb  
 C.

<sup>c</sup> in lib. de re-  
 rū vindicat.  
 ti. de rei vē-  
 dica. Et in  
 summa titu-  
 li, de actio.  
 Institu.

- a §.i. insti. de tionem, aut noxæ dedere, <sup>a</sup> & secundum communies re-  
 offi. iudi. gulas solius noxæ deditioñis judiciū nullum est, <sup>b</sup> Pro-  
 b l. miles de re inde officio suo recte fungi is dici non potest, quisquis  
 iudicando formam à lege præscriptam non seruat. Et si  
 quis forte obiiciat, ybiunque iudicem æquitas moue-  
 c l. ybiunque. rit, interrogationem in iudicio fieri oportere, <sup>c</sup> Itē offi-  
 de interrog. cio eius contineri in interdictis quibusdā noxalibus, vt  
 actio. voluntate domini primū explorata, seruū noxæ dede-  
 re iubeat, & sic non parentē condemnnet, idq; ex Pauli  
 d d.l. f. de in- responso, <sup>d</sup> cuius autoritate ne nostri quidē aduersarii  
 terdictis. ff. nos oppugnant. Respondebo, Iniquā, captiosamq; hu-  
 iusmodi interrogationē esse, per quam reus facultatem  
 e c. indultū. de sibi a lege concessam amittit, <sup>e</sup> noxæ dedendi videlicet  
 reg. iur. post condēnationem, donec iudicati conueniatur. <sup>f</sup> Ac  
 f l. item veniūt tamēsi reo pretextu istius interrogationis saluū videa-  
 §. idem reclē tur legis beneficiū remanere, reuera tamē ipsi admittitur  
 de petitio. ha red. Nō enim dominus, à quo huiusmodi respōsio per iudi-  
 cē extorquetur, ante latam sententiā intelligere potest,  
 an litis estimationē sifferre, an verò seruū noxæ dede-  
 re sibi magis expediāt, cūm tamē hæc dedendi facultas  
 vsq; ad executionē sententiæ nō alia ratione cōcedatur,  
 q; quod iniquū sit, nequitiam seruorum dominis supra  
 g §. i. Instit. de ipso rū corpora danosam esse. <sup>g</sup> Neq; ergo officio iudi-  
 noxæ. actio. cōgruit vt dominū interrogationi factæ nolentē re-  
 spondere cogat, neq; vt seruū noxæ dedere iubeat, nisi  
 fortassis vltro seſe aduersario satisfacturum negauerit,  
 Quid igitur de actionibus arbitriariis censendū? Et iam  
 admonui nulla melius neq; cōmodius, q; Iustiniani re-  
 gula totā hanc rem explicari posse. Itaq; verba ipsa hīc  
 adscribere vissū est, vt subiecta interpretatiōe nostra ve-  
 rū, germanūq; eorū sensu facilius ostēdere possumus.  
 Præterea quasdā actiones Arbitrarias, id est, ex arbitrio  
 iudicis pendētes appellamus, in quib⁹ nisi arbitrio iudi-  
 cis cū quo agitur actori satisfaciat, veluti rē restituat,  
 vel exhibeat, vel soluat, vel ex noxali causa seruū dedat,  
 condēnari debeat. Sed istæ actiones tam in rē, q; in psō  
 nā inueniuntur. In rem, veluti Publiciana, Seruiana de  
 rebus coloni. Quasi seruiana, quæ etiam Hypothecaria  
 vocatur;

vocatur: In personam, veluti quibus de eo agitur, quod  
vi, aut metus causa, aut dolo, malo factum est. Item cum  
id, quod certo loco promissum est, petitur. Ad exhibe-  
dum quoq; actio ex arbitrio iudicis penderet, In his enim  
actionibus, & ceteris similib⁹, permititur iudici ex bo-  
no & equo secundum cuiusq; rei, de qua actum est, natu-  
ram estimare, quemadmodum actori satisfieri oporteat.

Cum igitur in iudiciis regulariter iudici licet, causa  
cognita protinus sententiam diffinitiuā ferre, quamlibet  
reō grauius duraq; sit futura condemnatio: est tamen ge-  
nus quoddam actionū, in quibus humanius, benigniusq;  
cum reō agendum est. In his enim iudex priusquam ne-  
gotium diffiniat, velut intercessor quidā, & benevolus  
conciliator, arbitratur & estimat, quemadmodum ex bo-  
no & equo actori satisfieri oporteat. Reū verò ita de-  
mum condemnat, si arbitrario non obtemperans, in con-  
tumacia perseueret usque ad sententiam. Et hoc est pro-  
pria specialisq; harum actionum natura, ut Theophilii  
verba ostendunt, οὐαὶ τὸ ἀδικῶντος ἐγκύρωται ταῦτα τὰς ἀγω-  
γας, licet alii vulgo diuersum sentiant.<sup>a</sup> Nam & Iusti.  
nianus ipse de actione<sup>b</sup> quod metus causal loquens, Eius  
natura, inquit, tacite cōtinetur, ut qui iudicis iussu ipsam  
rem actori restituat, absoluatur; quod in ceteris casibus  
non est ita, sed omnino quisq; in quadruplum condem-  
nat, quod est & in furti manifesti actione. Neq; enim  
furi, neque raptori prodest, ad euitandam pœnam, si an-  
te condemnationem, rem captam, aut furto subtractam  
restituerit, cum iste actiones in numerū arbitrariū non

referantur. Nec aduersatur nostra sententię quod dici-  
tur, Oia iudicia absolutoria esse.<sup>d</sup> Sic enim id accipi de-  
bet, cū reus satisfacit actori, id est, omnino ei⁹ desideriū  
adimplēdo,<sup>e</sup> siue rē petīta siue pœnā exoluit. Quod ple-  
runq; in famosis iudiciis utilitatē adferre potest. f At in  
his actionibus nō actoris voluntate, sed iudicis arbitrio  
fieri satisfactionē oportere dicimus. Inde consequitur,  
Nō oēs actiones ob cōtumaciā rei arbitriarias dici pos-  
se (quod quidā falsō existimauerūt,<sup>g</sup> & nos supra attigi-  
mus) sed eas tantū, quæ in hoc cōtextu recēsent, & quæ

<sup>a</sup> Bart. in l. in  
bona fidei. de  
co quod certo  
loco.

<sup>b</sup> H. item action-  
num. insti. de  
actio.

<sup>c</sup> qui ea mente.  
de fart. l. non  
prodest. vi. bo-  
norapt.

<sup>d</sup> H. f. institu.  
de perpet. &  
tempo. actio.

<sup>e</sup> l. iff. qui sa-

tisfare cogan-

tur.

<sup>f</sup> l. si reus para-  
tus. de procu-  
rato.

<sup>g</sup> Bar. & alii  
hic.  
cum

cum his similitudinem habent. Et has quidem actiones omnes huic regulæ, seu diffinitioni optimè conuenire dubium non est, cum in his arbitrio iudicis satisfaciens absoluatur, non satisfaciens condemnetur. Quod vel maximè perspicuum esse potest in actione quod metus causa, & de dolo, ne persequendis omnibus exemplis sim prolixior. Nam editi. De eo quod metus causa gestum est, alterum caput in hæc verba conceptum fuisse

*d.l.si. cū excepione. §. quatenus. versi. finante* 44  
 scio, <sup>a</sup>SI RES METV ABLATA SIT,  
 NEQVE EA RES ARBITRIO IV-  
 DICIS RESTITVATVR, INTRA  
 ANNVM IN QVADRVLVM, POST  
 ANNVM VERO IN SIMPLVM IV-  
 DICIVM DABO. In cui<sup>o</sup> interpretatione Vlp.  
*b d.l.si. cum. § lib. ad editū. II. i.cū seq.* 55

Si quis nō restituat, inquir, in quadru-  
 plum in enm iudiciū pollicetur. Satis enim clemēter cū  
 reo Prætor egit, vt daret ei restituendi facultatē, si vult  
 pœnā euitare. Et paulò post: Nec cuiquā iniqū videa-  
 tur ex alieno factō alium in quadruplū condēnari, quia  
 nō statim quadrupli est actio, sed si res non restituatur.  
 Hæc aut̄ actio cùm arbitraria sit, licentiā haber reus ab  
 arbitrio dato, vsq; ad sententiam, restitutionē rei face-  
 re. Quod si non fecerit, iure meritoq; quadrupli con-  
 demnabitur. Non adeo dissimilibus verbis editum de  
 Dolo malo, à Prætore propositum fuisse credibile est.  
 Cuius editi quoddam caput idem Vlpianus codem

*e l. arbitrio. in libro enarrans. prīci. de dolo.* 55  
 actione restitutio compræhenditur. Et nisi fiat restitu-  
 tio, sequitur condemnatio quanti ea res est. Planè cùm  
 Rei vindicationis mentionem hic nullam fecerit Impe-  
 rator, an inter arbitrarias ea numeranda sit dubitari po-  
 test. Quod probabilius esse existimo. In eo siquidem iu-  
 dicio arbitriū, seu iussus, cōdemnationem solet præce-  
 dere, cui parés reus absoluitur, nō parens condénatur.

*d l. & ex diuerso. l. si ve-* 43  
*seruitutibus cōpetū, aliisq; similibus dicendū est. e Qui*  
*rō. l. q; restitue* 55  
*verò contra sentiūt, homines, meo iudicio, diligentes*  
*re de rei ven. & eruditī, in rei vindicatione aiunt nonnunq; arbitrio*  
*e l. harū. si ser-*  
*uitus vendi.* præter-

prætermisso rem à possessore manu militari auferendam esse, ideoq; eam ex iudicis arbitrio non pendere. Quia in re non simplex eorum error mihi esse videtur. Nam in primis constat in actione Quod metus causa, & quibusdam aliis, plerunq; iudicis arbitrium cessare, <sup>a</sup> quas vtiq; arbitrarias esse inter omnes cōuenit. Hoc amplius in Publiciano iudicio aliisq; eiusdem generis, rem à pos-

*l. arbitrio. §  
non tamen de  
dolo.*

- <sup>44</sup> se dixerim. Idq; Vlpiani verbis ad edictum satis perspicue demonstratur. Qui restituere iussus, inquit, <sup>b</sup> iudici non paret, contendens se non posse restituere, siquidem habet rem, manu militari officio iudicis ab eo possessio transfertur, & fructuum duntaxat, omnisq; causæ nominis ne condemnatio fit. Si vero nō potest restituere si quidem dolo fecit quo minus possit, is quantū aduersarius in item sine villa taxatione in infinitum iurauerit, damnus est. Si vero nō potest restituere, nec dolo fecerit, quo minus possit, nō pluris quā quāti res est, id est, quāti aduersarii interfuit condēnādus est. Deinde subdit: Hęc sententia generalis &c. Quibus verbis significat, præcedentem sententiā de executione manu militari facienda, ac de in item iurando, generalem esse, & ad omnes actiones pertinere, ex quibus arbitratu iudicis quid restituitur. Cum enim generali verbo vsus fuerit, Qui restituere iussus:merito adiicit, se non rei vindicationem modò, sed & plerasq; alias actiones, quibus ad restituendum agitur, complecti voluisse. Eōdē pertinet & quod alibi idem Vlpianus ait, In publicana actione, eadem omnia, quae in rei vindicatione, obseruanda esse. Sed & cū Neratius scribit, <sup>d</sup> Publicianam actionem non ideo comparatam esse, vt res domino auferatur; an non apertè indicat, ab eo possessore, qui dominus nō est, auferri posse? De ea autem qua certo loco promissum petitur, maior dubitatio est, cū in arbitrium iudicis ob id referri dicatur, quod estimatio eius quod interest arbitrio ipsius commissa sit. <sup>e</sup> Huc accedat, quod Theophilus harum actionum exempla diligentissimè perseguutus, hanc omnino prætermisit, id non facturus, vt credibile

*l. sed & si res  
§ in publica-  
na. ff. de pu-  
bli.  
l. fina. eodem  
titu.*

*l. ideo. & L  
centum de eo  
quod certo lo-  
co.*

credibile est, si ad hunc tractatum eam pertinere intellexisset. Idq; eo probabilius esse videtur, quod speciali vocabulo hac actio arbitrary a Iureconsultis appellari solet, <sup>a</sup> cum hic verbum ARBITRARIA, non actionis, sed cuiusdam actionum qualitatis nomen sit.

<sup>a</sup> l*ii. Et* toto se re titulo de eo quod certo loco. <sup>b</sup> si duo de consti pecu. <sup>c</sup> loco. Insti. de actio. l. vnic. ubi conuenia tur qui cer. lo co.

Sed fortassis tutius est hanc à reliquis nō separare, quod & Latinorum exemplarū fides id suadeat, & ab earum natura, de quibus hic loquimur, aliena non sit. Potest enim (exempli causa) huic actioni additus iudex arbitrary, vt satisdet reus de pecunia ibi soluenda, vbi promis- sa est: Qui si dicto audiens fuerit absolutionem conse- quetur, & ita Vlpian. disertè respódit. <sup>b</sup> Et huic sanè non absimilem iudicādi morem apud veteres olim fuisse accepit: Nam Athenis iudices primis sententiis statuebant duntaxat, damnarent rem, an absulerent. Deinde in terrogato eo, si fraus capitalis nō esset, quam quasi aesti- mationem commeruisse se maximè fatetur, pœnam si- ue mulctam interrogabant. <sup>c</sup> Sed & vetustissimo quoque iure Quiritum, si is qui membrum alicuius ruperat, iudi- citalionem imperanti non parebat, neque interim cum aduersario paciscebatur, aestimata lite iudex hominem pecunie damnabat, vt Sex. Cæcilius Iureconsultus au- tor est. <sup>d</sup> Scopulos iam præteruecta esse videtur instituta disputatio, facilisque reliquus cursus ostenditur, nisi forte nos actiones Noxales remorentur, quæ aliquando mihi hæc commentanti magnum exhibuerunt nego- tium: tametsi res admodum expedita, vt nunc quidem sentio, minimeque obscura sit. Et sanè ineptissima sem- per hæc quæstio mihi visa est, An actiones noxales sint arbitrary: quoniam, vt supr̄a dixi, hoc vocabulum non actionis nomen, sed qualitatis cuiusdam, certis actioni- bus inhærentis, significat. <sup>e</sup> Qui igitur questionem hanc proponunt, nihil stultius eos facere iudicandum est, quām si de actionibus perpetuis, aut temporalibus, pœ- nalibus, aut rei persecutoriis idem quererent. Itaq; sic statuo, earum actionum quæ h̄c recensentur, hanc el- se naturam, vt reus ante sententiam arbitrio iudicis sa- tisfaciens cōdemnari debeat si modò suo nomine con- ueniatur.

<sup>b</sup> l. quod si E- phesi. <sup>c</sup> inter- dū. de eo quod certo loco.

<sup>c</sup> Cicero libro i. de orat.

<sup>d</sup> Gellius libro xx. Noct. At- ti.

<sup>e</sup> <sup>f</sup> sunt autem. Insti. de no- xa. act.

47.

Scopulos iam præteruecta esse videtur instituta disputatio, facilisque reliquus cursus ostenditur, nisi forte nos actiones Noxales remorentur, quæ aliquando mihi hæc commentanti magnum exhibuerunt nego- tium: tametsi res admodum expedita, vt nunc quidem sentio, minimeque obscura sit. Et sanè ineptissima sem-

per hæc quæstio mihi visa est, An actiones noxales sint arbitrary: quoniam, vt supr̄a dixi, hoc vocabulum non actionis nomen, sed qualitatis cuiusdam, certis actioni-

bus inhærentis, significat. <sup>e</sup> Qui igitur questionem hanc proponunt, nihil stultius eos facere iudicandum est, quām si de actionibus perpetuis, aut temporalibus, pœ- nalibus, aut rei persecutoriis idem quererent. Itaq; sic statuo, earum actionum quæ h̄c recensentur, hanc el- se naturam, vt reus ante sententiam arbitrio iudicis sa-

tisfaciens cōdemnari debeat si modò suo nomine con-

ueniatur.

tueriatur. Nam si ex noxali causa, noxae deditio pro satisfactione habenda est. Exempli loco, actionem quod metus causa, & de dolo, quae arbitraria sunt, non tantum aduersus aliquem suo, sed & serui nomine intendi posse constat.<sup>a</sup> Quid ergo si qua harum actionum noxaliter conuentus sit dominus, i.e. que restituere iussus a iudice, arbitrio non pareat? an noxae dedendo perire de condemnationem vitabit, ac si arbitrio satisfaceret? Questiones frumenta verba edisti,<sup>b</sup> SI RES ARBITRIO IV- DICIS NON RESTITVATVR. At hanc dubitationem eximit Imperator his verbis, supplés quod edictio Praetoris omissum fuit, Nisi arbitrio iudicis satisfaciat, vel ex noxali causa seruum dedat. Vnde ad quæstionem propositam respondeo, Actiones quæ in hoc contextu recensentur, veluti quod metus causa, & de dolo, siue contra aliquem suo nomine, siue noxaliter intendantur, arbitrarias esse. Terti verò actionem, legis aquilæ, iniuriam, vi bonorum raptorum, quamvis ex noxali causa agatur, non esse. Et hoc ~~prædictum~~ cùm non multis ante annis in frequenti hominum doctissimorum corona, de iure respondendo defendemus, memini quendam nostri ordinis virum sanè acutum, sed quem plorunq; veri cognitione abduceret, magnopere obliquetum fuisse, adeò ut sponsione facta tandem coacti fuerimus Ausonium Medicem Iureconsultū clarissimum, qui & ei disputationi præsuerat, eius controverſia honorarium arbitrum eligere. Ut autem ex diuerticulo velut in viam redeamus, facile est ex iam dictis colligere, quantum Arbitraria iudicia à Strictis, & Bonæ fidei differant. Nam in Strictis, cùm iudicis potestas formulis adstricta, & tanquam inclusa sit, liberum ei non est ante sententiam quicquam clementius arbitrari, quam formula ipsa præscribat. In his verò quæ Bonæ fidei sunt, quia latissima iudicis potestas est, & minime formulis alligata, ut supra diximus, potest & neglegit arbitrio, si ita visum ei fuerit, protinus sententiam ferre.

*Veluti si promissor Stichi moram fecerit,  
& Stichus deceperit.*

QVOTIES

*a l. quod diximus, de eo quod metus causal. si soleum. § 5. de do lo.*

*b d. §. quatenus.*

**Q**VOTIES veræ æstimationis, aut damni dati;  
sive eius quod interest probationem difficultem reddit  
dolus aduersarii, in hoc iure iurando Stricta sint, an Bo-  
næ fidei iudicia, nihil interest. Quod si commune & iu-  
stum rei pretium iudicî facile probari queat, in his ni-  
hilominus iurandum est, quibus ad restituendum agi-  
tur, ut supra diximus, quandoquidem æquum est, ut do-  
mini arbitrio pretium rei statuatur, quam iusto pretio  
non cogitur vendere. Hinc annotant interpres In a-  
ctione Ex stipulatu, aliisque strictis actionibus, ut in li-  
tem iure tur, duo esse necessaria; Primum est, Dolus ad-  
uersarii. Dolum autem accipere debemus ex his Martia-  
ni verbis, non ut supra exposuimus, sed veluti moram in  
redenda, tradendâue factam, quam dari traditæ oport-  
tuit. Nam & cessationem eam Dolum esse, aut Culpam

49

- a Alex. in l. cerè dolo proximam, vulgo dici solet.<sup>a</sup> Idem in Furto  
si mora. solu. quoq; dicendum puto, quia dolo non caret Fur, & sem-  
matri. notatur per moram facere videtur.<sup>b</sup> In Violentia verò illata, nō  
in l quod te. si tantum eius rei, quam deberi probatum est, æstimatio  
certū petatur. actoris iuri iurando cōmitti debet, vt in his casibus, sed <sup>50</sup>  
b l. in refurtiva & hoc amplius Zeno rescript. <sup>c</sup> Si is, qui vim sustinuit,  
ff. de condi. singula quæ perdidit, comprobare non potuerit, proba-  
furytationis loco ius iurandum ei delatum sufficere: tametsi a-  
c l. si quādo. C. Ilioquin neque testimonium vnius ad fidem faciendam  
vnde vi. valeat, neque in causa propria ad testimonium dicen-  
d. l. iuris iurādi. dum quisquam admittatur. <sup>e</sup> Neque adeò multum re-  
C. de testibus fert, an exturbando aliquem de fundo ædibus uis suis, an  
e l. omnibus. eo bona eius mobilia abripiendo, an alio modo vim admis-  
dem titu. sam esse dicamus, vt Fulgosius, Salicetus, Faber, Panor.  
Iason, & alii non pauci recte opinantur. Quid enim si  
probabili, & iusto metu tertius, licet nō deiectus, è do-  
mo sua quis aufugerit? Quid si præpotentis domini ty-  
f Alex. consi. ranniuæ iniuriam metuens, aut ab eodem non iure pro-  
ciu. in i. volu. scriptus, solum vertat? Quid si ob eas causas absentis fu-  
notatur in d. l. gitiusque compilata domus direpta quæ bona sint? Et in  
si quando. <sup>g</sup> huiusmodi casibus rescripto locum esse dubitandum nō  
in c. fi. de his est, <sup>f</sup> cùm sit par ratio, & ipsius rescripti verba ab hac  
quaæ vi metus. interpretatione nō abhorreant. Sunt qui de Furto idem  
quod

quod de Vi illata dicendū esse censeant: in quā sententiā  
 licet frequentius itum sit, mihi tamen videtur Zenonis  
 constitutio, per quam tot regulis communibus dero-  
 gatum est,<sup>a</sup> non temerè ad hunc casum porrígenda esse.  
 Nam licet odio digni fures sint, delinquunt tamen lon-  
 gè atrocios, qui per vim capiunt, aut alium possessione  
 sua despoltant.<sup>b</sup> Adde, quòd cùm ab homine vigilan-  
 tissimo furtum präcaueri possit, ideoq; inter casus for-  
 tuitos non numeretur, nisi à domesticis admissum sit, a-  
 liisq; quibus erat confidendum, æquius videtur ei suc-  
 currendum esse, cui vis illata, quām cui res aliqua clām  
 surrepta est. Sed admonendi sumus, in quibus casibus  
 hoc iuriurandum vice probationis recipitur, de violen-  
 tia aut delicto admisso plenam fidem iudici faciendam  
 esse.<sup>c</sup> Vnde legem municipalem, qua caurum est, si à  
 Scholastico interuersa res sit, quantum ad damni dati  
 aestimationem ipsius iuriurando standum esse, ita acci-  
 piendam Bartol. ait, si furtum admissum esse iudici pro-  
 batum fuerit. Porro quod hic de iure iuriando dicimus,  
 si quis ex delicto alieno conueniatur, locum non obti-  
 nere idem Bartol. autor est.<sup>d</sup> quod & nos verum esse su-  
 pra defendimus. Quapropter in hac specie, spoliato per  
 vim à latronibus in oppido aliquo fortè aut vico, lege  
 municipali damnum ab incolis resarciri iubetur, vis il-  
 lata esse ostenditur, sed rerum ablatarum quantitas non  
 probatur, prudentioribus placuit, incolas omnino ab-  
 soluendos esse, licet Iacobus ab Arena, edicto quodam  
 si Hadriani apud Callistratum relato e motus, dissentiat;  
 quod tamen recte, vt opinor, intellectum eius sententiæ  
 ne tantillum quidem suffragatur. Præcipitur enim eo e-  
 dicto, vt direpta naufragia dominis restituant, qui iuxta  
 littora maris possident, licet ipsi non diripuerint. Sed  
 hoc diserrè edicto eodem expressum est, vt quidquid  
 probauerint ademptum sibi naufragio, à possessoribus  
 recipiant. Quibus verbis & nostra confirmatur opinio,  
 & contraria haud dubiè subuertitur. Sed & quod po-  
 stea sequitur, quòd facilior sit probatio, permitti eis adi-  
 te präfectos, & apud eos testari &c. sic accipe, ne pro-

*a d.l. iuriurādi:  
et l. omnibus.*

*b l. iii. §. in hac  
actione, vi bo:  
ratto*

*c d. si quando:  
in ver. pate-  
facta.*

*d Bart. in l. i.  
quādo ex fac-  
tuto.*

*e l. ne quid. ff.  
de incen. ru:  
& naufr.*

C probationis

bationis gratia necesse sit testes ad præsidem de eo negotio cognitum ducere qui fortassis lôge abest, permittendum esse apud præfectos testari: id est, testibus productis maleficium admissum ostendere.<sup>a</sup> Nam & Cicerô, Literis, inquit, publicis restata sunt omnia: id est, quod Græci dicunt, μαρτυρία. Præfectos autem huiusmodi Præsidibus inferiores fuisse, ex Sex. Pomp. liquet, quod eius loci interpretibus non satis cognitum fuisse videtur.

*Quia index estimare sine delatione iurisrandi non potest rem que non extat.*

HINC colligitur ab interpretibus, alterum ex his quæ ad iurisrandum hoc deferendū necessaria esse diximus, nempè probationis difficultas. Difficultatem autem Bart. ac reliqui ferè sic accipiunt, cùm res petita aut periret omnino, <sup>b</sup> aut nusquam comparet, <sup>c</sup> licet ea forte in rerum natura esse non desierit. Enim acro in Bonæ fidei iudiciis pleriq; dolum aduersarii sufficere, nec difficultatem huiusmodi necessariam esse putant: argumentoq; esse, quod Vlpia scribit <sup>d</sup> Nummis depositis in item non iurari, nisi de eo quis iuret, quod sua interfuerit, nūmos sibi sua die redditos esse. Quid enim, inquit, si sub pœna pecunia debuit, aut sub pignore quod quia pecunia ei deposita denegata est, distractum est? Nam pecuniam sub pignore debitam, pignusque distractum probare, non magni negotii esse videtur. Verum, quia in interdicto Quod vi aut clam, id quod interest per <sup>e</sup> I. semper. <sup>f</sup> in iurisrandum in item aestimatur, <sup>e</sup> vix est ut ego hanc di- hoc. ff. quod finctionem inter stricta & Bonae fidei iudicia usque vi. aut clam. quaque probem. Quapropter huius nodi dissoluendi gratia difficultatem παχμείσιον hic accipendum esse arbitror, ut cùm de eo quod interest queritur, cuius f. I. fi. de praeto. probatioñē difficultem esse scribit Venuleius, <sup>f</sup> iurisrandum in item iudici deferre liceat. Etenim ubi incertum est,

est, quanti actoris intersit, officio iudicis id aestimari debet, ut recte Barto. ex Vlpia. annotauit. <sup>a</sup> Quid igitur mirum si iudex, cui etiam lex id quod interest per suam subtilitatem requirere iubet, <sup>b</sup> veritatis celiendae gratia iusurandum in item deferat, praesertim cum non nisi precedente taxatione id fieri solitum sit? Quod dictum tamen non ita accipi velim, quasi iudex hac iuris iurandi delatione omnem probationem deficientem suppleat: sed tunc demum, cum ita factum probatum est, ut eius quod interest aestimatio iniri queat. Itaque in interdicto Quod vi aut clam, si seruitutes amissas esse, vsumque fructum interisse, <sup>c</sup> aut in deposito <sup>d</sup> propter moram depositarii pignus distractum esse probatum fuerit, quanti ob eam rem intersit, aut officio iudicis, aut per iusurandum in item estimabitur. Sin autem quis ob rationes non editas, cautionemque surreptam, aut corruptam ad id quod interest agat, ostendere debet se, si eas rationes cautionemque habuisset, vincere potuisse: alioquin iudex id quod interest estimare non poterit. <sup>e</sup> Nec aduersatur nostrae sententiae quod Martianus hic scribit, cum exempli gratia id ab eo dictum esse appareat. Atque huic non recte infertur, extra hunc casum in item iurari nullo modo posse, sed ut plurimum id fieri non solere, ut ex Paulini responsi fragmēto apparet, quod his Martiani verbis attexuit Tribonianus quodque ego sic interpretor, quamvis non soleat iurari, nonnunquam tamen posse, cum videlicet iusta aliqua causa iudicem mouerit. Neque enim ad certos aliquos casus iudicis potestatem allegari contendo, quandoquidem iusurandum deferre velit necne, in ipsius arbitrio situm est. Sed nec Zenonis rescriptum nos mouet, quo rerum amissarū probatio actori remittitur, iudexque ipsius iusurandum securus condemnat. Nā id specialiter in eo casu constitutū est, tum quia vim illatā hac pœna dignā existimauit legislator, tum etiam quia in his actib⁹, qui ut plurimū probari nequeūt, quam <sup>f</sup> lem quale probationē admitti aequū est. <sup>g</sup> Vnde si pecunia in sacculo signato deposita sit, eūq; resignatū depo-

<sup>a</sup> Bar. in l. vni  
ca. C. de sen-  
ten. quæ pro  
pro eo quod  
interest. arg.  
d. §. in hoc.

<sup>b</sup> d. l. vnicā.

<sup>c</sup> §. in hoc.

<sup>d</sup> d. l. nummis.

<sup>e</sup> l. quidem ra-  
bularum . de  
fir. Largen-  
tus. §. cū au-  
tem. de eden-  
do.

<sup>f</sup> d. l. si quādo.

<sup>g</sup> l. consensu. C.  
de repud. l. non  
oēs. §. à Bayba  
ris. de rentiis.

c ii sitarius

sitarius reddat, tractari solet, an deficiente probatione, deponentis iuriurando standum sit, si pecuniam ex ea subtractam esse queratur. Et variae extant consultorum opiniones, aliis rō étop, aliis æquitatem defendere sagentibus. Scriptum vrget Antonius <sup>a</sup>, quod Zenonis constitutione aduersus eum tantum in litem iurare permittatur, qui vim intulit. Pro æquitate pugnant ceteri, quæ paribus in causis paria iura desiderat, legemque de violentia loquentem, ad hoc grauissimum non solum furti, sed etiam perfidie crimen trahunt. Quam sententiam, siquidem dolus perfidiaque depositarii degatur, tanquam humaniorem sequi iudicando ac respondendo non dubitarem: idque multo procliuus, si apud cauponem, siue hospitem ponamus rem depositam fuisse. Cum enim viatores necessitate quadam exigente id faciant, tutiore loco res suas collocatur, crevit perfidie crimen, quod tanto severius est iudicandum, quanto communi utilitati magis contrarium est,

*b argu.l.i. § i.  
ff. depositi.*

in huiusmodi casu fidem frangere. <sup>b</sup> Merito igitur reprehensa est eorum opinio, qui putabant, res omnes sacco inclusas caponi patefaciendas esse, neque aliter eum teneri, quam singularum rerum recepta custodia. Durum enim atque inhumanum est, ad pandendum sui patrimonii secretum quenquam cogi, ut Alexandri ac Theodosii rescriptis continetur. <sup>c</sup> Adde, quod rem familiarem sic explicare nonnunquam periculosum est, quod ea re latrones ad struendas viatoribus insidias, eosque iugulandos exstimulari soleant. Nam & Candalui Lydorum regi idem accidisse memoria proditum est, cum eximia pulchritudine vxorem Gygis sodali nudam demonstrasset. Sed queritur, si resignatus appetusque saccus reddatur, neque aliis probationibus conuincatur depositarii dolus, an idem quod in superiori casu dicendum sit? Et vulgo receptum est, in hoc quoque casu similiter iurandum esse. Quod an verum sit, dubito. Huiusmodi nanque iuriurando ita demum locum esse diximus, si maleficium plenè probatum fuerit: quod & Barto. parum sibi constans alibi censuit.

Neque

*e l. ii. C. de a-  
- limen. pupul.  
prest. l. ii. quā  
do & quibus  
quarta.*

Neque verò talis apertura , aut resignatio sola ad ar-  
guendum depositarii dolum sufficit, <sup>a</sup> quem perspicuis  
indiciis coniecturisque probari necesse est. <sup>b</sup> Quid e-  
nī si famulus citra conscientiam heri , signacula remo-  
uerit, aut ea, vt sit plerūque, sui natura deciderint? Nam  
etsi factum suorum præster dominus, si tamen eo nomi-  
ne conueniat, in ea causa est, vt aduersus eum in item  
iurari non possit: quod supra à nobis demōstratum est.  
Sed nec vulgaris regula, qua duorum specialium prohi-  
betur concursus, <sup>c</sup> patitur, vt in hoc casu & iuriurandum  
legitimæ probationis loco succedat, & dolus sine cui-  
denteribus argumentis interuenisse præsumatur. Itaq;  
communem sententiam ita coarctandam esse opinor,  
cū ex conditione personarum , aliisque coniecturis,  
depositarius in dolo esse deprehenditur. Quia in re plu-  
rimum iudicis arbitrio tribuendum est. Consequenter  
tractat Barto. An post hoc iuriurandum præstitum, iu-  
dex vel absoluere vel minoris condemnare possit? qua-  
si verò hīc species iuris iurandi quedam sit, ab eo, de quo  
supra disputauimus, distincta. Et non posse respondet:  
cui reliqui omnes passim assentiuntur, ne hoc iudicis  
facto detegatur, iurantis per iurium. Sed hæc sententia  
satis, superque ante à nobis confutata est, quia nō Mar-  
tiani nostri verbis modò aduersatur, verum etiam Pau-  
li, <sup>d</sup> qui quidē satis aperte innuit, de per iurio eius, qui d l. fi. infra co-  
in item iurauit, quæri aliquando solere. Et quia in a-  
xiomatis nostris solenni more defendendis, cum Pauli-  
num id responsum interpretaremur, de eo Imperatoris  
rescripto cōtrouersia incidit, quo per iurus fustibus ca-

<sup>45</sup> di iubetur, & ei superindici πενταλογια δικαιονε <sup>e</sup> nō iniuti-  
le forsitan, neq; otiosum erit quid de eorū verborū sen-  
su, ex tempore tum respōderimus, aperire. Igitur scien-  
dum est hunc morē apud veteres fuisse ut cum de dam-  
nato homine supplicium sumerēt, in loco supplicii con-  
spicuo, ἐπιρρημα, seu, vt vocant, titulum affigerent, quo  
breuiter admonitus populus, pœnae à reo expeditæ cau-  
sam intelligeret, eoqué exemplo à simili facinore per-  
petrando cæteri auocarentur. Tranquillus in Fla. Do-

C iii miti.

<sup>a</sup> arg. no. in l.  
neq; C. de pro  
ba. & in l. nō  
hoc C. vnde le  
git.

<sup>b</sup> l. dolum. C.  
de dolo.

<sup>c</sup> l. i. C. de dot.  
promis.

<sup>d</sup> l. fi. infra co-  
dem.

<sup>e</sup> l. fi duo. § fi-  
na. de iurcu-  
ran.

miti. Patrem familias, inquit, quod Thracem Mirmilo-<sup>e</sup>  
ni parem dixerat, canibus obiecit, cum hoc titulo, Im-<sup>e</sup>  
pie locutus parvularius. Similem inscriptionem cruci<sup>e</sup>  
quoque seruatoris nostri Iesu Christi impositam fuisse  
in Euangelio Matthæi, ac Lucæ scriptum est. Sed & sine  
scriptura quandoque per præconem id factum fuisse le-  
gimus.<sup>e</sup> Lampridius in Alex. Seuer. Clamabat sapius,  
*L. fustibus. C. ex quib. caus. irrog. infas.* quod à quibusdam sive Iudæis, sive Christianis audie-<sup>e</sup>  
rat, & tenebat, idque per præconem cùm aliquem emen-<sup>e</sup>  
daret, dici iubebat, Quod tibi non vis, alteri ne fe-  
ceris. Similiter & ei qui per genium principis iu-  
raffet, fukiibus caso superindicebatur, προ-

πιτῶς μὴ δύναται. ut omnib<sup>9</sup> innoteſce-  
ret cum ob temerarium petulanſ-  
que iufurandum plecti. Huius  
rei meminit & Euseb. lib. 5.  
Eccles. histo. c. 3.

PAVLVS

PAVLVS LI-  
BRO XXVIL

AD EDI-  
CTVM.

*Alias si ex stipulatu vel ex testamento aga-  
tur, non solet in litem  
iurari.*



CTIO igitur ex testamēto stri-  
cti iudicij est, meritoque in nu-  
merum Bonæ fidei iudiciorum à  
Iustiniano non refertur.<sup>a</sup> Natu-  
ra enim Bonæ fidei iudiciorum  
hæc est, à reliquis multum diuer-  
sa, vt ad id iudex cōdēnet, quod-  
cunque ex bono & æquo præsta-  
re oportet, etiam si nihil de eo nominatim conuentum  
sit, vt supra diximus. Quod in hac actione non obser-  
uatur. Si enim vt quod ex testamento debes, mihi  
reddas, pecuniam dederim, eam repetere per hanc  
actionem non potero, licet in Bonæ fidei iudiciis con-  
trā.<sup>b</sup> Item si quid ex testamento ab hærede certo lo-  
co præstandum sit, hac actione non poterit alibi pe-  
ti, sed arbitraria.<sup>c</sup> Quod si vendendo, aut locando,<sup>c</sup>  
vt certo loco quid detur, conuenerit, ex vendito  
aut locato sufficiet.<sup>d</sup> Iure enim veteri in Bonæ fidei  
iudiciis, si quid isto modo promissum esset, quo mi-  
nus id quoconque loco peteretur, nihil prohibebat.<sup>d</sup>  
Ex quo appetit arbitriam actionem ad id supple-  
num, quod strictis tantum iudiciis deest, à Præto-  
re comparatam fuisse. At enim dixerit aliquis, iu-  
dex huic actioni additus, non solum ad pecuniam  
testamento relictam condemnat, verum etiam ad usu-

*a. H. actionum.  
de actio.*

*b. l. si de cōd. ob  
turpem cau-  
sam.*

*c. l. si hæres. de  
eo quod cer-  
to loco.*

*d. l. in Bonæ fidei. eodem tis-  
tulo.*



- a l. in minorū. ras ex tempore moræ, <sup>2</sup> quod Bonæ fidei iudiciis pe-  
C. in qb. cau. culiare est. <sup>b</sup> Respondeo, id commune esse huic actio-
- b l. mora. §. in ni cum iis iudiciis, in quibus Ex fide bona, additur,  
Bonæ fidei. quia specialiter iure constitutum. Neque ideo Bonæ fi-  
dei iudiciis annumeratur, alioquin de actione ex stipu-  
latu, omnibusque strictis actionibus idem dicen-  
dum esset, in quibus hodie iudex compensationis ra-  
tionem habet, sicut in bonæ fidei iudiciis, quod olim
- c §. in Bonæ fi- ante Iustiniani constitutionem non licebat. <sup>c</sup> Iudicem  
dei. Inſtit. de enim formula includit, & certos, quos non excedat,  
alt. terminos ponit, vt inquit Anneus Seneca, & nos su-  
prā attigimus. Adde quod pleraque iudicia esse vide-  
mus, in quibus aliquid ex bono & æquo statuendi po-  
testas iudici conceditur, eaque nihilominus stricta  
non bonæ fidei esse dicuntur. Cuiusmodi sunt Actio
- d l. at si quis. §. funeraria, <sup>d</sup> Iniuriarum, <sup>e</sup> Condictio indebiti, <sup>f</sup> de  
nec actio. de Sepulchro violato, <sup>g</sup> In factū de deiectis & effusis. <sup>h</sup> In  
religio. factū aduersus iudicem, qui per imperitiam malè iu-
- e l. non solū. §. dicauit, <sup>i</sup> & aliae similes actiones, quas vel ex bono &  
inuriatū. de æquo oriri, vel in bonum & æquum conceperas esse  
iniur. dicimus. Non enim in his, Ex bona fide, est additum,
- f l. hec condi- quod nomen, vt Scæuola inquit, latissimè manat, &  
ctio. de con infinitam propè potestatem iudici tribuit, nullisque  
dic. indeb. aliis finibus, præterquam æQUITATIS circumscriptam.
- g l. quæstū. de Quapropter in Funeraria, & aliis eiusdem generis, stan- 56  
sepul. vno. te iure veteri, iudex compensationem non admitte-
- h l. si vero. §. ret. Sed nec ea actione hodie quis vti potest, ad id re-  
hac aut. de petendum, quod vt pecuniam sibi debitam recipere,  
his q. deiecc. dedit, sed condicione ob turpem causam experietur,
- i l. fin. de ex- tametsi in actione ex vendito cæterisque bona fidei  
tra. cognitio. aliud dicendum sit. Fortius dico, Nullam adeò stri-  
ctam, angustamque actionem esse, in qua iudex in-  
terdum ex bono & æquo quicquam non arbitretur. Id
- k d.l. cōtinuus. non tantum in actione ex stipulatu, <sup>k</sup> sed etiam ex te-  
§. cum ita. stamento perfaci potest. Pone, Maritus libertis lega-
- l. Meuia. §. uit, si ab vxore sua non recesserint, cùm ea assidue pro-  
vxore. de an fisciscatur, an sequi eam liberti debeat, & quartitur. Scæ-  
nu. leg. uola putat, non posse absolute responderi, cùm mul-  
ta oriri

ta oriri possint, quæ pro bono sint æstimanda, ideóque  
huinsmodi varietatem viri boni arbitrio dirimendā es-  
se. Itaque eleganter à Caio dictum est, <sup>a</sup> in iis quæ ex-  
tra testamentum incurunt, id est, in casibus inopinatis,  
qui à testatore non sunt expressi, res ex bono & æquo  
interpretationem capere. Ex quo annotandum est, Bo-  
num & æquum, seu, ut Aristoteles vocat, τὸν ἀνικανόν  
non ad legum modò interpretatioinem, verum etiam  
testamentorum, contractuum, aliarumque dispo-  
sitionum pertinere. Et ita regulam antiqui iu-  
ris interpretor, qua dictum est, <sup>b</sup> In om-  
nibus quidem, maximè tamen in iu-  
re æquitatem spectan-  
dam esse.

*L. in his. de cō  
dit. &c de-  
monstra.*

*b l in oībus. de  
regu. uris.*

F I N I S.

42  
**OMNIBVS IV-  
RIS VTRIVSQUE  
STUDIOSIS IVVENIBVS,  
IN CLARISSIMO BITVRL-**

GVM GYMNASIO

SAL.



*V* I nostra , patrumque memoria  
in instauradis elegantioribus di-  
sciplinis operam omnem, curam-  
que consumperunt, qua temporis-  
bus infeliciissimis , grassebatur  
barbaria , inscitiaeque , misere iace-  
rant, hi mihi preclarè , & diuinitus de vniuerso ho-  
minum genere meriti fuisse videntur. Horum enim in-  
dustria perfectum est , vt eae literae , quae proculdubio  
rudimenta sunt , & incunabula omnis virtutis, splen-  
dori suo tandem restituta , non sine ingenti in morta-  
les Dei Opt. Max. beneficio , iam ad sui studium , &  
amorem facilem quenuis allicitant. In ciuibus vero  
literis , quae quidem ipse rudioribus illis seculis nihil  
ciuiius , ac humanius acceptae fuerat , qui ed iam pro-  
gressi fuerint , & quibus id incepsum adeò feliciter  
successerit , vt non inuitus fateor , quam paucissimos  
hac memoria reperi , ita plerosque commemorare pos-  
sum , quorum egregiam in hoc genere voluntatem , &  
conatum aspernari non possumus. Ex quorum nume-  
ro hi nostri Ciues , quanto ceteris in eo negotio præsti-  
terint , tum diligentia , tum facultatibus suis , non no-  
stris

stiris tantum hominibus cognitum est, verum externis  
 quoque gentibus, vel quam longissime disstis, testa-  
 tissimi: id quod argumentis minimè obscuris aut fal-  
 lacibus compertū habemus. Alciatū omitto, virū me-  
 bercale summū, & ad illustranda iuris ciuilis studia  
 quasi calitus missum, quem non multis annis antehac  
 ciuitas nullo non honore atque officio prosequuta est,  
 quid ad rectē instituendam in iure ciuili iuuentutem  
 magis commoueret. De alijs mhi sermo est, huius tem-  
 poris professoribus, viris sanè lectissimis, & in omni ge-  
 nere atque arte prater eximiam iuris virtusque scien-  
 tiā, exercitatis, quos illius etati & gloria quasi  
 succrescere, atque adeò suppare esse arbitramur. Et-  
 enim tantam huiusmodi professorum copiam eius-  
 dem ciuitatis humanitas, liberalitas, & singularis  
 in literas non modò bonas, sed etiam optimas affe-  
 ctus, legum interpretandarum causa hic pertraxit,  
 vt confirmare ausim, iura ciuilia nusquam gentium  
 sincerius, verius, diligenter enarrari. Satis magno  
 argumēto illud esse debet, quod vel ex ultimis Eur-  
 opae finibus, nobilissimos quoque iuuenes huius no-  
 strī gymnasij fama & celebritate permotos, hic quoti-  
 diū, tanquam ad ciuilis sapientia mercaturā quādam,  
 certatim cōfluere videmus. Hac cūm tanta sint, ecquis  
 vestrū sic ab humanitate alienus est, vt tam honestam  
 ciuium erga se voluntatem non ita amplectatur, vt ab  
 eisdem vix maiora desideret? Hos tamen ad prouehe-  
 da atque amplificada ciuilia studia sic affectos, atque  
 propensos esse, sic animo excubare pro vestris publi-  
 cisque commodis iam intelligetis, vt non vestram  
 mode

modò & aliorum expectationem benefactis cumulan-  
dis eos vicisse fateamini, verum etiam nouo & singu-  
lari beneficii genere totam Iuris studiosorum nationem  
& eternum sibi deuinxiisse. Nam si quid in hac re iudi-  
cij habeo, sanè hoc decurionum decreto vilius nibil in  
hoc genere, atque splendidius, ne voto quidem singi-  
posse videtur. De quo plura nunc non dicam, cùm eius  
decreti capita quædam ex autographo ipso sumpta, & in  
Latinū sermonem à nobis conuersa, hic ascripta sim:  
quorū hoc tempore nobis necessariā esse cognitionem  
indicauimus. Cætera quæ nondū excierunt & si forte  
vobis minus erūt intellecta, attamen, ut spero, fructus  
ex illis vberes atque amplos nihilominus percepturi  
estis. QVOD superest DEO opt. Max. primum, quem  
huius boni autorem non agnoscere scelus est, deinde ci-  
uibus optimis, & vestri perquam studiosis, gratiam  
quam maximam habetote: tum date operam, ut  
ne in tanta rerum omnium copia ad stu-  
dia vestra necessariarum vobis ipſi  
potius, quam vlla facultas  
defuisse videatur.

# Senatus De-

## CRETVM.



VARTO Calendas Iu  
nias cùm Senatu coa  
cto verba fecerint ex  
eo ordine nonnulli, tū  
de Iurisconsultorum of  
ficio, qui honorario pu  
blice accepto profitē

tur, tum de Iuris studiosorum iuuenum profe  
ctu, ac de his, quæ in vniuersum ad totius scho  
lastici conuentus tutelam pertinent: Cùmque  
æquissimum sit iis, qui Reipub. gubernacula te  
nent, magnæ curæ eas artes esse, sine quibus  
ipsa consistere nequit, ob eas causas Senatū ar  
bitrari, clarissimum ordinem Iurisconsultorū  
recte, atque ordine fakturum, si diligenter, & so  
licitè curauerit tum monendo, tum pro potesta  
te præcipiendo, yt iuuentus quæ vndique huc  
confluit Iuris ediscendi gratia, plena animi con  
tentione in eius studium incubat: neque solita  
ria modò, & domestica lectione sese exerceat;  
sed viuam præceptorum vocem continenter, at  
tentè, & audiis auribus excipiat: quo genere stu  
diorum nullum præstantius esse, & virorum sa  
pientissi

pientissimorum testimonio, & rerum experientis comprobatum est.

ET cum natura comparatum sit, ut hi praesertim, qui nondum aetatis sunt confirmatae, non nisi praesente rei alicuius utilitate magnopere moueantur, ingentemque studiorum ciuitutum fructum. aut non videant omnino, aut veluti per caliginem quandam videant ob eamque causam praceptoribus dicto audientes non sint, existimare Senatum est Rep. esse, eos aliquibus gloriae stimulis excitari, ac honorificentissimum aliquod, & publicum praemium iis decerni, qui praeceteris in eo studio iuris visi fuerint excellere.

ITaque placere, ut quotannis ex iuuenientiis studiosorum numero, qui Iurisconsultorum iudicio probati, selecti, & ad Bulen ipsam, seu Se natum producti fuerint, septem ut minimum, ad solennes honorum scholasticorum gradus magnifico, & visendo ritu, in frequentissimo professorum omnium, atque adeo magistratum, & splendidissimorum ciuium consensu, quo maiore theatro spectata sit eorum virtus, & eruditio, publicis impendiis promoueantur.

Ex quibus tres *Auræ*, *Pœnitentes* totidem (quos vulgo Baccalaureos, & Licentiatos appellamus) ordo iurisconsultorum declarato: septimum vero Docturæ insignibus exornato.

UT autem ea probatio, & electio ab omni gratia

gratia, & ambitione remota sit, placere eos de-  
mum hoc honore dignos iudicari, qui certo, sta-  
tutoque tempore, in publicis auditoriis assi-  
dui, non sine libris (contra quam ha&tenus fa-  
&titatum sit) professoribus ordinariis operā de-  
derint, non leuem & perfundatoriā, vt antehac,  
sed plenam, iustum, atque inculpatam : quique  
professores suos frequentius consulendo, ac di-  
spiratione lacessendo, ipsi diligentiam suā, stu-  
dium, & industriam approbauerint.

**I T E M** arbitrari Senatum, quod sine fraude  
cuiusquam editi Regii, alteriusue constitutio-  
nis, aut amplissimae Parisiensis Curiæ sanatuscō  
sultorum fiat, primo gradui annos duos, tres an-  
nos alteri, quatuor vero tertio gradui sufficere,  
ita ut quadriennio omnes iam dictos gradus cō-  
sequi liceat.

**I T EN** Senatui placere, vt si eisdem professo-  
ribus visum fuerit, annus cœptus fauoris causa  
pro pleno habeatur:

**E T** cūm tertius his Docturæ gradus sum-  
mum sit honoris fastigium, ad quod non teme-  
rē quenquam aspirare decet, ne obolescant tan-  
tæ dignitatis insignia, placere, nemini ad eum  
dignitatis gradum hac via ascensum patere, qui  
non aliquot publicis disputationibus, quas Re-  
petitiones vocat, ingenii profectus, eruditio-  
nis specimen & documentum non obscurū dederit.  
**Quo** in genere qui cæteris frequentius, subti-  
lius,

lius, & diligentius sese exercuerit, suóque exemplo ad utilissimum studiorum exercendorū genus alios inflammauerit, hunc c̄eū candidatorū omnium dignissimum eorundem Iurisconsultorum suffragiis renuntiari.

E T quō studiosa iuuentus pleniorē, atque vberiorem ciuium erga se benignitatem experiatur, illud quoque placere, ineunte proximo anno eos promoueri, quos tunc temporis ipsi professores ob causas iam memoratas, sua commendatione ac testimonio dignos iudicauerint. Datum  
Biturigibus  
Anno  
M. D. XLI.

49

# FRANCISCI DVARENIS IVRE

CONSULTI IN TRACTATUM

*De pactis lib. Pand. II.*

*commentarius,*

†

Ad clarissimum virum Franc. Oliuarium  
Curiæ Parisiensis Præsidem.

QVAE IN HOC VOLVMINE  
continentur sequentia indicant.

Franc. Duarenii commentarius in tractatum de Pactis,  
lib. Pandect. II.

Partitio, & Enarratio methodica eiusdem tractatus, tam  
in Pand. quam in Cod. Iustin. authore eodem.

Epistola eiusdem ad Andream Guillartum clarissimi vi-  
ri Andr. Guillarti libellorum in regia magistri fi-  
lium, de ratione docendi, discendique iuris, con-  
scripta.

Guilielmi Budæi epistolæ duæ, quarum una ad Franc.  
Duarenium, altera ad Ioannem Duarenium eius pa-  
trum, scripta est.

Hic accessit rerum insignium, quem in commenta-  
rio, tum in partitione seu epitome continetur, In-  
dex.

d

50 CLARISSIMO VIRO  
D. Francisco Oliuario Curiæ  
Parisiensis præsidi  
Fran. Duarenus.  
S, D.



Vnde meos de Pacificis com-  
mentarios quorundam in-  
ris studiosorum rogatu ede-  
re statuerem, clariss. Pra-  
ses, equidem non sine causa  
in tuo nomine eos diuulga-  
ri, & apparere volui. Quā-  
tum enim inclytæ, & illu-

stri Nauar. Reginæ obstrictus sum, quæ studia mea  
diu benignissimè fouit, & me nuper honorificentissi-  
mis ornauit codicillis, tantum me tibi debere lubens  
profiteor, & agnosco. Nam & si vltro præstansimæ,  
sanctissimaque fæmina, & supra muliebrem consue-  
tudinem literis omnibus eruditæ, bonarum artuum stu-  
diosos vnicè complectatur, tantum tamen ab ea cōmo-  
di ad illos manare non posse certo certius est, nisi te sa-  
pientissimum, fidelissimumque consiliorū omnium mo-  
deratorem haberet. Proinde quicquid illa tum gratiæ  
tū facultatum confert in eosdem, quia tibi magna ex-  
parte acceptū ferre debent, aut ingratitudinis notam  
turpiter ipso subire, aut nō solum te huius boni autho-  
rem testari, & prædicare, sed quocunque etiā officij ge-  
nere

51

nere memores se tanti beneficij ostendere necesse est. Cū  
igitur me in eadem causa esse intelligerem, hoc tenui mu-  
nusculo, quando per facultates maiore, atque uberiore  
non licet gratū in te meū animum quoquo modo testifi-  
cādū esse duxi: Idque eo maiore fiducia aggressus sum,  
quod in hoc argumento quādā sic à me tractata sunt,  
ut laborem meū tibi multis nominibus gratū fore non  
diffidā. Etenim dēdi operā, non ut vulgus interpretū  
subtilitate vincerem, quod plerique ad ingēnū osten-  
tationem faciunt. nec adēd mihi futurum erat diffici-  
le: sed primum ut veriora, certiora, atque utiliora tra-  
derem: deinde ut oīa purius, nitidius, distinctius. &  
clarius docerem, quām ab eis factum sit, & ut nō so-  
lum καίνα κοινωνία, ut dicitur, verūtia καίνα κοινωνία quod  
longē difficillimum habetur, explicarem, quod volui,  
fortassis usque quaque consecutus non sum. Nec mihi  
tantū arrogo, ut plenē cumulatēque id à me præstitū  
arbiter. Atitamen in hac parte nō nihil nos iuuasse di-  
scēntiū studia, quibus aliorū, in hunc tractatū præser-  
tim, scripta magnopere adhuc officere visa sunt, ipse o-  
pinor nō negabis. Nā ut incultū illud, impurū, incōdi-  
tū, ineptūque scribendi genus, quo ferè usq; sunt, præ-  
termittam: nulla mehercule in immensis illorum com-  
mentariis litera est, quæ vetetum in interpretando iure  
simplicitatem referat, ac redoleat: nihil usq; propemo-  
dū reperitur, quod sophisticis cauillationib⁹, & perple-  
xis, ac inanibus concertationibus ita non sit inuolutū,  
ut eos de industria rebus per se claris & perspicuis, ob-  
ducere tenebras voluisse credibile sit. Atq; id totū quā  
le sit, quātūque studiosorū rationibus noceat, quoniā  
d ij epistola

52

epistola quadā ad Andr. Guillariū, amplissimi & or  
natissimi viri Andr. Guillarti libellorum in prætorio  
magistri filium, lectissimum, & rara, diuinaque indo  
le præditum adolescentem, cōplexus sum: eam vna cū  
hoc commentario in gratiam iuuentutis imprimendā  
curau. Non enim sum nescius, permultos hoc seculo ius  
risperitos numerari, qui sicut pictorem quendā memo  
riae proditum est, cū gallos gallinaceos malè pinxisset  
veros gallos procul abegisse à tabula, ne facile ipsius  
imperitia collatione deprehenderetur. Sic homines fibi  
conscijūtatiōt xvi<sup>o</sup> p quādam non boni & equi artēs  
esse quā profidentur, omnis doctrina paulo sincerioris  
contemptum ingentem p̄fēcerant, ab eaque totis vi  
ribus iuentutem auocent. Verentur, siquidem, ne si gu  
stata semel frugum optimarum suavitate, glandem fa  
stidire, & fucata à nativis, vera & proba à falsis &  
adulterinis dignoscere incipiat. quod mox futurū spe  
ro, frigeant tandem, & percepto fuco, non minore ludi  
brio, ac dedecore quām Euangelus ille apud Lucianū  
citharœdus explodantur. Itaque non inuitus feci, vt  
meam de isto hominum genere, atque adeò tota studio  
rum ciuilium rationesentiam iuris studiosæ iuuen  
tuti, in qua erudienda multos iam annos versor, com  
municarem. Ac ed potissimum spectauit consilium, in  
stitutumque meum, vt iuuenes, qui istorū fortassis au  
thoritate permoti, in omnibus legendis interpretibus  
omne tempus necquam conterunt, ad veterum iu  
ris anthorum lectionem reuocarem. Nā si nihil aliud,  
hoc saltem affert mali assidua toiscriptorū lectio, quodd  
is, qui in omnibus illis excutiendis tantam operam  
sumit, ita in veteribus hærerere & immorari legen  
do sci

do scilicet ac relegendō non potest, vt purissimā eō  
 rum doctrinā penitus imbibat, ac velut in suā na-  
 turā omnino conuertat. Quod nō si quis fecerit solidā  
 in iure ciuilī, absolutāque eruditionē iudicio meo  
 fruſtrā ſe adepturū ſperat. Eſt enim utiliter & fa-  
 piēter praeceptum à cecilio, Multū legendū eſſe,  
 nō multa, Nec minus verè dicebat Aristippus quem  
 admodum nō hi, qui plurimo cibo viuntur, melius  
 valent hi, qui quantum opus eſt, edunt: ita nō qui  
 plurima ſed qui utilia legerunt, ſtudioſos & eruditos  
 habendos eſſe, Nec verò dubiū eſt, quin talis ptiſcorū,  
 quos, iuriſ cuius gloria floruiſſe accepimus, ratio &  
 moſ in legibus edifcāndis fuerit, Nam & Aristoteles,  
 vt de reliquis ſileam, leges quas dā ideo cantilenas ap-  
 pellatas eſſe, quod diſcendi gratia catari ſolerent, id-  
 que ſua tempeſtate ab Agathyrſis obſeruatum fuifſe,  
 author eſt. Sed ad commentariū reuertor, in quo conſcri-  
 bendo quod meū conſiliū propositūmque fuſcrit, ja tibi  
 exposui. Quod ſupererit, vir ampliſſime, vchementer te  
 etiam atque etiā rogo, vt quo animo vniuersam stu-  
 dioſorū hominū nationem adhuc prosequi ſolitus eſt,  
 eodem tu noſtrā lucubratiunculā accipias. Quā pro-  
 fecto tibi offerre nunquā ſuſtinuifsem, ſi vel doctrinā,  
 vel dignationis, & ſplendoris tui nō etiam ſingularis  
 illius humanitatis, quā cū mira grauitate coniunctā,  
 omnes in te admirātur, & ſuſpiciunt, ratio tanū à me  
 ducta eſſet. Sed cogitau, diuino te boiem ingenio Deū  
 ipſum facile imitatū, cui vel autore Hiſiodo acce-  
 pta ſunt ea ſacra, quæ pro ſuis quisque viribus, ac fa-  
 cultatibus facit, pietas modo, puritasque mentis acce-  
 dat. Vale, Biturigibus calend. Decemb. Anno 1544.

**FRANCISCI  
DVARENII IN**

TRACT. DE PACTIS,

Lib. Pand. II. com-  
mentarius.

VLPIANVS LIBRO IIII.  
AD EDICTVM.

**H**uius edicti aequitas naturalis est. Quid enim tā  
congruum fidei humanae, quām ea seruare, que  
inter eos placuerunt.

a l. Iurif. etiam  
§. pretor. ifra



b l.i. si quis  
test. liber eſſe  
iuss. l. bona fi  
des depos.

DIC T V M quod de Pactis con  
uentis à Prætore propositum est,  
a interpretaturus Vlpian⁹, more suo  
ab ipsius commendatione incipit.  
Cūm enim æquitatem, à nulla iuris  
civilis parte sciungi oporteat, meri  
tò Prætoris consilium laudatur, p  
in hoc edicto proponendo æquitatē spectauerit. Ea au  
tem partim Naturalis est, partim Ciuilis. b Naturalē, vo  
camus iudicium quoddam rationis, ac veluti legem de  
iustis, atque iniustis, à natura omnium hominū mentib⁹  
inscriptam cui sponte sua homines, etiam imperiti, sine  
ulla probatione aut doctrina, assentiuntur. Ex quo  
generē (gratia exempli) hæc sunt, Deum colere Nem  
inem lādere, Suum cuique tribuere, Fidem alteri data m  
seruare, Benē merētibus gratiā habere. Sicut enim natu  
raliter lumē oculis nostris indiū est, quo rescorporales  
cernimus, ita notiones quasdā & vt Græci dicūt, κοῖνες  
λένοις νοὶ προσάκτεις, nostris mētibus impressit natura, qui  
b⁹ hæc, aliaq; huiusmodi iusta, & honesta esse agnoscim⁹.

## IN TIT. DE PACTIS.

55

Sed & eadem natura ad vitæ communionem, societatemque nos impellit, quæ sine his retineri, conseruari que non potest. Cuius rei causas luculentius docet, atq; explicat Philosophia. Ciuilis æquitas probabilis quædam ratio est, non omnibus hominibus naturaliter cognita, sed paucis tantum, qui prudentia, vsu, doctrina prædicti didicerunt, quæ ad societatis humanæ conseruationem sunt necessaria. Et hæc quidem licet, à priore illa non nihil recedere videatur, eam subsequitur tamen eique maximè consentanea est. Id quod non intelligentibus mirū fortassis videri potest. Dabo igitur operam, vt exemplis his, quæ passim vnicuiq; legenti obvia sunt, id breuiter, & dilucide ostendam. Aequitati naturali conueniens est, omnes homines liberos esse, ac neminem cum alieno incommodo locupletiorem fieri. Seruitus tamen. & Vscupatio receptæ, & legibus compatibiles sunt. Quarum altera libertas adimitur hominibus, altera fortunæ, & possessiones auferuntur. <sup>a</sup> Similiter ratio naturalis dicitur vt benè merentibus gratiam habeamus, <sup>b</sup> vt fidem veritatemque colamus. <sup>c</sup> Iure ciuili tamen neque aduersus ingratum, neque aduersus eum, qui pacto sese astrinxit, vlla competit actio. An hæc iuria aliaque huiusmodi ab æquitate, naturaq; omnino abhorre dicemus? vt Gorgias apud Platonem ait. Minime vetò: alioquin malas atque improbas leges esse fabebimur. Qua enim alia, nisi naturæ norma, bona lex à mala diuidi potest? <sup>d</sup> Itaque sciendum est, huius iuris, seu æquitatis naturalis permultas esse regulas, quarum hæc suprema est, Societatem ciuilem colendam, ac seruandam esse. Ceteræ de quibus suprà dicimus, inferiores, que ab ea summa interpretationem capiunt. Et quoties contingit has casu collidi, atque euentu, (nam genere ipso inter se non pugnant, &c, vt Fabius loquitur, vna alteri ipso iure, nunquam est contraria) sic eas interpretamur, vt inferior cedat superiori. Hinc illud Ciceronis lib. 3, de legib. Salus populi suprema lex esto. Id in vscupacione animaduerti potest. Non enim naturali æquitati conueniens est, vt quisquam locupletior

<sup>a</sup> l. Manumis-  
fiones de Iust.  
et iur. l. i. de  
Vscua. et tot.  
tit.

<sup>b</sup> l. sed si lege.  
<sup>c</sup> l. consult. de  
petit. heredit.  
<sup>d</sup> Hic, et l. i. d.  
constit. pecu.  
Cic. delegib.  
lib. i.

d. iiiii fiat

*a Innam hoc na-* fiat cum incommodo alieno.<sup>a</sup> At ex diuerso obiicitur,  
tura. de cōdit. eius æquitatis obseruationem, communī vitæ societati,  
indeb. *I. iure* (cui lege naturæ mortales omnes inservire jubarunt, cu-  
natura. de reg. iusq; conseruatio legum omnium & rerum publicarum  
juris\* est finis) aduersari. Nam cessante huiusmodi acquisitio-  
ne, incertus semper erit possessor, an res, quam forte ab  
alio emit, sua sit, nēcne. Et quia verebitur, ne quādo ve-  
rus dominus eam sibi auferat, rei suæ curam abiiciet,

*b Theoph. in i-* eamque tandem perire sinet.<sup>b</sup> Cū ergo huic malo fa-  
nitio tit. de V- cile medeatur vſucapio, <sup>c</sup> & ad lites minuēdas magno-  
ſuca. pere pertineat,<sup>d</sup> (quam ideo M. Tullius finem ſollicitu-  
e la. de Vſucap. dinis vocat, ac periculi litium) conſtat à natura alienam  
*d l. Vlt. proſuo.* non eſſe. Et qui eam primi omnium introduxerunt, re-  
gulam illam iuris naturalis non violasse, quæ cum alie-  
no detrimento nos locupletari verat, ſed eam potius ita  
interpretatos fuiffe, vt ne ab alia ſuperiore lege diſ-  
cederetur. Hanc autem vſucaptionis æquitatem ciuilem  
potius, quam naturalē dicimus, quia licet natura con-  
ſentanea fit tamen dominiorū incertitudinē vſucapione  
tolli, eamq; publicæ vtilitati aduersariā eſſe, non cuius  
mortaliū natura inſitū eſt: ſed ciuibib⁹ tantū homi-  
bus, prudentibusq;, & eruditis compertum. Suffragatur

*e l. d. bona fi- des.* noſſiræ ſententia Tripho, quilib. 9. diſputationum, <sup>e</sup> de-  
monſtrare volens, in æquitate iudicanda, nō merum ius  
gentium ſine præceptis ciuibib⁹ & pratoriis ſpectan-  
dum eſſe, neq; vnius personæ, ſed omnium circumſtan-  
tiarum rationem eſſe habendam, appoſitissimè duobus  
exemplis vtitur, quorum alterum hic referre oportunū  
duxiimus: Latro ſpolia mihi abſtulit, depositique apud  
Seium, inſciū de malicia deponentis: vtrum latroni, en  
mihi reſtituere Seius debeat? ſi per ſe dātem, inquit, ac-  
cipientemq; intueamur, hæc eſt bona fides, vt commis-  
ſam rem recipiat is, qui dedit: ſi totius rei æquitatē, quæ  
ex omnibus personis, quæ negotio iſto continguntur,  
impletur, mihi reddenda ſunt, quæ facto ſceleratiſimo  
adempta ſunt. Et probo hanc eſte iuſtitiam, quæ ſuum cui-  
que ita tribuit, vt non diſtrahatur ab ullius personæ iu-  
ſiore petitione. hæc ille, Ex quibus perſpici potest, hanc  
æquitatem

æquitatem ciuilem naturalis illius æquitatis, quæ gener-  
ralior est, specialem quandam explicationem esse, vnde  
Ulpianus <sup>a</sup> rectè ius ciuile à iure naturæ, vel gentium,  
in totum non recedere ait: æmulatur enim ius naturæ,  
ac veluti nauta ad Cynosuram respiciunt, ad eamque  
sum dirigunt cursum, ita civilis omnis constitutio na-  
turam ducem spectat, atque insequitur. Sed quia iuri  
naturæ interpretationem addit ex his, quæ non naturæ  
solo instinctu sed ingenio, prudentia, vsu, ad commu-  
nen humani generis utilitatem pertinere deprehensa  
sunt, ideo non per omnia seruire ei dicitur: ut verissime  
& sapienter dictum sit ab Horatio, Naturam solam iu-  
stum ab iniusto secernere non posse. Sic cùm à natura  
magistra primùm didicerint homines, fidei obserua-  
tionem tum per se honestam esse, tum ad societatem in-  
ter eos tuendam, ac retinendam rem omnium maximè  
necessariam. Qui tamen in Repu. versati sunt homines  
prudentes & visuperiti, facile iudicarunt, si quam quis-  
que fidem dederit, eam passim, & sine ullo delectu præ-  
stare cogatur, id maximo eiusdem humanæ societatis  
incòmodo cessurū: infinitis enī pactionibus ac pmissio-  
nib⁹ mutuis abūdat vita, ad quas obseruādas si iure pu-  
blico hoīes adigerentur, vt sunt mores, nullus esset litiū  
ac controversiarum modus. Minuendarum igitur litium  
causā, quæ societatem eam magnopere turbant, iuri na-  
turæ commodam interpretationem querere necessa-  
rium fuit. Itaque selectæ sunt certæ conuentiones, qua-  
si ad vitam præ cæteris necessariae, quas lex seruari iube-  
ret, ac renitentem actione data compelleret <sup>b</sup>. Reliquæ  
iuris ciuilis auxilio destituta remanserunt, neque vlla  
earum nomine prodita est iure ciuili actio, sed ideo pro-  
sunt ad exceptionem & retentionem, quod ea res non  
adeo legis auxilium requirat, soloque naturali, seu gen-  
tium iure contenta sit. Huc accedit, quod supradicta  
ratio hic cessat: quoniam is, qui ab alio conuentus, pa-  
cto se tuerit ne soluat, non cupit contendere cum ad-  
uersario, quinimo lites & iudicium se fugere apertissi-  
me ostendit. Eadem utilitas suasit, vt ne aduersus ingra-  
tum

<sup>a</sup> I. Ius ciuale ff.  
de inst. & iu.

<sup>b</sup> Iurisgentia.  
In princi. eo.

tum daretur actio, tametsi ad remunerandum naturaliter obstrictus sit. Id enim in legem non cadere, cum aliis plerisque rationibus, tum hac maxime comprobat Anneus Seneca, quod huic vni legi omnia, ut ipse ait, foras vix sufficerint: nullo non conquerente, & ingratitudinis alium accusante. Sed argumento occurrentum est, quod mihi inter disputandum a quodam nostri ordinis viro perquam erudito non semel obiectum esse memoria repeto. Id autem est, inter iuris praecepta hoc nominatum referri ab Vlpiano, ut honeste viuatur

a l. iustitia de<sup>a</sup>. Quod verbum latissime manat, & omnem propè de ciuilibus moribus Philosophiam complectitur. Verum ego ea Vlp. verba non cō pertinere existimo, vt quicquid honestum est, id iure præcipi: sed ut quæcunque iure ciuili constituta sunt, ad ea præcepta pertinere, ex eisque profluisse demonstret. Et sane multa leges ipse,

b l. i. de peric. ut honesta, ac laudabilia suadent, quæ non imperant<sup>b</sup>: & cō. rei vēd. tamen, nec pœnam non parentibus irrogant: quod perditorum hominum vitiis cogendo non semper mederi queant: probos vero ipsa honestas satis commoueat. Vnde Valeria lex, cum prouocantem cedi vetuisset, si quis contra fecisset, nihil ultra, quam improbe factum adiecit. Id (qui tum pudor hominum erat) inquit Luius, legis vinculum sarcis validum esse visum: nunc vix seruo ita quisquam minetur. Et haec quidem hactenus de æquitate naturali, & ciuili, quæ nos & μαθεισόποι καὶ σαρκισέρηται exequi voluimus, ut rem obscure ab aliis tractaram, aliquanto dilucidius explicantes, iuuentuti iuris studiosæ ad grauissimas disputationes, quæ sine his intelligi nequeunt, viam muniremus. Nec enim illa pars iuris ciuilis hac æquitatis disputatione vacat, & in controvërsiis obscurioribus iudicandis ea semper gnomonis vice esse deber, ac merito commendatur à Cicerone Sulpitius, quod iuris ciuilis rationem nunquam ab æquitate se unixerit: & ita se iustum, atque æquum prestiterit, ut natura magis, quam disciplina cōsultus videretur. HINC recte annotant plerique, ex omni pactione, quamlibet nuda & simplici, naturalem nasci obligatio-

nem

nem : quæ licet actionem nullam producat, exceptionem tamen parit<sup>a</sup>, indebiti repetitionem impedit<sup>b</sup>, ad compensationem quoque, & nouationem prodest<sup>c</sup>: ac multis aliis effectus habet, quos ex aliorum commen-  
tariis facile disces<sup>d</sup>. Nihil enim magis secundum natu-  
ram est, quam fides, id est dictorum, conuentorumque,  
vt, ait Cicero, cōstantia & veritas: & obligationem na-  
turalem sola naturali æquitate sustineri, eademque ces-  
sante dissolui Paulus iureconsult. author est<sup>e</sup>. Nec nos  
mouere debet, quod apud iureconsultos ex pactione  
nuda nullam constitui obligationem, & permutationem  
ex re tradita initium præbere obligationi, legamus<sup>f</sup>,  
Quibus in locis obligatio ad agendum efficax est acci-  
pienda, non naturalis, quæ infirmior est, quæq; nō pro-  
priæ obligatio, sed καταχειρικῶς appellatur<sup>g</sup>. Nam &  
obligationis definitione à Iustiniano prodita, ea de-  
mum obligatio contineri videtur: cum videlicet iuris  
vinculum esse ait, quo necessitate astringimur alicuius  
soluenda rei, &c.<sup>h</sup> Cui cōsentaneum est & quod idem  
tradit, obligationum omnium summam diuisionem in  
duo genera diduci, omnesque aut Ciuiiles, aut Præto-  
rias esse. Ciuiilesque vocat, quæ aut legibus constitutæ,  
aut certo iure ciuili comprobatae sunt. Prætorias, quas  
prator ex sua iurisdictione constituit. De naturalibus  
verò obligationibus mirum in eo loco silentium, quasi  
ne obligationis quidem vocabulo dignæ videātur: qui-  
bus non adeò quisquam obstringitur, vt inuitus agi, id  
est, duci in iudicium possit. Inde enim actionis appella-  
tio orta est. Et, vt Theoph. verbis utar, παρὰ τὸ ἄγριο τὸν  
ἄγνωμον τὸ δικαιόποιον. Qui verò à nobis in hac re  
dissentunt, illud sentire videntur iuregentium, quod  
etiam naturale appellatur, Pactiones quasdam certas, ex  
quibus homines obligarentur, ad soluendumque cog-  
rentur, introductas esse, quod licet omnem Pactionem  
seruari natura æquū sit, quasdam tamen ad cōmunē ho-  
minū societate tuendā magis necessarias esse, homines  
prudētes iudicarint. Nec enim nouū est, vt ab eo, quod  
est natura iustum, humanis constitutionibus & decretis  
necessitatis

<sup>a</sup> L. iurisgentiū. <sup>adfectus</sup>  
<sup>§.</sup> sed cū nul p. p. n. n. la. i. cod.

<sup>b</sup> L. fideiūffor o-  
bligatiū de fi  
deiss. <sup>ffor</sup>

<sup>c</sup> L. etiam. de cō  
pensa. l. i. de  
nouat.

<sup>d</sup> Barto. & Ia  
son in L. ex hoc  
iure de iust.  
& in.

<sup>e</sup> L. sicutum. §.  
naturalis. de  
fulatio. l. si no  
xali. de pecul.

<sup>f</sup> L. iurisgentiū.  
§. sed cū nul  
la. l. i. de re.  
permu.

<sup>g</sup> d. l. fideiūffor.  
<sup>h</sup> §. i. Inst. de  
obl.

Theophil. tit. de  
act. in princ.

necessitatis cuiusdā utilitatī sue causa recedatur. Id quod in seruitute perspicimus, quam contra naturalem & quietatem iuregentium introductam esse constat. Ethoc sen su intelligenda esse censem iureconsulti verba, is natura

a l. Cūm am- debet, quem iuregentium dare oportet, &c.<sup>a</sup> Sed & ex plus. de reg. eiusdem Vlpiani verbis colligunt,<sup>b</sup> apud omnes gentes, iuris. nēdum apud Romanos, pactiones, seu conuentiones nō

b in l. iuris gen eiusdem potestatis fuisse. Quod eti probabilit̄ dicatum in pric. tur ( non enim verisimile est de quacunque promissio infra eodem. ne temerē fortassis effutita , iudicium reddi solitū: cūm ea res plurimū habeat incommodi , & nihil aliud quām litium inter homines, contentionumque, seminarium sit) Neque tamen id ex verbis Vlpiani recte colligitur, neque vel minimum nostrae refragatur sententia. Non enim iuregentium conuentiones nudas à ceteris distinctas esse ait, sed quae iuregentium introductae sunt, eas Romano iure partim ad actionem, partim ad exceptionem prodesse. Ceterum obligationem naturalem non ad iusgentium modō, verū etiam ad naturale illud vetustius referendam esse credimus. Ac quoties de hac obligatione queritur, inspiciendum potius quid naturali rationi & quietati (quae, vt ait Fabius, optimo cuique notissima est) cōgruum, quām quid hominum consensu & autoritate cōstitutum sit.<sup>c</sup> Vnde si id, quod do-

tura. de con- minus seruo debuit, manumisso soluerit, repetere non dict. ideb. posse Trypho scribit, quia naturale agnouit debitum. l. si noxali. Nec ad rem pertinere, quod obiici posset, nō modō iure ciuili, sed etiam gentium seruitutem comparatam es-

se, ideoque videri non modō non ciuilem, sed ne naturalem quidem obligationem inter dominum & seruum posse consistere. Ut enim, inquit, libertas naturali iure continetur, & dominatio ex gentium iure introducta est: ita debiti, vel non debiti ratio in condicione

d l. si id quod naturaliter intelligenda est<sup>d</sup>. Neque aliud sensisse Pau- dominus. de lum iureconsultum cūm natura eum obligatum esse ait, condicet. ideb. quem iuregentium dare oportet, verba sequentia satis arguunt, cuius fidem secuti sumus, quibus nisi fallor si- gnificat, quisquis fidem dat alteri, se se aliquid daturum, vel

vel facturū eū natura obligari. Eodem spectat & quod apud Vlpianum legitur, vñtrias ex Pacto naturaliter debet<sup>a</sup>: & pleraque item alia, quæ nos quòd in aliorum scriptis reperiātur, cōsultò prætermittimus. A D M O - N E T hic locus, vt questionem diu multum que agitatem tractemus, An fides hosti data ab homine priuato seruanda sit? Quæ quidem disputatio eo mihi difficilior futura est, quòd ab omnibus ferè interpretibus, qui à c c c. annis in ius ciuile commentarios ediderunt, dissentendum mihi esse video. Quorum celeberrimi qui que non modò seruandam esse negant: verum etiam, quod lögè est admirabilius, omnino violari debere contendunt<sup>b</sup>. Neque adeò tantum mihi displiceret hæc sententia, quòd veterum exemplis institutisque repugnet: & à grauissimis Philosophorum iam olim eruditè confutata sit<sup>d</sup>: cùm permulta eorum monumentis contingit videamus, quæ licet ratio honestasque fieri iubeat, legibus tamē & iure ciuili non præcipiuntur. Quām angusta innocentia est, inquit Seneca, ad legem bonū est, le<sup>c</sup> quanto latius patet officiorum, quām juris regula? Quām multa pietas, humanitas, liberalitas, iustitia, fides d exiguit<sup>e</sup> quæ omnia extra publicas tabulas sunt, &c. Illud vehemētius me mouet, quòd generaliter fidem seruandam esse nostri quoque iuris autores crebrò asserat, neq; hic casus vlla iuris parte exceptus, quin potius pontificiis decretis comprobatus esse reperiatur<sup>e</sup>. Sed & e c.noli. 23. q.i. communis utilitatis aut verius necessitatī ratio exemplo seruitutis hoc admittendum esse suadet. Quid enim militi in bello perniciōsus esse potest, quām si ab hoste captus, fide data, nunquam dimittatur ad suos, vt fortē pactum pro capite pretium adferar. Quod utique futurum est, nisi ea pactione obstrictus esse intelligatur. Superest vt aduersariorum obiecta, quæ profectō mihi per quam infirma esse videntur, diluamus. Et imprimis quod ex Vlpiano adferunt, bonum dolum esse, & pro solertia haberi, si quis aduersus hostē aliquid machinetur. Nos de insidiis accipiendum esse credimus, & his, f l.i. §. nō fuit. quæ stratagemata dicuntur: quibus in bello aduersus hostem de dolo.

stem non minus, quam vi aperta vti permisum est. Dolus enim, an virtus quis in hoste requirat. Quare optimus Imperator Lysander dicebat, Vbi leonina pellis deficit, vulpinam esse affluendam. Nam & Iosue in sacris bibliis, ipso autore Deo, hostib⁹ suis insidias struxisse legitur<sup>a</sup>. Vnde Augustinus, cum, inquit, bellum quis suscepit, utrum aperte pugnet, an ex insidiis, nihil ad iustitiam intercessit<sup>b</sup>.

*a Iosue 8 c.* Ne illud quidem nostrae aduersatur opinioni, quod Florentinus nihil interesset air, quomodo captiuus reuersus est, utrum dimissus, an vi, vel fallacia de postl. reuers.

*b c. domin⁹ no ster. 23. q. 2.* captiuus reuersus est, utrum dimissus, an vi, vel fallacia de postl. reuers. Ne illud quidem nostrae aduersatur opinioni, quod Florentinus nihil interesset air, quomodo captiuus reuersus est, utrum dimissus, an vi, vel fallacia de postl. reuers.

*c L nihil sub tit. de postl. reuers.* potestatem hostium euaserit, id enim ita accipendū est, cum de iure postliminii queritur: quo casu licet hoc du taxat considerādum sit, an ab hostibus redierit aliquis, animumque habeat remanendi: non ideo tamen minus fidem hosti datam liberare tenebitur. Et ideo in Attilio Regulo, quē Carthaginenses Romam miserunt responsum est. Non esse eum postliminio reuersum, non ob eam solum causam, quia iurauerat Carthaginem se reuersurum: id enim ad postliminium impediendum non sufficiebat: sed quia animum non habebat Roma remanendi, vt Pap. scribit<sup>d</sup>.

*d l.v. de captiu. & postl. reuers.* Reliqua, quibus impugnamur, argumenta frigidiora sunt, atque inceptiora, quam ut accurate ea refellere operae præsum sit: Vt, Ecce qui captus, inquit, cum potest non redit, pro transfuga habetur<sup>e</sup>: fidem igitur violare etiam debet is, qui hosti

*e l. non omnes. §. qui capt⁹. de re milit.* fere non abiturum spoponderit. Breuiter enim respondendum est, Videri eum, qui temporibus adductus fidem hosti dederit, redire non posse, quod salua honestate non possit<sup>f</sup>.

*f l. nepos. de ver. sig. l. filius. de condit. instit.* Item obiciunt commercium militibus prohibitum esse, adeo vt agrum, in quibus prouinciis militant, comparare eis non liceat<sup>g</sup>: quasi vero nullum non contrahendi negotii genus vel contra militarem disciplinam ipsi permisum afferamus. Illud non minus ridiculum, nugatoriumque est, Præcipit lex, vt ne barbaris aurum præbeat, sed potius si apud eos inuenatum fuerit subtili auferatur ingenio: ergo fides hosti data seruari non debet<sup>h</sup>.

*g l. milites agrū de re milit.* Has igitur nugas, quas tantum non retulisse piget, miseras faciam<sup>g</sup>. Probabilius fortè quis obiecerit,

*h l. ii. C. de cō merc. et merc.*

obieccrit, Huiusmodi promissionem, quod vi, metuque facta sit, efficacem non videri, sed edictum praetoris, quo per metum gesta in integrum restituuntur, ad eum metum, qui iure licto alicui infertur, non pertinet<sup>a</sup>.

Pactum autem à pactione dicitur, unde etiam  
Pacis nomen appellatum est.

PAGO verbum est iuri antiqui, quod in legum decemuiralium fragmentis etiamnum apud Ciceronē Fabiumque reperitur<sup>b</sup>: unde Pactum atque Pacē dici arbitratur Vlpia. Sicut enim nouatio à nouo, à testatione testamentum, à demptione damnum deriuari dicitur, seu à verbo testor atq; demo<sup>c</sup>: ita pactum à pactione, id est à verbo pago deductum non incommodè dici potest. Et hæc de verbi τρυπω breuiter à nobis dicta, his quæ verbosissimè ab aliis traduntur, probabiliora sunt.<sup>d</sup>

Est autem Pactio duorum pluriūmue in idem placitum & consensus.

CVM à pactione Pacti, Pacisq; nomen appellatū esse dixerit, quid Pactio ipsa significet iam explicat dicens, duorum esse consensum, &c. Cae autem putes Pactum conuentum, de quo loquitur in edicto Praetor hic ab Vlp. definiri, sed Pactiōnem tantum, quæ latius aliquāto, quām vocabulum inde deriuatum porrigitur. Pactū enim in hoc tractatu non pro quauis conuentione, sed pro ea tantum accipitur, quæ Pactum conuentum tum à Praetore, tum à Iureconsultis dici solet. Nam venditionem, locationem, & reliquias huiusmodi conuentiones nunquam à veteribus Pacta dici animaduertimus. Quod autem Praetor in hoc edicto non de omnibus conuentiōnibus loquatur, vel illud argumento sit, quod non se actionem ex pactis daturum, vt in cæteris: sed ea seruaturum ait, quæ verba, atque his similia ad ea de-  
mum referri solent, quæ non valent ipso iure, vt alibi ostendimus<sup>e</sup>. Licet autē contractus ipso iure, id est Legē à populo lata, rati sint<sup>f</sup>: Pacta tamen conuenta per Praetoris tuitionem tantum valere, paulò post adscripta

Ciceronis

<sup>a</sup> L. si mulier in pri. de eo qd met. cauo.

<sup>b</sup> Cic. libro. 2.  
Rhet. ad He  
ren. Fabius  
lib. 1. c. 10.  
L. j. de nouat.  
l. ii. de dam.  
infe.

<sup>c</sup> Mod. hic Al  
ciatus ī rub.  
de pactis. C.

<sup>e</sup> In Comēt. de  
in lit. ur.

<sup>f</sup> L. homo li  
ber ff. de ac  
qui. rer. do  
mi. l. siue ge  
neralis. ff. de  
iur. dot. ḥ. nō  
autē. Insit.  
de perp. &  
temp. act.

Ciceronis loca satis euincunt: quibus accedant & Sene-  
cæ verba lib.v. de Beneficiis: Multa legem non habent,  
nec Actionē. Atqui consuetudo vita humanæ, lege om-  
ni valentior, dat adirum. Nulla lex iubet amicorum se-  
creta non eloqui. Nulla lex fidem etiam inimico præ-  
stare. Que lex ad id præstandum nos quod alicui pro-  
misimus alliga? nulla. Querar tamen cum eo, qui arca-  
num sermonem non continuit: & fidem datam, nec ser-  
uatam, indignabor. Quamobrem rectè, atque ordine fe-  
cisse iudicandus est Tribon. qui hunc de Pactis tracta-  
tum hic potius collocauerit, quam eo loci, vbi de con-  
tractibus disseritur. In hanc enim partem, quam ipse  
*τὰ πρώτα* nominauit, congesta sunt ea, quæ iudicium an-  
tecedere solent', & *προιμία* iudiciorum dicuntur. Quia  
igitur saepe vsuuenit, vt litigatoꝝ iudicium subire nolit,  
quòd secum pepigisse dicat aduersarium, siue donatio-  
nis, siue transactionis causa, non abs re de huiusmodi pa-  
ctionibus, quæ quidem propriè Pacta, & Pacta conuen-  
ta appellantur, tractare vīsum est. Nam vt de omnibus  
contractibus generaliter disputeret in hac parte, ratio  
loci atque ordinis non patitur. Quod si fortè quis obii-  
ciat, Pactum ab Ulpiano dici duorum consensum, atque  
conuentiōnem: Pollicitationem verò solius offeren-  
tis promissum. Respondeo: Plenam, absolutāmque pa-  
eti definitionem hanc non esse, sed generi vnam tan-  
tummodo differentiam addi, qua videlicet ostenda-  
tur, quantum inter Pactum & Pollicitationem interfit.  
Id enim de pollicitationibus modò differere instituen-  
ti, (*opinor*) sufficere vīsum est. Illud fortassis maiore alii  
cui scrupulum iniecerit, quòd summus non solūm Ora-  
tor, sed etiam Iureconsultus Cicero, non vno in loco  
Pactū id esse generaliter definierit, quod inter aliquos  
conuenit. Quibus verbis pactiōnem, conuentiōnemque  
omnem complexus suisce videretur. Verū si quæ præce-  
dunt, quæque sequuntur verba considerauimus, facile  
apparebit, de ea solūm conuentione loqui Ciceronem,  
quæ ex solo conuentu valet, ideoque Pactum conuen-  
tum appellatur: non de ea, quæ lege aliqua, aut iure ci-  
uili

utili sancta est, & quæ transit in proprium nomen contractus, qualis est Emptio, Venditio, Stipulatio, & similes cōtractus. Diuisione enim vtitur, quæ vna cum exēplis ab eo adductis perspicuè demonstrat Pactum non eo iure seruari quod legitimum est, sed quod ex natura tantum, aut consuetudine. Verba autem eius hæc sunt  
ex lib. 11. Rhet. ad Heren. Ius igitur cōstat ex his partibus, Natura, Lege, Consuetudine, Iudicato, æquo & bono, Pacto. Natura ius est, quod cognationis, aut pietatis causa obseruatur: Lege ius est id, quod populi iussu sanctum est: Cōsuetudine ius est id, quod sine legge æquè ac si legitimum sit, vstitum est: Iudicatum est id, de quo sententia lata est, aut decretum interpositum: ex æquo & bono ius constat, quod ad veritatem & utilitatem communem videtur pertinere: ex Pacto ius est, si quid inter se pepigerint, si quid inter quos conuenit: Pacta sunt, quæ legib⁹ obseruāda sunt, hoc modo: Rem vbi pagunt, oratione pagunt. Sunt item Pacta, quæ sine legibus obseruantur, ex conuentu, quæ iuri præstare dicuntur. Idem lib. 11. de Inuent. Naturæ ius est, quod nobis nō opinio, sed quædam innata vis afferat: vt, religionem, pietatem, gratiam &c. Consuetudinis ius esse putatur id, quod voluntate omnium sine lege vetustas cōprobavit. In ea autem iura sunt quædam ipsa iam certa, propter vetustatem. Quo in genere & alia sunt multa, & eorum multò maxima pars, quæ Prætores edicere cōsueuerunt. Quædam autem genera iuris iam certa consuetudine facta sunt. Quod genus Pactum, Par, Iudicatum Pactum est, quod inter aliquos conuenit, quod iam ita iustum putatur, vt iuri præstare dicatur: Par, quod in omnes æquabile est: Iudicatum, de quo iam antē sententia alicuius, aut aliquorum, constitutum est iam iura legitima ex legibus cognosci oportebit &c. Idem eodem lib. Consuetudinis ius est, quod aut leuiter à natura tractum, aluit, & maius fecit usus, vt religionē: aut quod in morem vetustas vulgi approbatione perduxit, quod genus Pactum, Par, Iudicatum. Pactum est, quod inter alios, quos conuenit: Par, quod inter omnes æquabile est: Iudicatum,

dicatum, de quo alicuius, aut aliquorum sententiis constitutum est. Lege, Ius est, quod in eo scripto, quod populo expositum est, ut obseruetur, continetur. Sed mirum fortè quibusdam videbitur, quod Iureconsultus de Pactis conuentis tractaturus, quid sit pactum conuentum ante omnia non docuerit, quod imprimis necessarium ad interpretationem editi videbatur. Quibus si integra Vlpiani volumina extarent, quae Justiniani editio sublata interciderunt, haberemus sanè quod certius respondere possemus. Certè in sexcentis aliis eiusdem Vlpiani locis, ceterorumque Iureconsultorum, ac in hoc tractatu potissimum, Pactum conuentum, & sine adjunctione Pactum, pro ea conuentione, que non transit in proprium nomen contractus, promiscue dici obseruavimus<sup>a</sup>. Addé quod Cicero Pactum conuentum semper à stipulatione ita separat, ut dubium non sit, specie longè diuersam à Pacto eam esse non sub Pacto velut generale contineri, ut in libro de Orat. 1. At verò in foro, tabula, Testimonia, Pacta conuenta, Stipulations, Congnationes, Affinitates, &c. Idem in Orat. pro Cecin. Quod testamentum, quæ iudicia, aut stipulationes, aut pacti conuenti formula non infirmari, aut couelli possunt, si ad verba rem deflectere velimus? Idem in Partit. orat. Scriptorum aliud publicum, aliud priuatum. Publicum, Lex, Senatusconsultum, Fœdus: Priuatum, tabula, pactum, conuentum, stipulatio. Et hoc quidem ita esse, ne Baldus quidē Deciuusque negant, cum plerisq; aliis<sup>b</sup>, contracta aliquando verbi significatione, p subiecta materia, idemque in verbo Conuentio accidere aiunt: sed Pactum nihilominus pro omni cōsensu duorum generaliter quoque accipi posse fatentur. Qui error inde (nisi fallor) manuit, quod Pactionem, qua hic ab Vlp. definitur, & Pactum eadem esse falso sibi persuaserunt, ut paulò ante indicauimus. Quod si qui sint, quibus nostra non usquequaque satisfaciant argumenta, proferant queso locum, in quo venditio, aut stipulatio, aliāe similis conuento, pactum appelletur. Id si fecerint, vltro nos huic liti, & controversiae celsuros proficeremur.

*a Iurisgentiū.  
§. quinimo. I.  
p quos. infra  
eod. l. pacta  
conuenta. de  
cōrph. emp.  
tot. titu. de  
pact. dot cum  
infinitis simi  
lib.*

*b In rub. C. eo.*

temur. Sinautem id præstare non possint, mirari non debunt, si veterum autoritatem, quam præsentim à nobis stare, inficiari omnino non ausint, Interpretum nescio quorum opinionibus & commentis anteponamus. Nam nec verum esse puto, quod ab eisdem dicitur, verbum quoque Conuentionis, quod generale est, similiter contrahi, Pactique verbo, & Conuentionis promiscuè vti Iureconsulto, apud quos videlicet Nuda conuentionis, plerunque pro Nudo pacto reperiatur. *Quis enim iuris autor vñquam ita locutus est? Ex conuentione non nascitur actio: cùm tam id de pacto toties inculcatum, ac identidem repetitum sit. Illud extremæ, vt aiunt, anchoræ loco accedit, quod Vlpianus in interpretatione edicti prætorii, D E P A C T I S, explicata prius, vt credibile est, verborum significatione, pactorum diuisionem subiicit dicens, Paæta quædam in rem, alia in personam esse<sup>a</sup>.* Quam diuisionem emptioni, locationi, & id genus conuentionibus non conuenire, quis tam cæcus est, vt non videat? *Quare dubitandum non est, quin pactum tum in edicto, tum in Vlp. ad dictum commentariis, ita vt dixim<sup>b</sup>, accipiēdū sit: qđ qđe ipsum aliquādo nudū, id est solū, & simplex est, aliquādo causam aliquā adiūctā habet<sup>b</sup>, vt infra dicem<sup>c</sup>. Aemyli<sup>d</sup> Ferret<sup>e</sup>, quē honoris causa nomino, pacti generalē appellationē esse cum ceteris fatur. Pactum verò cōuetum distinguit ab eo, quod iussu iudicis fiat, dicens Conuentiones quafdā esse, quæ à iussu iudicis initium habeant, non à consensu, quamvis consensu perficiantur, easque simpliciter dici Paæta: aliàs esse, quæ cùm à consensu atque conuentione nihil non habeant, Paæta conuenta appellantur. Sed hoc quām rectè traditum sit ab eo, ex iam dictis arbitror non valde obscurum esse.*

D V O R V M C O N S E N S V S. Hinc annotant Interpretes, Pactū à Pollicitatione differre, qđ Pactum sit duorum consensus, Pollicitatio vero solius offerentis promissum, vt suprà dictum est<sup>e</sup>. Sed cùm is aliquid offertur, tacens consentire præsumatur<sup>f</sup>, quibusdā videatur, inter præsentes Pactū magis quām Pollicitationem

*a l. Iurisgentiū.  
§. pactiorum.*

*b l. legem. C. de  
pact.*

*c l. Iurisgentiū.  
d Ferret. in §.  
præterea. In  
sit de excepc.*

*e l. iii. de polli-  
cit. Pau. lib.  
5 sent. tit. de  
fisci aduo.  
f l. qui patitur.  
mand.*

dici, quibus ego minimè assentior. Non enim continuò  
is qui tacet offerenti consentire intelligitur, cùm fortas-  
sis è resua id non futurum esse credat: aut beneficiū ac-  
cipiendo, vt ait Publius, libertatem vendere nolit. Hoc  
adecò in his pollicitationibus perspici potest, quæ ad ali-  
quod publicum opus extruendum olim Reip. à priuatis  
hominibus fieri solebant: de quibus tractatum de Polli-  
cationibus, qui titulo de Operib⁹ publicis ideo subii-  
citur, accipiendum esse non dubito. Fiebant autem ferè

- a. Macrob. lib.* per epistolam, cautionēma⁹: quo casu consensum duo-  
z. *Saturni*. rum non interuenire antequam acceptetur certissimum  
4. *de Licensio* est. Sed & si quis apud remp<sup>b</sup>. id est reip. administato-  
*Augusti* res, corām ad opus ædificandum pecuniam promiserit,  
berto loquēs. Pollicitatio propriè, non Pactum dicetur. consensu for-  
l. *charidem*? tè decurionū suspenso, deliberantium, an tale opus ex-  
l. *septitia*. de ædificari publicè expediatur. Huc pertinet, quod Cæci-  
pollicit. l. me- lius ad Traianū, de quodam Nicenium theatrō loquēs,  
tū. *q. sed p.* scribit: Huic theatro ex priuatorū pollicitationib⁹ mul-  
tor. de eo qđ ta debentur, vt basilicæ circa, vt porticus supra caueam,  
met. *cauf* quæ nunc omnia differunt, cessante eo quod ante per-  
*b. l. ex pollicita* agendum est. Cui Traianus. Tunc, inquit, à priuatis exi-  
tione. de pol gī opera tibi curæ sit, cùm theatrum, propter quod illa  
l. *licit.* promissa sunt, factum erit &c.

**I N I D E M.** Quid ergo, si duo Iurisperiti, de aliqua  
iuris quæstione consulti, idem responderint? talisne con-  
sensus pactio appellabitur? Quod ex hac definitione  
dicendum esse videretur. Sed verba Iurisconsulti captan-  
da non sunt, quem verisimile est consensum intellexisse  
ex quo consentientium alter alteri obligetur, si minus  
civiliter, saltem naturaliter, qui pactionis omnis finis at-  
que effectus est. Sed et si inter duos conuenerit, vt vni  
ex ipsis, vel vt cuidam tertio, det Titius centum, ne hoc  
quidem casu Pactionem rectè dici vulgò receptum est,  
*c. l. stipulatio* quòd inutiliter factum alienum promittatur: & quæ  
ista. *de verb.* ex nostro contractu originem trahunt, inania sunt, ni-  
oblig. si ex nostra persona initium obligationis sumant.  
*d. l. quæcūq;. de* Quæ sententia vera est, nisi forte Pactionem inanem  
act. et oblig. atque inutilem ita pactionem dici censemus, vt testa-  
mentum

mentum falsum imperfectum, vel irritū ~~καταχεισινῶς~~ te-  
stamentum appellari solet<sup>a</sup>. Quod multò magis videre - *a li. quemad-*  
*mo. testa. apē;*  
dicendum, quoties duo, vt vnum ex ipsis det tertio,  
paciscuntur, cùm quod geritur ex paciscentium ipso-  
rum persona initium sumat obligationis. Sed quia alte-  
ri stipulari, pasciū neminem posse traditum est, nisi sua  
interfir<sup>b</sup>: n eritò ha quoque pactio inutilis, & sine ef- *b 1. stipulatio-*  
fectu esse dicitur. interest autem paciscentis tūm intel-  
ligitur, cùm rem suam, aut sibi debitam, dari alteri resti-  
tuue paciscitur. Quo casu rationibus suis eum consule-  
re, ac personam eam velut procuratoris loco ad recipi-  
dum dati expressām videri Bartolus ex Proculo anno-  
tauit<sup>c</sup>. Vnde tractatum est, si paciscentis, cuius non in- *c l si cū Corne-*  
tererat, ab initio interesse ex post facto cœperit, conua-  
lescātne pactio<sup>d</sup>. Et cōualescere eam πολλοῖς κατατοῖς pla-  
cuissle video, à quibus dissentient nonnulli. Sed hęc alio  
in loco opportunius discutientur. *lio. de solut.*  
*παγαδῖ*

Conuentionis verbum generale est, ad omnia  
pertinens, de quibus negotii contrahendi,  
transigendique causa consentiunt, qui inter  
se agūt. Nam sicuti cōuenire dicūtur, qui ex  
diuersis locis in vnum colligūtur, & veniūt:  
ita qui ex diuersis animi motibus in vnū cō-  
sentient, id est, in vnam sententiā decurrunt.

C V M ex Vlpiani libris ad edictum hæc ferè à Triboniano  
decerpta sint, quin ad edicti interpretationē per-  
tineant, dubitandum non est. Quia igitur de eo verbo,  
quod primum in edicto occurrebat, breuiter antē dis-  
putatum fuit, iam ad alterius enarrationem aggreditur,  
Conuentionisque verbum generale esse ait, ad omnia  
pertinens, &c. Et si autem latè pateat hoc vocabulum,  
non ideo tamen Pactum conuentum in edicto præto-  
ris adeò generaliter accipi fatendum est. Nam & rei  
vindicationem speciale nomen certae in rem actio-  
nis esse dicimus, licet Vindicationis verbo, omnis in  
e iii rem

rem actio continetur. Itaque Vlpianū hoc loco sensisse non existimō, Pacto conuento omnem contractum, obligationemque significari: quot ante aliquot annos vir quidam clarissimus & eruditissimus me audiente, & ob singularem eius doctrinam atque amplitudinem leuiter tantum refragante confirmabat, deierans etiam, id quod magis mirabar, prætoris verbāne Vlp. quidem ipsum intellexisse. Quemquidem ego nihil magis reprehensione dignum puto, quām si de rei vēdicatione tractatus Rei verbum generale esse, & Vindicatione omnem in rem actionem significari obiter admoneat. Placuit enim veteribus hæc interpretādi ratio, quæ etiamnum vulgò vñitata est, vt paulo altius repetitis principiis rem aggrederentur, & de specie aliqua tractaturi, à generi ipso initium dicendi ficerent.

TRANSIGENDIQUE Trāsigēdi verbū latè hoc in loco vt & alibi sēpi<sup>o</sup>, accipi videtur, vt quoquo-

a l. si uno infr.<sup>s</sup> modo ad finē pducatur aliqd negotiū, Trāsigi dicatur<sup>a</sup>: loc. l. arbitrio specialius autem Transigere est controuerSIam decide-  
§ dolo. de do re, & pecunia accepta ab aduersario actionem sibi com-  
lo l. trāsigēta. petentem ei remittere: quod Gr̄eci θεατέσσαι dicunt. de verb. sign. Ac talis decisio, diremptioque, Litis transactio vocata-  
l. i. §. vlt. ad tur<sup>b</sup>. Ea neque Cōuentio, neque Contractus est per se,  
vt de donatione infrā dicemus. Ideo qualis sit conuen-  
tio, nominatāne, an nomine vacans, frustrā quixritur: ha-  
bent tamen in se conuentione aliquam, & pactiōnem,

b l. i. & tota tit de trāsac. infra l. u. de iureur. sicut Donatio, quæ vel nominata est, vt Stipulatio: vel carens nomine proprio cōtractus, vt Pactū<sup>c</sup>. Videamus  
igitur quid Pactū à Transactione distet. Et vulgō pro-  
ditum est, Pactū generaliter omnē duorū plurimumue cō-  
uentionem significare, ideoq; omnem siue cōtractū, siue

d l. i. infra ide transact. distractum complecti, quæ sententia iam à nobis refuta-  
ta est: specialiter vero pro conuentione gratuita, quæ  
contēplatione litis non fiat, accipi: vnde Transactionem  
speciem Pacto cōtrariam esse afferunt, cūm ea gratuita  
non sit, & tantum super lite fiat, ac distinctionem istam  
ex verbis Vlp. colligūr<sup>d</sup>. Qui trāsigit, quasi de re dubia,  
& lite incerta trāsigit: q; vero paciscitur donatiōis causa,  
rem

, rem certam, & indubitatem liberalitate remittit. Ego vero Pacti significationem vnam esse, quae videlicet supra nobis exposta est, conventionemque omnem, quae non transit in proprium nomen contractus, tametsi gratuita non sit, & transactionis causa interponatur, eo verbo contineri aio.<sup>a</sup> Verbis autem Vlp tenebras offuderunt alii, contra veterum exemplarium fidem, ἵπτοσι γανῆς dictioni Pacificetur addentes, quam post dictionem causa potius adscribi opportuit. q.d. Pactum de non petendo, non transactionis solum causa, sed etiam donationis fieri posse, & eū, qui pacificetur donationis causa, non transfigere, sed liberalitate rem certam & indubitatem remittere, Nam alioquin authorem elegantissimum. Vlpia. quis ab ineptissimè Ταυτολογίας & nagationis criminē vindicauerit? hunc igitur potius à consuetudine loquendi veterum non recessisse, apud quos donationis causa pacisci vstatum est, existimare debemus.<sup>b</sup>

Adeo autem conventionis nomen generale est, ut eleganter dicat Pedius, nullum esse contractum, nullam obligationem, quae non habeat in se conventionem: Siue re, siue verbis fiat. Nam & stipulatio, quae verbis fit, nisi habeat consensus, nulla est.

Q V A M latè pateat Conventionis verbum, hinc colligit Iureconsultus, quod tametsi obligationes quædāre ac verbis contrahantur, in his tamē omnibus consensus aliquis, ac conventionio necessaria est. Neq; ideo stipulatio verbis, aut Commodatum, siue Depositū re cōtrahī dicuntur, quod sine consensu nuda res, nudaque verba sufficiant: sed quia præter consensum, re, aut verbis opus sit. Conventionio igitur ad omnē contractū, omnēq; obligationē pertinet, in qua cōtrahēda duorum, pluriumve cō sensus interuenit: quare Conventionē Pacto generaliore esse merito dicem<sup>o</sup>, quod paulò antē a nobis defēsū est. hinc Pacti conventionis verbum à Iureconsultis usurpatū<sup>c</sup>. Itaque cum in scriptura aliqua huius verbi mentio

e. iiiii

<sup>a</sup> arg. Lsiue a:  
pud. C.de  
transact,

<sup>b</sup> l sed si vir. in  
fra de donat.  
inter vi &  
Vxo. l in ædi-  
bus. l si. stipu-  
latū de dona-

<sup>c</sup> dixi. i. iuris-  
gētiū. §. adeo  
infra. eodem.

repetitur, an de stipulatione accipié dum sit, an de pacto ambiguum est: cùm ad utrumque referri queat. Verùm in lege precedentium ac sequentium verborum argumēto, aliisque coniecturis voluntas perpendi potest. In instrumēto autem, seu cautione, nisi aliud actum appareat,

a l.lecta.vers. conuenit si cert. pet.

b arg. l. nō hoc C vnde legit

pro pacto accipiendum, & contra agentem interpretationem faciendam esse arbitror. <sup>a</sup>Quod enim cōtrouersum est, per id quod certum exploratumque est probari debet. <sup>b</sup>Nec consentaneum est, ut fidei, probationisq;

gratia quicquam adseratur, quod ipsum ita incertū ob-

scurumque sit, ut probationem quoque aliam requirat,

Nam & τιχύνοις vitium vel maximum est in differēdo,

ἀμφισβητούμενοι accipere διαιτα: τοῦ ὁμολογουμένων. Proinde

qui stipulationē factā esse allegat, cautionēq; modo pro-

ferr, qua aliquid cōuenisse cōtinetur, is sanè infirmā ha-

bet probationē. Nō enim rectē colligitur, Cōuentio est,

ergo stipulatio, cùm genus ad probandam speciem mi-

nimum valeat, plurimum ad refellendam. Plānē verbū

Promisit, instrumento adscriptum, ad stipulationem po-

tius quam nudam pactionem referendū esse, lex ait<sup>c</sup>. Nā

Promittere (licet interdū latius accipiat) propriè, est

interroganti daturum aliquid se, aut facturum responde-

re: idque Theophilus in Græcis institutionibus satis de-

clarat: à quo nec dissentunt Grammatici. Pollicemur

etiam sponte, inquit Donatus, promittimus rogati.

### N A M E T S T I P U L A T I O .

Velut, si per iocū  
d l. obligatio - vel docendi causa dixerit quis: Spondes? Et alias respon-  
nū substātia, derit, Spondeo. Quo casu certum est, nō nasci obligatio  
de aet. <sup>e</sup>obl. nem d. Alias ex stipulatione obligationem oriri non ci-  
e §. de cōstitu uilem modo e, sed etiam naturalem, quod adhuc consen-  
ta. Insti. de sus, crediderim. Idque receptius est. Quod sanè ita acci-  
pi volumnus, nisi forte aliquo casu & quitas illa cesseret quæ

naturalis obligationis causa esse dicitur. <sup>f</sup> Nam licet in  
f l. Ex diuerso. genere consensum conventionemque duorum custodi-  
§.i. solut. ma- ri a quum sit, plerumque tamen, id ob circumstantiam ali-  
tri. l. in debi- tū de cōdict. quam iniquum esse potest. Cuius rei gratia prætoriae ex-  
indeb. ceptiones comparatae sunt.<sup>g</sup>

g §.i. Inst. de  
excep. ybi  
Theop.

Sed

Sed Conuentionum pleræque in aliud nomen  
transeunt: veluti in emptionem, in locationem,  
in pignus, in stipulationem.

HAE C de conuentionibus, paulò plenior vberiorque  
tractatio, velut παρένθεσις quædā est. Etsi nanq; præci-  
puum Iurecons. institutum sit, de pactis conuentis diffe-  
rere, in locum nihilominus propinquum, & finitimum ex-  
currit, vt re altius repetita, paetorum conuentorū na-  
tura omnis commodius demonstrari queat. Ait igitur  
plerasque conuentiones esse, quæ in aliud nomen trans-  
eunt, &c. Quorum verborum vis & sensus qui sit, infrā  
docebimus.<sup>a</sup> Illud interim, obseruatione non indignū,  
ex stipulatiōe actionem nasci: cùm sit ex earū conuētiō  
num numero, qua nomen propriū habent. Quapropter  
si permutationi forte, aut cuiquam alii nudæ conuentio-  
ni accesserit, vt solet, nec locus erit penitentiæ, nec actio  
ei qui non impleuerit denegabitur. Obligatio siquidē  
alioquin inutilida, stipulationis accessione corrobor-  
atur, non quidem, vt amplius quicquam, aut minus ex sti-  
pulatione debeat, quām ex pacto, si id expressum non  
fuerit: sed vt quicquid pacto comprehensum est, qua-  
lecumque id sit, efficiacius debeat, & peti possit.<sup>b</sup> Et b l.miles. §.de  
cum hac excepcione accipiendum puto, quod vulgo di-  
ci solet. Stipulationem imitari naturam eius contractus,  
super quo interponitur.<sup>c</sup> Nam id generaliter iutelligen-  
do quæcunque huiusmodi stipulatio ociosa atque inu-  
tilis futura est. Cuius tamen magnum esse vsum constat,  
non modò in conuentionibus quæ proprio nomine ca-  
rent, verū etiam in bona fidei contractibus, qui autho-  
re Varrone citra stipulationem à veteribus non siebant.  
Quanquam enim bona fidei contractus per se satis effi-  
cax est ad agendum, tamen quia non cuiuslibet iudicis  
est videre, quid ex bono & æquo præstare oporteat, &  
iudicia in plerisque sunt cōtraria<sup>d</sup>, magnopere vtile est, d Cic.li.3.offi.  
ea nominatim stipulatione caueri, de quibus controuer-  
sia ob incertitudinem aliquando exoriri potest.

<sup>a</sup> iuriſgentiū  
in prin.

<sup>b</sup> l.miles. §.de  
cē.dere iudi.

<sup>c</sup> l.si stipulatus  
de vſarīs.l.ii.  
de priuilegiis  
credit.

PAVLVS

P A V L V S L I-  
B R O I I I.

A D E D I-  
C T V M.



Abeo ait conuenire posse, vel  
re, vel per epistolam, vel per  
nuntium, inter absentes quo-  
que. Sed etiam tacito consen-  
su conuenire intelligetur. In-  
de si debitori meo reddiderim  
cautionem videtur inter nos conuenisse, ne pe-  
terem: profuturamque ei conuentio[n]is exce-  
ptionem placuit.

**Q** VI A Conuentio nihil aliud est, quam mutuus quidam  
*a l. 85. conuen* consensu, ut ante diximus<sup>a</sup>: Ideo conuenire dicuntur hi,  
qui quoquomodo in idem consenserint, sive inter præ-  
sentes, verbis, sive inter absentes, per nuntium, vel episto-  
lam, talis consensu expressus, aut etiam re ipsa, & facto  
aliquo, sine expressione, ac declaratione, significatus fue-  
*b l. Certū sicer. rit<sup>b</sup>*. Eisdem ferè verbis vsus Modestinus: Societarem,  
pot.  
*c l. iii. iijr. p. Soc.* dubium non est<sup>c</sup>.

**S E D E T I A M T A C I T O.** Quia quod dixerat  
Paulus, Re conuenire posse, paulò obscurius videbatur:  
ideo adiicit etiam. Tacito consensu, &c. Quibus ver-  
bis id verū esse demonstrat, etiam si quod re conuenerit,  
tacito tantum consensu, non expresso, conuenire intelli-  
gatur. Re autem, & tacite conuenire, ut diuersa sunt, ita  
in eo quod sequitur exēplo coniunguntur. Ac haud scio  
an species vlla proponi possit, in qua alterum ab altero  
separatum discretumq; reperiatur, cuius rei subtilior, ea-  
demq; minimè necessaria inquisitio, mirum est quantum  
inter-

interpretates quosdam exercuerit. Sed hasce inutiles expre-  
siones omittamus quas vel leuiter attigisse sufficit.

**I N D E S I D E B I T O R I M E O.** Hic de vo-  
luntaris conjectura agitur: itaque quod verisimilius est  
inspici oportet. Cum autem nullus cautionis chirogra-  
phiue redditu vslus sit, non potest videri creditor debi-  
tori reddidisse, nisi vt ipsum exoneraret.<sup>a</sup> Nam decipe-  
re ludificarique voluisse non presumemus. Quod vti-  
que accipiendo est, nisi ob causam aliam redditu suis-  
se appareat. Causa enim expressa obscuritatem omnem,  
incertitudinemque tollit.<sup>b</sup> Ceterum varie hinc questio-  
nes nascuntur, quae licet facti sint, proprieque ad Iure-  
consultos nihil magis pertinere videantur, quam ad  
quosvis prudentes, & vsuperitos homines, accuratissi-  
mè tamen tractantur à nostris: quorum exemplo nos quo-  
que dabimus operam, vt diligētia in ea re nostra ne de-  
sideretur. Ac imprimis illud quæsumus est, tabulas obli-  
gationis cuiusdam Titio reddidi, qua partim Sempro-  
nius, partim ipse mihi tenebatur: an utriusque debitum re-  
misisse videar? Et quis huiusc re redditionis effectus sit?  
Censuit Bartolus non solum Titio quod debebat remis-  
sum, sed ei mandatum quoque actione videri, quæ ad-  
uersus alterum competebat. Sed cum donatio non ita  
facile præsumatur, nisi quacunque alia deficiamur con-  
jectura, & alias actus inutilis elusoriusque sit futurus,  
(quod in hac specie non accedit) non immerito hæc  
sententia ab aliis impugnata est. Aequius enim atq; be-  
nignius est, ita hoc factum interpretari, quasi Titius exi-  
gēdi nominis gratia procurator à creditore tatu cōstitu-  
tus sit. Qua tamē in re prudenter admonuit Nicola<sup>c</sup>, ad c Abb. d.c.  
argumēta & cōiecturas recurrēdū esse, quæstionēq; esse  
huiusmodi, vt vix vlla certa iuris regula ppter varietatē  
circūstantiarū possit definiri. Quid enim dicemus, si is,  
qui redditu sunt Tabula, fortè miles sit, aut mulier, aut  
minor, aut sacrī iniciatus, aut alias simplicitate prædit?  
& à forēsibus cōtrouersis abhorrens? Creditor contra  
gnam<sup>b</sup> hō, industrī, callidus, quiq; lites seq, ac versari in  
foro cōsueverit? Quid si idē creditor locupletissim<sup>d</sup> sit,  
debitor

manus

<sup>a</sup> L. huiusmodi.  
<sup>b</sup> Panor. in. c.  
§. si ita de leg.  
i.l.3. de lib. leg.  
Ecclesia. vt li-  
te pend.

<sup>c</sup> Ecclesia.

bitor verò inops, eiique affinitate aliqua, ac necessitudine coniunctus, quique operam suam diuiti plerisque in negotiis præstiterit: in his certè casibus, aliisque non dis similibus, facile præsumetur donatio: utpote cum nihil aliud occurrat, quod inter eos actum esse probabilius sit. Sequens quæstio est, Si pluribus tabulis, eodem exéplo conscriptis, vñas reddiderit creditor, an exceptio conventionis proficit reo? Ego non temere eum exceptione iuuandum crediderim, nisi aliud actum fuisse appearat. Cum enim alias eiusdem exempli domi habere se inteligeret, quibus æquè intentionem suam probare posset: hac fiducia videli potest eas tabulas debitori suo redidisse. Argumentoqué est quod Papinianus respōdit, <sup>a</sup> Ex pluribus eiusdem testamenti tabulis si quasdam de leuerit testator, non continuò irritum fieri testamētum, cum ex ceteris, quæ supersunt, res gesta declaretur. Nec verò Bartoli argumentum, contra sententias, tanti apud me est, vt me de hac sententia deducere possit. Vnum, inquit instrumentum est, licet pluribus exemplis descri ptum sit. <sup>b</sup> Verum igitur est, instrumentum redditum es se, quod lex nostra requirit. Nam non animaduertit Bartolus, contra se hoc telum retorqueri posse, argumentumque ex eorum genere esse, quæ à Gracis & Ulpianis ovata appellari solent: sic enim contra ratiocinari possum<sup>9</sup>. Vnum est instrumentum, atqui à creditore id retentum est, non igitur redditum dici debet. Sed nec illud usque quaque verum esse puto. quod vnum instrumentum, nō plura esse ait. Sicut enim descriptis pluribus exemplis eiusdem testamenti, vnum testamentū dicitur, plura verò exempla, aut plures chartæ, sive membranæ: ita in spe cie proposita, vnis quidem contractus aut una obligatio, sed cautiones plures, aut plura instrumenta recte nihil omiuus dici poterunt. Sanè accipienda sunt quæ dicimus, cum quis simpliciter reddit instrumentum, nec id se donare, seu legare proficitur, qua in specie incerti tudo maior, obscuritasque versatur. Nam donatis legatis tabulis, qui in nomine ipsum ac debitum donatum, legatum ve sit, dubium non est. Eadem est ratio venditio nis.

<sup>a</sup> Lf. de his que  
in testa. delēt.

<sup>b</sup> l. Vnu de te  
sta.

nis<sup>a</sup>. Sicut enī dom<sup>9</sup> pro familia, ~~μετωνυμίας~~ Vēter pro partu, Taberna pro mercibus quæ in ea sunt, Calendarium pro nominibus debitorum, Tessera pro iure percipiendi frumentum à nostris usurpatum: ita & Tabulas pro iure eo, quod tabulis continetur, eadem loquendi forma accipimus<sup>b</sup>. Omnino in hac disputatione nostra tria potissimum perpendenda ac separatim examinanda mihi esse videntur. Quorum primum, quod proximè expeditum est, dubitationem non habet. An qui tabulas donat, nomina & actiones donare intelligatur. Alterum est paulò incertius, cùm de eo videlicet queratur, qui reddit tantum, nec se donare exprimit: sed præsumptione iuris obscuritas hæc discutitur, vt suprà annotatum fuit. Tertium iam explicandum restat, omnium, vt videtur, incertissimum: Cùm Chirographum penes debitorem, idque cancellatum forte reperitur: sed an sit donatum, obscurum est, adeò vt ne ullo quidē modo redditū sit, nécne appareat. Et sanè ex his verbis perspicuum est, pactum de non petendo ita demum præsumi, si cautionem debitori redditam fuisse constiterit. Quod rationem habet. Qui enim pacto se liberatū esse asserit donationem allegat, quæ non facilè præsumi debet, nisi cautionē redditam fuisse ostendatur. Alia fortè causa eius est, qui cùm se soluisse contendat, probatoris causa chirographum profert. Nam licet creditor à se redditum, aut cancellatum neget, præsumptione tamen debitorem liberatum videri respondit Modestinus, nisi adhuc sibi deberi actor manifestè docuerit<sup>c</sup>. Sed & cancellatis tabulis debiti solutionē cōprobari posse, Paul. scribit<sup>d</sup>: Nec distinguit, à quo cancellatae sint. Ex quo intelligitur, id generalirer & indistinctè accipiendum esse. Quod tamen ita perpetuum non est, vt nō aliquam interdum exceptionem admittat. Finge personam domesticam esse, quæ tabulas interuertere potuerit, aut in quam aliās verisimiliter talis suspicio cadat: nōne solutionis præsumptio cessabit? Quod utilitatis causa receptum est, alioquin famulis domesticisque cæteris herilia instrumenta lassurādi, vt ære alieno ipsos exoluāt, dabitur

*a. l. Quichiro-*  
*graphū. de leg.*  
*i. l. seruū. §.*  
*en qui. de leg.*  
*i. l. ii. quæ res*  
*pig. l. i. C. de*  
*donat.*

*b. l. i. de sena-*  
*tusc. fil. l. cūm*  
*tabernam. de*  
*pignor. l. qui*  
*filii. de legat.*  
*iii. l. sed et si*  
*suscepere. de*  
*iudic.*

*c. l. si chirogra-*  
*phum. de pro-*  
*bat.*

*d. l. Fullo. de*  
*furt.*

*a li. §. ille dūt.* dabitur occasio<sup>a</sup>. Proinde consultius fecerit, & cautius  
*C. de lat. lib.* debitor, si non modo instrumentum sibi à creditore cu-  
 rauerit reddi, quod vel iniuitus facere cogitur sed pecu-  
 niæ quoque soluta professionem, quam nōs Apocham  
*b l. dissolute. C.* dicimus, abstulerit<sup>b</sup>.

*de cōd. ex leg.*  
*L. pecunia. C.*  
*de solutiō.*

### MODESTINVS LIB. III. REGVLARVM.

*e l. Certe. de pre-*  
*car.* Post pignus verò debitori redditum, si pe-  
 cunia soluta nō fuerit, debitum posse peti,  
 dubium non est: nisi specialiter contrarium a-  
 ctum esse probetur.

*d l. de lib. leg.* PIGNVS REDDITVM, puta vestis, aut liber,  
 vñi esse potest debitori<sup>c</sup>; cùm charta, seu membrana  
 redditu nullam vtilitatem adferat. Itaque pignus in hoc  
 potius redditum, vt eo vtatur debitor, quām vt ipse li-  
 beretur, lex prasumit. Idemque in instrumento respon-  
 sum est, quo casu ex eius redditioē debitor citra remis-  
 sionem debiti aliquid commodi consequeretur. Ac  
 eandem ob causam sit, vt redditio pignore, ne ius quidē  
 ipsum pignoris, quod accessorium est, remissum pleriq;  
 opinentur. Quibus & nos subscribimus: tametsi is, qui  
 pignus legat debitori, aut instrumentum de obligatione  
 pignoris confictum reddit, ius quoque pignoris legare,

*remis. pig. c. ec-*  
*clesia. vt nelit.*

*pend.*

### PAVL. LIB. III. AD EDICTVM.

Item quia cōventiones tacitæ valent, placet  
 in vrbani habitacionibus locādis inuecta il-  
 lata pignori esse locatori, etiā si nihil nomina-  
 tim conuenerit. Secundū hoc & mutus pacisci  
 potest. Huius rei argumētum est, & stipulatio  
 dotis causa facta. Nā ante nuptias malè petitur  
 quasi

quasi si hoc expressū sit, vt nuptiis nō secutis ipso iure euanescat stipulatio. Idē Iuliano placet ex facto etiā consulto: cū conuenisset, vt donec vñræ soluerentur, sors nō peteretur, & stipulatio purè cōcepta fuisset: cōditionē inesse stipulationi, atque si hoc expressum fuisset.

Q V A T V O R exempla ex libris Iulii Pauli ad edictum hīc adscribuntur, quibus nō solū explicatur fūsus; quod suprā dictum fuit, Conuentiones tacitas valere, sed etiā velut *dia τηρ ιταγωγὴν τινα* confirmatur, comprobaturque.

### IN V R B A N I S H A B I T A T I O N I B V S.

Vrbana prēdia à Iureconsultis omnia ædificia appellari, licet in vico forte, aut villa, non in oppido sita sint, nemo est qui ignoret. Vrbanum enim prēdium non lo-

cus, sed materia facere dicitur<sup>a</sup>. Quod ita interpretantur<sup>b</sup>. Non e- a l.i. Commu-  
nem nonnulli, si causā habitandi constrūta sint. Non e- præd.l. Vrba-  
nūm ea tantum quæ ædificio, rectoq[ue] carent, rusticis na prædia. de  
prædiis annumeranda esse putant, sed nonnulla etiam verb. sig. §.  
ædificia, veluti Tuguria, quæ ad rerum rusticarum cu- prædiorum. In  
stodiām<sup>b</sup>: Stabula, quæ ad greges continentos<sup>c</sup>, non fit. de seruit.  
quæ ad hospites recipiendos parantur<sup>d</sup>: idque authore b l.Tuguri. de  
Columella, qui partim ex rusticis ædificiis, partim ex verb. sig.  
yrbanis villā cōstare scribit<sup>e</sup>. Alioquin res in prēdium c l.Eo iure. §.i.  
rusticū illatas in plerisque legibus, ac Iureconsultorum in quib. cau.  
responsis, eas demum esse interpretabimur, quæ sub diu pig.

collocatae, non in domo reposita sint. Quod sane per- d d. l. Vrban.  
absurdum est<sup>f</sup>. Nam & Florentius urbana ædificia à et ibi Alcia.  
rusticis lib. 8. Insit. eleganter distinxit<sup>g</sup>. Sed & Pompo. e Coll. i.c. 6.  
Tugurii appellatione significari oē ædificium ait quod f d.l. Eo iure. l.  
rusticæ rei magis custodiēdæ, quam quod urbanis ædi- Seruis vrba-  
bus cōueniat<sup>h</sup>. His illud adiicio, ne ædificiū quidē oē, nis. de leg. 3.  
quod habitādi gratia cōstructū sit urbanū appellari: id g l.Fudi. de ver  
quod Iureconsultus his verbis non obscurè significat. bo sig. vide. l.  
Est enim Villa rustica, Varoni & Columellæ, quam i de aqua plu.  
Villicus, familiaque villatica incolunt: quæ interdum arcen.  
villa b d.l. Tuguri<sup>i</sup>

- a l. Plenum de villa simpliciter à nostris dicitur <sup>a</sup>. Vrbana verò quæ  
 vñfū. & Prætorium vocatur, pars est ornatior, cultiorq; villæ,  
 b l. Videamus. quam sibi ad inhabitadum dominus recepit <sup>b</sup>: sic dicta,  
 i. locat. quod vrbano vñsi, non rusticō destinata sit. Argumēto  
 c l. quemadmo est quod Labeo ait, vt Seruum vrbannum & rusticum, ita  
 dñ. de suppel Penum, Suppellectilemūe vrbannam & rusticam, non lo-  
 leſt. leg. l. nā co, sed genere, ita vñsi distingui <sup>c</sup>. idēque à Paul. & Vlp.  
 quod de penu de vrbana familia ministerioque vrbano scriptum extat  
 leg. <sup>d</sup> Sed & Africanus, Seruus vrbanis legatis, Agasonē, &  
 d l. Vrbana fa- mulionem non contineri legato, respondit: sed eos de-  
 mil. de verb. mum, quos paternamiliās circum se ipse sui cultus causā  
 sig. l. Seruus haberet. <sup>e</sup> Sed cur in vrbannis tantūm habitationibus,  
 vrbanus . de non etiam in rusticis, huic tacita hypothecæ locus sit,  
 leg. iii. queri potest. Et quidem Neratius ita obseruari simpli-  
 e l. Cum quare citer respondit <sup>f</sup>, quasi certa ratio huius diuersitatis mi-  
 tar. de leg. iii. nimè appareat, aut eā, inuestigare curiosi<sup>g</sup>, nō magnope-  
 f d l. Eo iure. re interſit. Si enim eorū oīum, quæ cōſtituuntur rationē  
 g l. Nō omniū. requiras, multa ex his, quæ certa sunt, vt idē Nerati<sup>h</sup> ait,  
 de leg. subueri necesse est <sup>i</sup>. Verūm hæc diligentia, si modus  
 adhibeatur, quem desidero in plerisque non omnino  
 inutilis meo iudicio futura est. Ego itaque in rusticorū  
 prædiorum locatione hoc vtilitatis causa imprimis cō-  
 ſtitutum arbitror, vt fructus, qui ibi naſcuntur, tacitè in-  
 telligantur iure pignoris abligati esse domino fundi lo-  
 h l. In prædiis. cati, etiam si nihil nominatim cōuenierit<sup>h</sup>. In locatione  
 in quib. cauf. verò domus, siue vrbani prædi, in quo nulli fruct<sup>g</sup> na-  
 scuntur, cùm ea constitutio locum habere non posit,  
 ratio tandem excogitata est, qua domino locat<sup>g</sup> domus  
 etiam propiciatur: & quia nulli fructus pignoris nexū  
 obligari possunt, friuola ſaltem inquilini, cæteraque in  
 domum inuecta, velut ſubſidio teneantur. Proinde licet  
 ſtabula, quæ à cæteris ſeparantur, ædificiis vrbanorum  
 prædiorum non ſint, tamen quod ad caufam taciti pi-  
 gnoris attinet, proxima vrbani prædiis ob ſimilitudinē  
 videlicet rationis atque æquitatis eſſe dicuntur <sup>i</sup>. Cæ-  
 terūm hæc coloni, inquiliñique differentia rescriptio  
 imperatoris Alexandri ſublata eſſe vulgo creditur: niſi  
 quod in induc̄tis per colonum ſcientia necessaria eſt, vt  
 eodem

, eodem rescripto continetur, cuius verba hæc sunt: Certi iuris est, ea quæ voluntate dominorū Coloni in fundum dum conductū induxerunt, pignoris iure dominis prædiorum teneri. Quando autem domus locatur, non est negligiaria in rebus inductis vel illatis scientia domini: nam ea quoq; pignoris iure tenetur<sup>a</sup>. Ex quibus verbis *a l. Certi iuris. C de loca.*

interpretes colegerunt, inter Colonum & Inquilinum hoc tantum interesse, quod res à Colono in fundum illatae ita demum obligentur, si eas inferri dominus sciuerit: inductæ vero ab Inquilino in domum locatam siue sciuerit dominus, siue ignorauerit, indistincte teneantur. Etsi autem me non lateat quam lubrica, plenaque discriminis res sit, quæ per tot secula tot homines eruditæ uno consensu probarunt, reiucere velle, rationes ramen eas in medium adducere visum est, quibus adductus hanc interpretationem damnare ausus sum, quæ si cui videbūtur satis idoneæ, is nostram amplectetur sententiam: sin minus, veterem receptamque eò retinebit libentius, quod in dubium vocata vicerit. Ac primum omnium quod dicitur in rescripto, *CERTI IV-RIS*, satis arguit, id lege aliqua antè constitutum, aut certè longò vsu in mores perductum fuisse: certū enim ius, authore Fabio, aut scripto, aut moribus cōstat: quod cognitionis est non inventionis, cum dubium æquitatis regula examinandum sit. Quod si verum est, quis iure non miretur, in tot Iureconsultorum monumētis, eorum præsertim, quos in consilio habuit Alexander, ne tenuissimum quidem huius iuris vestigium extare. Nullam enim cōstitutionem, si Lampridio credimus, sacravit Alexander sine viginti Iurisperitis, & id quidem ut iretur per sententias singulorum, & scriberetur, quid quisque dixisset: dato tamen spatio ad disquirendum, cogitandumque priusquam dicerent, ne incogitati dicere cogerentur de rebus ingentibus. Interque hos præcipuum locum tenuerunt Domitius Ulpianus, & Julius Paulus: quorum hic de urbanis tantum habitationibus, hoc ipso in loco sic loquitur, quasi in rusticis expressa requiratur conuentio. Cæteros prætermitto, vel eiusdē

*f Alexan*

*contra communē  
DD. opinionē.*

Alexandri *συνέργοντος* consiliariosq; qui quoties de p̄gnore rerum à colono induxarum loquuntur, conuen-

tionis expressæ potius, quām tacitæ faciunt mentionem.  
Mitto etiam illud, quod qui huiuscē distinctionis asser-

*a Iashic, nu. 14.* tores sunt, nulla satis firma ratione nituntur, & quæ non

facilè labefactari queat<sup>a</sup>. Quid? quod Theophilus Græ-

cus author *Institutionumque iuris ciuilis* paraphrastes, locum illum explicare exēploq; illustrare volens, in quo

*b §. Itē Seruia* de Seruiana actione agitur<sup>b</sup>, eam actionē tunc compe-

na. *Insti.* de tere afferit, cūm colonus in fundū res induxit, pacto ad-

acto.

vt locatori mercedis nomine obligarentur: tacitæ  
verò conuentionis nusquā meminit: vt longè cōsultius  
mihi videatur hoc Alexandri rescriptum sic interpre-  
tari, vt ipsotum iureconsultorum sententiis, à quibus id  
profectum verisimile est, omnino consentaneum sit. Erit  
autem, si paulò aliter quām cæteri cōtextum ipsum pun-  
ctis distinguentes, ita interpretati fuerimus, vt certi iuris  
sit, quæ volentibus, pacientibusque dominis pignoris  
iure coloni in fundum cōductum induixerint, ea domi-  
nis prædiorum teneri. Quod si in domū cōductam in-  
quilius res suas intulerit, quantum ad taciti pignoris  
causam attinet tātum abest vt expressa conuentione o-  
pus sit, vt ne scientia quidē domini sit necessaria. Est er-  
go in illis verbis talis figura, qualē in Vergili locū an-

*c ad fini. lib. x.* notauit Seruius, Iuguloq; haud inscius accipit ensem<sup>c</sup>.

*Aeneid.*

Sed quid si verba hæc, V O L V N T A T E D O-  
M I N O R V M , de conuentione expressa intelliga-  
mus, vt quosdam interpretatos fuisse accepimus. Sanè  
ea interpretatio nihil incommodi habitura est. Verū  
ea non efficiet, quod minus in eodem, vt aiunt, luto hæ-  
reamus. Nā ex eo sensu id demum colligi potest, si no-  
minatim cōuenerit, vt res suas inferat colonus, in fundū  
cōductum, eas iure pignoris obligari, rametsi vt obli-  
gentur non conuenerit, nisi fortē ea verba κατά παρε-  
θινη legamus, vt ad totam orationem referantur, hoc  
modo: Certi iuris est, ea quæ coloni in fundum con-  
ductum induixerint, pignoris iure dominis predio-  
rum, teneri, voluntate scilicet dominorum, id est si  
domini expressim consenserint & cetera. Quod si cui  
fortē

forte durior hæc, aut utraque potius interpretatio videbitur, si vel emendationem proferat codicem vel commodiorem nobis & studiosis omnibus interpretationem adferat, maximam ei pro tanto in nos, remq; literariam, officio, gratiam habebimus. At enim fortassis dubitauerit quispiam, cum actio non detur contra colonum citra conventionem pignoris expressam, cur actionem Seruianam in eo casu à quasi Seruiana, sive hypothecaria, distinxit Iustinianus? Cui respondeo, Olim pro pignore persequendo, nullam iure ciuili prodita actionem fuisse. Quod cum utile cuidam prætori non videretur, in prædiorum locatione, actionem proposuit, qua rerum illatarum nomine, si cōuenisset ut pignori essent, ageretur. Eaq; Seruiana, ab ipsis forte prætoris nomine appellata est. Alius deinde prætor, cum utile quidem comparatam eam actionem sed non satis plenam esse animaduerteret, aliam excogitauit multo laxiore vberioremente, qua non locatoribus modò, in quorum prædia res inuecta essent, sed quibuscumq; etiam creditoribus consuleretur. Quasi Seruiana ideo dicta est, quod ad exemplum & imitationem Seruianæ actionis introducta sit.

H V I V S R E I A R G V M E N T V M. Cum quid per stipulationem dotis causâ promittitur si cœtio inter contrahentes hoc cōuenire intelligitur, ut nuptiis non fecutis ipso iure nulla sit stipulatio. Quinimo cōditione,

qua à cōventione non parū differt<sup>a</sup>, tali stipulationi in- a l. iii. §. fabi  
esse certi iuris est<sup>b</sup>. Vnde dubitarūt plarique, quo sensu nus. pro empt.  
accipiendū esset, quod hic dicit, Malè petitur &c. Nam b l. stipulationē  
apud veteres cōsultos (quorū, ut Fabius ait, summ<sup>c</sup> cir- l plerunq.; l. li  
ca verborū proprietate labor est) qui ante diē petit, ma- cēt de iure dot.  
lē petere, sive male, aut perperā agere dicitur<sup>c</sup>. Licet e- c l. quād. dies  
nim ante diē nata iā sit obligatio<sup>d</sup>: quia tamē præmatu- vsuf. leg. ce. l.  
ra petitio incomodū affert aduersario, exceptiōe summo- ii. §. si quis ita  
uetur. Qui verò quod sub cōditione pmissū est, ea nōdū q; de eo quod  
existēte petit, is nō malē petere, sed petendo nihil agere cert. loc.  
dicitur, quod ante cōditionis eventū rem sibi nō debi- d l. cedere de  
tam petat. Cuius rei gratia hic locus variè intellectus ver. sig.  
est, Mihi autem placet, ut malē peti accipiamus non

fū modo

modo quod in diem, sed etiā quod sub conditione de-  
betur. Itaq; quisquis petēdo nihil agit, is vtiq; malē pe-  
*a l. iii. de cōp̄ſ. tit, sed non contra \**. Fuere ex veteribus, qui aliter re-  
sponderent, nempē conditionem, quæ extrinsecus insit,  
ortum obligationis nō impedit. Quæ sentētia ab Ac-  
cursio & cæteris explosa est: sed nos aliquando latiori-  
bus commentariis id, loco magis idoneo tractabimus.

**I D E M I V L I A N O P L A C E T.** Plerunque  
(alibi noster Paulus ait) ea que p̄fationibus conue-

*b l. titia. §. idē respondet de verb. oblig.* nisse cōcipiuntur, etiam in stipulationibus repetita cre-  
duntur *b*. Quæ verba Bartolus, cæterique interpretes  
sic intelleixerunt, quasi iureconsultus velit, si quid ante  
formula à tabulario conscriptā inter cōtrahentes actū  
sit, de die puta, aut conditione, pactioneū aliqua, quæ  
contractui accedat, mox formula ipsa purè & nulla hu-  
iusce rei facta mentione concepta sit, id in ea repetitum  
videri, perinde ac si nominatim expressum esset. Idemq;  
verbis huius contextus significari aiunt. A quibus om-  
nibus, cum bona ipsorum venia, dissentio. Verba nanq;  
instrumenti sequenda esse magis placet, quam sermones

*c panor. in c. du dum. de conuer. coniug.* antè à contrahentibus habitos, à quibus instrumentum  
aliter concipiēdo recessisse eos verisimile est *c*, nisi for-  
te plus dictum, ac minus scriptum per obliuionem seu  
errorem comprobetur. Ex sermonibus tamen huiusmo-  
di, pactionibus interdum fraudem atque simulatio-  
nem argui posse non negauerim. Sed cùm hæc ad sta-  
tum conjecturalem potius, quam legitimū pertinere  
videantur, prudentis Iudicis magnopere arbitrium de-  
siderant. Cæterū longè aliam Pauli verborum sen-  
tentiam esse contendo, quam Bartol. cum suis sequaci-  
bus existimauerit. Nam quod Paulus ait, p̄fationibus

*d l. Quicquid. de verb. oblig.* concipiuntur, ex proprietate verborum sic accipendum  
est, quæ stipulationis formula exprimuntur *d*: non qui-  
cū similibus:

*e l. Iurisgētum §. quod fere.* den posteriore parte, quæ stipulationem ipsam conti-  
nere solet *e*, sed anteriore, in qua pacta conuenta, con-  
ditiones, & alia id genus describuntur, quæ nos p̄fationum vocabulo significari censemus: vt quòd à vete-  
ribus Præscriptio dicitur in senatusconsultis, id in pa-  
storum

Forum formulis Præfatio vocetur. Huius rei appositi-  
ssimum exemplum hic habemus, si modò id commo-  
dè interpretetur: Finge prolatam in iudicio cautio-  
nem huiusmodi, Lucius Titius scripsi me accepisse à P.  
Meuio decem, conuenitque inter nos, vt eius summæ  
nomine centesimas vñras soluam, & donec eas soluero  
vt is sortem à me non petat, hanc summam sibi rectè da-  
ri stipulatus est P. Meuius spopodi ego Lucius Titius.  
Quæro, cùm post vnum aut alterum mensem Meuius à  
Lucio decem petat, an inuitus ea soluere cogatur, si vñ-  
ras, de quibus conuenerat, præstare velit? Julianus ex fa-  
cto consultus, cogendum non esse respondit. hoc enim  
pactum, quod in ingressu contractus factum est, stipu-  
lationi inesse dicitur, licet ea purè concepta sit.

## VLPIANVS LIB. IIII. AD EDICTVM.

**C**Onuentionū autem tres sunt species. Aut  
enim ex publica causa sunt, aut priuata: Pri-  
uata aut legitima, aut iurisgentiū. Publica con-  
uentio est, quæ fit per principem, aut quoties  
inter se duces belli quædam pasciscuntur.

H O C caput, quod alioquin satis planum, apertum-  
que est, ex eo subobscurum redditur, quòd cùm Vlpia-  
nus tres constituat species conuentionum, nihilominus  
duas tanèum subiiciat, quarum vñā partitur in eam quæ  
legitima est, & quæ iurisgentium, quo nihil diuisionum  
legibus magis aduersariorum esse potest. Harum etenim  
vna est, vt species diuisionis de pluribus dici nequeant,  
quàm ipsum genus quod diuiditur. Quæ lex ab Vlpia,  
minime obseruata esse videtur. Nam vtraque species  
priuata conuentionis legitima videlicet & iurisgentiū  
de publica conuentione dicitur, cùm genus in eas spe-  
cies diuisum, id est conuentio priuata, de publica con-  
uentione

uentione dici non possit. Sed & eodē argumento aliam  
 Vlp. diuisionem exagitant dialectici , qua ius in publi-  
 a *lii. sup. de iu-* cum ac priuatum distributum es̄t, moxque adiectū, pri-  
 fuit. & iure. uatum ius tripartitum esse, collectum nempe ex natura-  
 libus præceptis, aut gentiū, aut ciuilibus. Quasi verò pu-  
 blicum ex nullo horum præceptorum constet. Aduer-  
 sus quos fuere ex nostris qui Vlp. causam satis viriliter  
 defenderent, sed non perinde feliciter mea quidē sentē

*b Alcia. libro tia<sup>b</sup>:* horum ego exemplo σόφα vt Euripid. ait, φάρμακα  
 parer. *infra.* huic quoq; malo adhibere possem, si partium magis stu-  
 dio, quam veritatis tenerer. Idque popularius fortè, ac  
 plausibilius apud huius disciplinæ studiosos foret. Ve-  
 rùm ea sophistica mihi grata non est, ac vehemēter pla-  
 cer illud Aristotelicum, ἀμφοῖρ ὄντοι φίλοις δσιοι προτί-  
 φεψη τὴν ἀλλήλεων, cùm præsertim Iureconsultorum no-  
 mini non multū officere putem, quod alias artes non  
 percalluerint. Quantis Cicero laudib⁹ Sceuolam sui  
temporis Iureconsultum ornat? quem tamen eam didi-  
 cisse artem negat, quæ (vt Ipsius yrar verbis) doceret  
 rem vniuersam tribuere in partes, latētem explicare in-  
 terpretando, ambiguam primum videre, deinde distin-  
 guere, postremo habere regulam, qua vera & falsa iudi-  
 carentur, & quæ quibus propositis essent, quæque non  
 essent consequentia. Quid? quod idem Trebatium Iu-  
 ris ciuilis usu & scientia præcellentem Topica, id est ma-  
 ximam dialectices partem ignorasse testatus est, in eo  
 maximè libro, quem ad eum honoris causa scriberet, &  
 ad posteritatis memoriam peruenire veller: id pculdubio  
 nunquam facturus, si tanto viro, summāque libbi amicitia  
 & necessitudine coniuncto, aut ingratum id, aut parum  
 honorificū fore intellexisset. Quod si quis hanc culpam  
 in Tribonianum conferre malit, equidem non refraga-  
 bor: cùm verisimile sit, ab Vlp. in iis commentariis, ex  
 quibus hæc nobis fragmenta supersunt, longè accura-  
 tius, copiosius, distinctius, ac denique τιχνικοτέροι  
 tractata suisse omnia, quam in hisce centonibus nunc  
 nobis appareant. De iure tentū priuato, conuen-  
 tioneque priuata fortassis differuerat in illis libris Vl-  
 pianus,

pianus, idemque intelligi volebat de publico iure ac publica conuentione: quod & ab aliis iuris autoribus, ne verboſa nimium eſſet diſputatio, alibi factum me-minimus<sup>a</sup>. Sed verum eſt quod Budæus noster dicta-  
bat, Tribonianum acciſas nobis Pandectas, & mutilas  
verius, quam compendiosas tradiſiffe, adeo ut quoti-  
die nobis diuinadum ſit in hiſ, quibus ſi veterū extarēt  
monumēta, nihil erat futurum dilucidius. Neq; tamen  
haſce reliquias, qualeſcūque ſint ideo reſpuere & auer-  
ſari, ſed amplecti potius, & boni conſulere debemus, ſi-  
miamque illam imitari, quam apoloſorum ſcriptores  
tradunt, cum catulum quendam ſuum pulchellum & cha-  
rum amiſiſſet, alterum fœdiorem, quem priuſ inuiſum  
habuerat, deperiſſe.

QV AE FIT PER PRINCIP E M. Nemini  
dubium eſt, quin princeps, cui populus omne imperium  
in ſe, potestateſq; contulit<sup>b</sup>, de negotiis ad Remp. ſpe-  
ciantibus reſtē atq; utiſter paciſcarū, ſive pacem, ſive  
aliud quodcūq; fœdus cum hoſtib<sup>9</sup> faciat. Sed queri-  
tur, pacem faciendo cum hoſtibus, an priuatorū damna  
atq; iniuriā, ob causā belli acceptas, remittere poſſit?  
Et reſpōſum eſt, publica utilitatis cauſa, ſi aliter diſcor-  
die tam priuatim, quam publicē ſedari nō valeāt, poſſe<sup>c</sup>:  
idq; Traſibuli exemplo, qui cum ciuitatem Athenien-  
ſum xx x. tyrannorum ſeuitia liberaffet, plebiſcitū in-  
terpoſuit, ne qua præteritarum rerum méto fieret. Quae  
malorum obliuio<sup>d</sup> ab iplis vocitata, cōcūſum &  
labentem ciuitatis ſtatū in priuatum habitum reuoca-  
uit<sup>d</sup>. Quod & M. Tulli<sup>e</sup> aliquādo Romæ, publico otio  
conſulere volens, ſequendum eſſe censuit<sup>e</sup>. Sed hoc d  
tum maximē neceſſarium eſſe cōſtat, cum occupata per  
iniuriam bona longo temporis ſpatio poſſeffa fuſt, que  
ſi à poſſessoribus auferantur, reſtituanturque dominis,  
multa concurti, perturbari q; ſit neceſſe, ut in ſpecie non f  
diſſimiſi confuſtus à Cæſilio Traianus Imperator, pru-  
dentiſſime reſcriptif<sup>f</sup>. Sequens quæſtio huic traſtari  
per quam aſfinis viſa eſt<sup>g</sup>, An princeps contrahendo pa-  
ciſcēdoue cum ſibi ſubditis hominibus obligeatur? Cūm g  
lib. x. epift.  
f iiii enim

*a §.i. Inſtit. qd  
cum eo.*

*b l. i. de conſt.  
prin.*

*c l. item ſi ver-  
beratum. de  
rei vendi. l.*

*l. Lucius de e-  
uiſt.c. in no-  
ſtra. de iniur.  
not. in l. vlt.  
C. fi. cōt. ius.*

*C. in c. que  
in ecclesiariū.  
de conſtitu.*

*Vale. tit. de  
animi mode.*

*l. Philip. in  
princip.*

*Cic.lib. ii. off.  
de Arato  
Sycionio lo-  
quens.*

*lib. x. epift.  
Plinii.*

a l. princeps, de enim legibus solutus sit<sup>a</sup>, non videtur ad contractus ob-legib. seruantiam astringi debere. At in contrariam senten-tiam ideo itum est, quia lege illa naturali aut diuina potius quae fidem seruari iubet, neque populi consensu,

b §. sed natura neque seuatus autoritate solui potuit<sup>b</sup>. Hinc respon-sia. Inſtit. de ſum eſt, principi non licere prædia nomine ac titulo iure natur. clientelę alicui confeſſa ἵχεισῶν νόμων, vt dicitur, & ci-Bald. in l. ii. tra cauſe cognitionem adimere<sup>c</sup>. Nam inter patronum C. de feruit. atque clientem contrahitur negotium, ex quo alter al- & aqua. teri non ciuili tantum iure, ſed etiam naturali tenetur<sup>d</sup>.

c Panor. in c. In ſumma, nihil eſt in principe diuinus, quam promiſ-qua in eccl- forum conuentorumque conſtantia<sup>e</sup>, a quo omni tem-ſiarū. de cōſt. pore vitæ ſua ita colendam veritatem eſſe ſcribit Iſo-d tit. de for. fi- crates ad Nicoclem. vt plus momenti ad fidem facien-del. in vſib. dām eius oratio habeat, quam aliorum iuſurandum.

feud. Q U O T I E S I N T E R S E D V C E S B E L-e Iaſon in l.i. LI. Non tantum igitur principi, qui ſummuimpe- in princ. ſup. riuum, ſummamque potestatem habet: verum etiam du-ed. citans e- cibus belli, pacta cum hoſtibus inire publicæ vtilitatis pift. inter cla- cauſa permittitur. Nec dubitandum eſt, quin huiusmo-di pacta seruari debeant. Quod & in his magistratibus trinit. dicendum videtur, qui coniurationem in rem publicam aliudue atrox facinus detegentibus impunitate aut præ-mium aliquod pollicentur. Quibus enim fides publica ob huiusmodi cauſam datur, eos non decipi, non tan-tum naturalis, ſed etiam ciuilis quædam ratio suader, ne cæteri poſtea ad ſimilia facinora indicada fiant tardio-

f argu. l. quod ſ. Atque ita Senatus Pop. Rom. de Carilinariæ conſi minor §. nō ſemper de mi nor. ſiurationis indicibus Cicero confule faciendum de-creuit. Quosdam tamen eſſe quaſitores accepimus, qui cum ab inſelicibus reis impunitate per ſimulationem promiſſa, delicti confessionem expreſſerint, mox ad ſupplicium eos mittunt. Salomonis exemplum ſe ſe imi-tari dictitantes, aliorumque laudatissimorum iudicūm,

g c. afferte. de quos historia præſertim ſacræ authores prodiderunt, præſumpt. c. nonnumquam in cognitionibus veritatis elicienda gra-Vtilem. xxii. q. vi. tia simulatione aſtutaque uſos fuſſe. Verum ego ne-que Salomonis conſilium, qui nulla ſpe vana reum la-ctauit,

stavit, cum hac pessima arte versutiaque conferendum esse, neque confessionem huiusmodi ac condemnationem sufficere existim: Licit omnes tam pontificii quam cæsarei iuris interpretes, paucis exceptis dissentiant<sup>a</sup>. Credibile enim est, ut cætera argumenta pretermittam, cum cui capitum creatur periculum ex vinculis causam dicentem, non facinoris conscientia magis, quam istius promissionis fiducia confiteri. Et eo magis, quod qui in tanto discrimine versatur, saepius cogitare solet, quod iudices possint, in quorum manu ipsorum virtus posita est, quod quid debeant facere<sup>b</sup>. Inde illud Alcibiadis *ἴσοι φύγει μηδέ τοι δίκαιος*, vice proverbi vulgo iactatum, celebratumque est. Non ideo tamen hanc extorquendæ confessionis rationem omnino respuendam esse contendimus, quæ in criminalibus cognitionibus non mediocriter utilis esse potest, sed confitentem à iudice damnandum esse negamus. Non enim ab officio iudicis alienum videatur, ad explorandam veritatem, reo spem aliquam absolutionis iniucere<sup>c</sup>, ut confessione velut indicio admonitus, promptius eum, expeditiusque conuincat testimoniis: adeò ut ne postea quidem deiectus de ea spe, quod semel confessus sit, reuocare ac negare sustineat. Quod si forte tam atrox scelus sit, ut primo quoque tempore id vindicari publicè expedit, cuiusque plurimi participes sint, veluti coiuratio in principe, aut républica, eum quod fidé publicā secutus fatetur, nō modò seruādū, sed præmio quoque afficiēdū esse crediderim<sup>d</sup>. Id quod à nobis paulo ante dictum, ac senatus Rōmani exemplo confirmatum fuit. Nec id mirum in eo senatu, qui tum orbis terræ consilium verè dicebatur. Cum Gellius de pop. Rom. scribat<sup>e</sup>. Omnibus quidem illum virtutum generibus colendis, exercendisque, sed omnium maximè, atque præcipue, fidem colendo tam publicè, quam priuatim, ad tantam amplitudinem peruenisse. Cuius rei cùm permulta extenta argumenta, atque testimonia, tum illud perquam memorabile, quod inter eos & Porsemnam pactis induciis, quum ludi Circenses in vrbe celebrentur, ingressi hostium duces curuli certamine cōf f *Serui in. 11.*  
*Aeneid.*

*Imola con-*  
*tix. dec. in. l.*  
*ea est. de reg.*  
*in Alcia in*  
*l. natura. de*  
*ver. sig. Hip*  
*po. marsil.*  
*sing. clxxvii.*  
*Cic. in Orat.*  
*pro Quintio*

*c d. c. utilem. cū*  
*similibus.*

*d arg. l. i. cū ibi*  
*not. de iust.*  
*et iur. Ale*  
*xā. in. l. i. qd*  
*quisque iur.*  
*Lib. 20. c. 1.*

I AM vt eò reuertamur, vnde digressi sumus, videndum est, an à ducibus belli, citra principis, aut populi consensum, cuius nomine & auspiciis bellum geritur, pax constitui possit? Bartolus posse negat. Quæ sententia vera est, si ducendi tantum, regendiisque exercitus cura eis demandata sit, non autem plena liberaque

<sup>a</sup> arg.l. procurator cui generaliter de procur.

<sup>b</sup> l.vti.de eo q. vicem alt.

Bart.in.l.i. q.bi quib.de lega.iii. et in l.filius. de legat.

<sup>c</sup> l.mandat generali.de p- cur.

d l.iii q. in bel lo de re mili.

<sup>e</sup> Livius lib. 9. decad. i.

rum omnium potestas concessa<sup>a</sup>: quam & hi habere creduntur, qui principis vicarii codicillis ab eo impetratis creati sunt<sup>b</sup>. Nam si in civilibus ac forensibus negotiis procurator qui vel generali mandatu ad actionem constituitur, transigendi, decidendiisque negotii facultatem non habet<sup>c</sup>: consequens est, eum cui belligandi causa exercitus committitur regedus, pacem cum hostibus faciendo, muneris sui fines excedere, quod in re militari maximè vitiosum semper habitum est<sup>d</sup>. Quam quidem ob causam fœdus ab Hostilio Mancino cum Namantinis percussum senatus ratum non habuit: Sicut nec Camillus dictator, pactionem eam, qua inter Sulpitium quendam tribunum militum, & Brennum Gallorum regulum conuenerat, ut Galli acceptis mille pondo auri à Rom. ob sidionem relinquerent. Vnde Sallustius de pace inter Aulum exercitus Romani dum & Iugurtham Numidarū regem facta, Senatus, inquit, ita vti.par fuerat decernit, suo atque populi iniussu nullū potuisse fœdus fieri. Celebris est & Spurii Posthumii cōsulis Romanī historia, ideo hostib⁹ dediti, quod turpi, ignominiosaque sponsione se, Populumque Romanum eis obstrinxisset, extatque eius apud Liuum<sup>e</sup> plena grauitatis, altitudinisque animi oratio, ex qua nos pauca, quæ ad hunc locum maximè visa sunt pertinere hic subiecimus: Neque ego inficias eo, Patres conscripti, tam sponsiones, quam fœdera sancta esse apud eos homines, apud quos iuxta diuinās religiones fides humana colitur: sed iniussu populi nego quicquam sanciri posse, quod populum teneat. An si eadem superbia, qua spōsionem istam expresserunt nobis Samnites, coegerissent nos verba legitima dendentium urbes nuncupare, deditum populum Romanum vos tribuni dice-

retis?

retis? Et hanc urbem, templa delubra, fines, aquas Samni  
 nitium esse? Omitto deditio[n]em, quoniam de sponso-  
 ne agitur. Quid tandem si sp[ecie]ndissimus urbem hanc  
 relieturum populum Romanum incensurū? si magistra-  
 tur, si senatum, si leges non habiturum? si sub regibus fu-  
 turum? Dii meliora, inquis, at qui non indignitas rerum  
 sponsionis vinculum leuat. Si quid est, in quo obligari  
 populus possit, in omnia potest, & ne illud quidē quod  
 quosdam forsitan moueat, refert, Consul, an Dictator,  
 an Prætor sp[ecie]nderit. Et hoc ipsi etiam Samnites iudi-  
 cauerunt, quibus non fuit satis C O'S S. sp[ecie]ndere, sed Le-  
 gatos, Quæstores, Tribunos militum sp[ecie]ndere coege-  
 runt. Nec à me nunc quisquam quæsuerit, quid ita spo-  
 ponde[re]m, cùm id nec consulis ius esset, nec illis sp[ecie]nde-  
 re pacem, quæ mei non erat arbitrii: nec pro vobis, qui  
 nihil mandaueratis, possem. Cæterū si de induciis quæ  
 ratur, idem quod de pace respondendum plerisque pla-  
 cuit. Quam sententiam ut veriorem receptionenq[ue] proba-  
 bamus licet Accursius Bartolus contradicant. Nā & hic  
 à præscripto mandati sicut in superiore casu receditur,  
 cùm procuratori qui liberam potestatem non habet, tē-  
 pus ad soluendum dare nō minus, quam transfigere cum  
 aduersario interdictum sit. \*Itaque cùm inter Agi-  
 dé Lacedæmoniorum regem, & Thrasilum Alcipho-  
 nemque Argiutorum duces, pactæ essent quatuor men-  
 sum induciæ, non sine ratione factum est, authore Alci-  
 biade, vt eas Argiui ratas non haberent. Idemque La-  
 cedæmoniis factū: quos eā ob causam adeò in regē suū  
 indignatos fuisse scribit Thucydides, vt lege lata duo-  
 decim ei cōsiliarios adhibuerint, sine quoru[m] cōsilio neq[ue];  
 inducias neq[ue]; quoduis aliud fecundus cum hostibus ferire  
 posset. Eas tamen inducias, quæ necessitatē aliquam  
 habent, excipimus; veluti quæ sepietendornm cadauerū  
 gratia, quibus aer infici, corrumpique solet, inuicem cō-  
 ceduntur quas vel humanitatis ratio non denegandas es-  
 se suadet, vt Homerī carmine admonemur, apud quem  
 Idæus Troianorum nomine Agamemnonem principē  
 Græcorum sic alloquitur.

I. Qui Rome  
 §. Callima-  
 chus. de ver-  
 bo. oblig.

καὶ δὲ τοῦ ἀνάγομεπτῆρ ἔπος αὐτὸν ὑέλαντε  
παύσεθαι πολέμοιο μυστήριον νεκρούς  
κόποιμεν. οὐσιερον ἀντε μαχησόμενον, οἰσόμενοι μάχημαρ  
άμμει μισερίνην, οὐδὲν δὲ ἐτίροισι γε νίκην μ

Cui humanissimè respondet Agamemnon:

ἀμφὶ δὲ νεκροῖσιν κατακένειρ οὐτὶ μεγαίρει,  
ἐν γὰρ τοι φιλίων νεκρούν κατατεθνώσων  
γίνεται, ἐπειδὴ θάνωσι, πυρὸς μεταίσθεμεν ὄντες  
Ἑρκία δὲ τὸν Ίσων ἐρίθιδευκος, πόσις ἡρκει

Sed & Homerum imitatus Maro noster, eius quoq; rei  
gratia pactas inter Aeneam & Latinos inducias referat  
his versibus:

Iamque oratores aderant ex urbe Latina,  
Velati ramis olea, veniamque rogantes,  
Corpora per campos ferro quæ fusa iacebant,  
Redderet, ac tumulo sineret succedere terra  
Nullum cum victis certamen & aethere casis.

Et paulò post,  
Bis senos pepigere dies, & pace sequestra  
Persylvas Teucri mixtique impune Latini  
Errauere ingis. &c.

## PAVLVS LIB. III.

### AD EDICTVM.

Legitima conuentio est, quæ aliqua lege confirmatur: & ideo interdum ex pacto actio nascitur, vel tollitur, quoties lege vel senatus consilio adiuuatur.

CONVENTIO lege confirmari bisariam dicitur vel quia lex certam ei formam dat, qualis est stipulatio &

§. Adeo. In contractus emphyteuticus. Vel quia nullam formam dā  
st. do  
& conduct.

do efficacem eam ad agendum esse vult, tametsi aloquin  
couuentio nuda, simplexque sit.<sup>a</sup> Sunt enim pacta quæ a l. si quis argē  
dam, authore Cicerone in loco suprà citato. quæ sine le-  
gibus obseruatur ex conuentu, prosuntque ad exceptio-  
nem, ac retentionem. Alia, ut idem ait, lege obseruanda  
sunt, quod nominatim id lege exceptum cautumque sit:  
quæ ideo legitima pacta, vel legitimæ conuentiones re-  
ctè appellantur nam etsi consensu gentium non ita pro-  
bentur ut ad obligandum valeant, tamen legibus & iure  
ciuili, id est, Romano obligationem pariunt. Itaq; si quis  
donationis causa quicquam se mihi daturum promiserit  
quoniam hæc conuentio confirmatur lege, aduersus eum  
competet actio; quod & in aliis casibus locum obtinet.  
Ac sicut conuentio lege confirmata parit actionem, ita  
eandem ipso iure tollit, licet nuda conuentione natura-  
lis tantum obligatio tolli dicatur<sup>b</sup>. Huius generis est pa-  
ctum, quod super actione iniuriarum interponitur<sup>c</sup>, quo  
niam id legis XII tab. verbis cōfirmatur<sup>d</sup>. E P A C T O  
T A L I O E S T O . Qua de re inferius pluscula dice-  
mus.<sup>e</sup>

<sup>b</sup> l. Stichum. §  
naturalis. de  
solut.

<sup>c</sup> l. si tibi. §.  
quedā. infra.  
eodem.

<sup>d</sup> Gell. lib. xx.  
Noct. Atti.

<sup>e</sup> §. Paetus ne  
peteret.

## VLPIANVS LIB. IIII.

### AD EDICTVM.

IVrisgentium conuentiones quædam actio-  
nes pariunt, quædam exceptiones: quæ pa-  
riunt actioes in suo nomine non stant, sed  
transfunt in proprium nomine contractus: ut em-  
ptio, venditio, locatio, conductio, societas, com-  
modatum, depositum, & cæteri similes con-  
tractus.

S V P R A ostendimus, veteribus Romanis utile visum  
non fuisse, passim ex quibuslibet conuentionibus actio-  
nes dari, ideoque paucas quasdam ex multis delegisse

eos

eos quas ad agendum utiles esse ducerent cæteras honestæ cuiusque voluntati, religioni, & fidei reliquiss. Quænam autem hæ sint, non enumerat signatam Vlpianus, sed certam nobis demonstrat notam, ac veluti symolum, quo facile inter noscî, discernique possint, eas demum actiones parere dicens, quibus proprium nomen centra etus est inditum ut Emptionem, Venditionem &c. Alio tamen sensu Ang. & Iason hunc locum interpretati sunt, quasi scilicet Vlpianus velit, id de huiusmodi conuentio nibus propterea constitutum fuisse, quod suo quæque proprio certoq; vocabulo appellaretur, aliis nullanisi cō munem generalemque conuentionis appellationem habentibus. Quæ interpretatio, si quam inepta ac ridicula est, tam horum Vlp. verborum sensui conueniret verbis sanè non rebus imposita lex esset: quo nihil à legis officio potest esse alienius. Nulli est igitur alia istius iuris ratio, quam quæ supra à nobis commemorata est, nemunita de leg. videlicet litibus immodicis contentionibusque abundet ciuitas, quibus minuendis potissimum studere legislato

b de no. cod. rem oporteret b; idq; authore Isocrate, qui leges eas quam fac. in p̄fici. l. optimas esse scribit, quæ vt ipsius verbis utamur, tās μηρ quidam ff. si διμοθετοις ὡς ἴαχισας τὰς δὲ διαλύσας ὡς οἴότε ταχι- cer. peta. cle. ταῖς πολέτιαις ποιοῦσι\*

dispēdiosa. de Cùm autem ea ratio tantum ciuilis, ac probabilis sit, non iud. §. ii. insti. necessaria, & naturalis, vt diximus, mirum profecto vide de p̄en. teme. ri non debet, si non æquè omnes ei assentiantur; adeò ut quorundam populorum legibus cautum esse accepē- ring. hing. rimus, ne ex pactione vlla, quamlibet nuda, ac simplici, denegetur actio. Verissimum enim est quod summus vir Aristo. ait: Si quis velit ad leges ferendas esse idoneus, ac vt ipse loquitur, νομοθετος, aut de legibus iam latius dicum facere præter ciuilis scientiæ cognitionem, experientiam quoque ei necessariam esse. Ac meritò sophistas nescio quos perstringit, nihil facilius esse cōfirmantes, quam multis legibus in unū locum collatis, optimas eligere, quibus utinam neq; nostra hac artas, neque superiora secula similes aliquando tulissent. Non enim tā

multa præclarè & utiliter legib⁹, aciure ciuili cōparata,

ponti-

pontificum quorundam sanctionibus abrogata iace-  
rent, & felicius aliquantò, mea sententia cum rebus hu-  
manis ageretur. **E T C A E T E R I S I M I-**  
**L E S C O N T R A C T V S.** An donatio ex eo-  
rum contractuum numero sit, à plerisque dubitatum est.  
Et ante omnia sciendum est, cùm res donationis causá  
traditur, nullum propriè contractum esse videri, cùm o-  
bligationem non pariat<sup>b</sup>. Quare donationum tracta-  
tum inter eos non collocauit Tribonianus, in quibus de  
contractibus agitur. Conuentione tamen tali dona-  
tioni inesse non immeritò quis dixerit: propterea quod  
donatarii eam accipientis consensus accedit. Nec enim  
donatio, vt in Top. ait Cice, sine acceptione intelligi-  
tur<sup>c</sup>. Verùm an hoc casu proprium nomen habeat, nec-  
ne, contendendum non est, inanisque λογομαχία esse mi-  
hi videtur. Siue enim nomen proprium habere dixeri-  
mus, siue contrà, constat ex donantis voluntate, neque  
vllam obligationem nasci, neque quod datū est ex pœ-  
nitentia reuocari posse<sup>d</sup>. Quod si absq; traditione fiat,  
ex Iustiniani constitutione idem erit dicendum, per  
quām effectum est, vt conuentio legitima. ideoque ad  
actionem producendam efficax sit<sup>e</sup>. Sed cur iure veter-  
is sine stipulatione ad actionem nō proderat, cùm spe-  
cialem & propriam habere appellationē videatur? Re-  
spondeo, Donationis verbo si vim ac proprietatē spe-  
ciemus, liberalitatem, & munificentiam, non stipulatio-  
nem, aut contractū, seu conuentione aliquā significari.  
Sed cùm cōtrahendo, siue pacifice liberalitas exerce-  
tur, talis cōtractus, vel pactum, non per se, sed κατὰ συμ-  
βιβήσθε. Donatio dicitur. Cuius rei exemplum est in sti-  
pulatione, ex qua promissor obligatur, & ad dandū co-  
gi potest. Si verò pactū conuentū sit, quia vti liberali-  
tate non videtur, qui ita p̄mittit, vt nulla aduersus eum  
competat actio, Donationis vocabulū ei non cōueniet.  
Sed etsi in alium contractum res non transeat,  
subsit tamen causa, eleganter Aristo Celso re-  
spondit esse obligationem: vt puta, dedi tibi  
rem, vt mihi aliam des: dedi vt aliquid facias,

*a Vide not. in  
c.i. de pact. in  
decret.*

*b l. Aristo. de  
donat. Labeo  
de verb signi.  
l. Cū donatio  
nis. C.de eo  
quod me. l. si  
quis emptio-  
nis. de præscr.  
xxx. anno.*

*c not. in l. absen-  
ti de donat.*

*d d.l. Aristo.*

*e l si quis argē-  
tū. C.de dona-  
tio. not. in l. le-  
gitima. suprà  
eodem.*

*habet actionem*

HIS VERBIS. Docet iureconsultus, qđ ante dictū  
 est, ex cōuentione quę nomē nō habitationē nō nasci id  
 accipiēdum esse, cūm simplex est, & nuda conuentio. Nā  
 si præter conuentione res quoque data sit, qui accepit,  
 ad præstandum quod promiserat, iure ciuili tenetur ita-  
 que aduersus eum datur ciuilis actio. Cūm autem ipsa  
 conuentio nomine careat, nec actio quidem ex ea com-  
 petens vlo proprio nomine vocabitur: atque ideo non  
 poterit actor ita experiri, vt certam se actionem insti-  
 tuere dicat, veluti ex empto, ex vendito, ex testamento,  
 ex stipulatu: sed verbis præscriptis res gesta demonstra-  
 bitur ab eo: ac perinde valebit petitio, ac si certū & spē-  
 ciale actionis nomen expressum esset<sup>a</sup>. Hinc facile iudi-  
 cari potest, cur actio ex huiusmodi contractibus com-  
 petens Præscriptis verbis, ac etiam in factum, vulgo di-  
 curat. Cūm enim actiones ferè solennes ac certæ essent,  
 nec populus prout vellet eas institueret<sup>b</sup>, ac vt Cicero  
 Ros. Comædo ait<sup>c</sup>, expressæ essent ex vniuerscuisque dāno, dolore in-  
 commodo, iniuria, publicæ à Prætore formulæ, ad quas  
 priuata lis accommodaretur, necessæ fuit de quibus ne-  
 e §.i. Insti. de gotiis certa agendi forma conscripta non esset, (non e-  
 except. l.iii. § nim aliter fieri poterat, propter eorum multitudinem<sup>d</sup>)  
 Aduersus. de actionem verbis in factum præscriptis & conceptis, ac vt  
 doli excep. l. nō Theophilus loquitur, synactiōnē institui<sup>e</sup>. Eadem ra-  
 debet. de do. tione incerta quoque actio, siue iudicium incertum ap-  
 ma. l. Titius. pellari solet, quia videlicet nec certo designatur nomi-  
 De præscrip. ne, nec certa solennique formula continetur. Et ita pau-  
 verb. lò post legendum opinor, non incerti, vt reposuit Ho-  
 fl. rebus. C. de Ioander: quanquam ea quoque lectio defendi potest.  
 re. pmuta. l. Cæterū vbi nulla actio iure ciuili prodita est ne incer-  
 iii. de iuti. stip. ta quidem, utilitas tamen suadet actionem dari, idque à  
 l. legē. l. cū res mente legis non est alienum: quæ si omnia sigillatim cō-  
 C. de donatio. plecti potuisset, hunc casum non omisisset: tunc præto-  
 g. l. si pluriū de ris est ius ciuile subsequif, & actionem ex sua iurisdictio-  
 noxa l. Seio. ne comparareg: quæ modò Vtilis dicitur, quod non ex  
 de testib.

summo

fummo directoque iure, sed utilitatis causa ex bono & aequo intendatur: modo<sup>a</sup>. In factum à verbis in id quod factum est conceptis, ut de incerta ciuili iam diximus<sup>b</sup>. Atque hinc satis perspicuum est, cur Extraordinarium vocetur iudicium vel Extraordinaria actio. Täetsi hoc vocabulum non simplicem habeat significationem.<sup>c</sup>

Et ideo puto recte Julianum à Martiano reprehensum in hoc, dedi tibi Stichum, ut Pamphilum manumittas. manumisisti, euictus est Stichus. Julianus in factum actionem a prætore dam: ille ait, ciuilem incepsitam actionem, id est præscriptis verbis sufficere: esse enim contratum (quod Aristoteles dicit) συναλλαγμα, vnde hæc nascatur actio.

IN HAC Specie Saluius Julianus nullam iure ciui li actionem competere censuit, sed in factum extraordinaria opus esse, quæ ex prætoris iurisdictione introducatur. Proinde merito notatus est à Martiano, cùm actio ciuilis licet incerta, ex hoc contractu nascatur. Nā ex omni conuentione, cuius appellatio nulla iure ciuili prodicta est, datur, modo nuda non sit, meraque conuenio, sed aliquod præterea negotium habeat, id est, præter verba & consensum, aliquid ab uno<sup>d</sup>, datum vel factū sit, ea lege, ut ab altero quicquam aliud detur, aut fiat<sup>e</sup>: licet negotium aliquando latius accipiatur<sup>f</sup>. Et sanè minore cùm incommodo à conuentione recedi constat, vbi res adhuc integra est, quam si iam aliquid datum ab alterutro, factūve fuerit. Tametsi autem hoc simpliciter ab Vlpiano dictum sit, de sententia tamen eiusdem Iuliani à Paulo alibi, relatâ exceptio addenda est, nisi dolus aliquis ab eo vnde petitur admissus arguatur: quo casu de dolo quoque agi poterit<sup>f</sup>. At cessante dolo malo, inter Vlp. & Paulum conuenit actionem in factū, nō prætoriam, sed ciuilem competere. Verba Pauli hæc sunt: Sed

*a l. si quis stipulatio ff. ex quib. causa b dicta. l. quo- ties. l. quia a- ctionū. de præ scri. verb.*

*c l. quæ religio sis. de rei vin- dicata. l. cū res. C. si. alie. res pig. dat cum similibus. incerti*

*d l. solent de præscrip. ver. l. si dominus. eo. tit.*

*e l. ab emptiōe inf. co. l. inter stipulante. de verb. obli.*

*f l. naturalis. §. sit cū do. ver. sed si dedi.*

*g si de-*

si dedi tibi seruum, vt seruum tuum manumitteres, & mā  
numisisti, & is quem dedi euictus est, si sciēs dedi de do  
lo, in me dandum actionem Julianus scribit: si ignorans,  
in factum ciuilem. In quibus illud sorte quispiam admi-  
rabitur, quōd in referenda Juliani opinione non consen-  
tiant: ac Paulus actionem ciuilem dari Juliano placuisse  
testetur. Vlpianus contrā. Sed leuis momenti est hoc  
dissidiū, cūm de summa rei, vt diximus, inter ipsos pro-  
bè conueniat. Et quidem facile suspicor Triboniam  
num cūm à Paulo Juliani sententiam recitante actionis  
in factum mentio tantūm facta esset, ne ab hoc Vlpiani  
loco discrepare videretur, verbum CIVILE M, adie-  
cisse, id satis esse ratum ad ἀντίομι την vitandam, si in sum-  
ma propositæ questionis nulla reperiretur cōtrouersia.  
Etenim dubium non est, quin veterum Iureconsultorū  
responsis, tum addendo tū detrahendo permulta ab eo-  
dem immutata sint, cūm & ipse hoc se fecisse profitea-  
tur<sup>a</sup>, & pleraque iuris civilis loca id manifestius ostendant,  
quam vt quisquam inficiari auit. Ex quibus in mē  
tem vñus venit, quem aliquando obseruauimus, cūm ti-  
tulum de legis primum interpretaremur, in eius siqui-  
dem tractatus initio vulgo hæc verba, Per omnia exæ-  
quata sunt legata legata fideicōmissis, Vlpiano attribuū  
tur: quæ falsa persuasio magnarum inter jurisprudentes  
altercationum causa fuit. Nam ea ex Justinia constituta  
tione à Triboniano in eum locum relata esse nō ani-  
maduerterunt. Ac ne ipse quidem id mihi planū per  
suasi, donec in basilicana bibliotheca civitatis Biturigū  
Digestorum volumen manu. scriptum offendit, in quo  
non Vlpiani, aut alterius cuiuspīam Iureconsulti nomen  
τριγράφης loco, sed dictio IMPERATOR, maiusculis  
literis exarata legebatur hæc εἴδε παρέπερ. Nunc ad in-  
stitutum reuertimur: facessit nobis negotium, quod idē  
Paulus eodem in loco scribit. Quōd si faciam vt des, &  
posteaquam feci, celsis dare: nulla erit civilis actio, sed  
de dolo dabitur. Ecce cūm facio vt des, veluti manu-  
mitto Stichum, vt mihi des Pamphilum, nullam actionē  
ciuilem competere generaliter ait, cūm tamen hic senti-  
tia

tia Martiani probetur, existimantis, actionē præscriptis  
 , verbis, quæ ciuilis est, ei qui manumisit: aduersus eū qui  
 , seruum postea euictum tradidit, ideoque nō dedisse in-  
 telligitur, sufficere. Sed nec Paulus ipse satis sibi consta-  
 re videtur, quem ex verbis superius à me recitatis euide-  
 ter apparet in hoc casu ab Vlp. non dissensisse. Huius  
 nodi dissoluendi grātia quæ Bar. scripta reliquit, quan-  
 do satis superque ab aliis confutata sunt, in medium ad-  
 ducere supersedebo. Quæ verò Alciatus nouissimè cen-  
 suit<sup>a</sup>, vtrò reiectis ac damnatis que prius ipse asserie-  
 rat<sup>b</sup>, ea in disquisitionem vocare visum est: non vtique  
 æmulationis alicuius, aut contentionis cum doctissimo  
 viro, & de literis ciuilibus eximiè merito, (id enim insa-  
 niæ proximum esset) sed veritatis asserendæ studio, que  
 nulla re commodius quām sobria, & modesta disputa-  
 tione ex pūteo illo educi potest, in quo Democritus eā  
 demersam esse aiebat. Sententia igitur Alciati est, quan-  
 tum ex variis ipsius commentariis colligere possumus,  
 in iis demum conuentionibus actionem præscriptis ver-  
 bis locum habere, in quibus præter verba contractus mu-  
 tuum quoddam factum vtriusque contrahentium inter-  
 uenit; quod συνελλαγμα vocari affirmat, veluti cùm do ea  
 lege, vt aliquid des, vel facias: datio nanque citra factū  
 vtriusque esse non potest. At cùm facio vt des, quia hoc  
 factum à me absque villo facto tuo impletūr, si non de-  
 deris, hac actione non agam, sed de dolo. Et quia huic  
 opinioni quedam obiici possit videt, diluere ea nititur,  
 sed ita vt hominis acumen facilè agnoscas, fucum non  
 probes, exclamesque identidem illud Horatianum,

*Quo teneam vultus mutantem protea nodo?*

Imprimis enim aduersatur ei quod ex Diocletiani re- c l.cū proponas  
 scripto colligitur, Cūm trado ancillam, vt mihi aliā des C.de dolo.  
 de dolo actionem aduersus te decernendam si non dede-  
 ris, quo tamen casu συνελλαγμα contractū videtur, cùm  
 traditio vtriusq; factū requirat. Item si faciam vt facias,  
 datur mihi præscriptis verbis actio<sup>d</sup> Quāuis συνελλαγμα<sup>d</sup> l.naturalis. §  
 g ii hic sed si facio.

hic nullum insit. Sed ille responderet, Cūm facio *vt*  
*vt* faciam ideo *συναλλαγμα* esse, quōd præter conuentio-  
nem mandatum quoddam vtrinque interponi videatur,  
quasi verò aliud sit hoc mandatum quām contrahétium  
consensus: *vt* mittam, quōd si verè mutuum mandatum  
esset actio mandati vtrinque competenter nedum præscri-  
ptis verbis. Præterea cūm trado *vt* des, nihil videri eum  
*cui* traditur facere ait, cūm traditio merum factum sit, &  
nihil iuris in ipsum transferat. Quod si verum est, cur  
in specie ab Vlpia, hic commemorata detur actio præ-  
scriptis verbis non video, cūm Stichus traditus, non e-  
tiam datus fuerit: nisi fortè mentem contrahentium ma-  
gis quām rei veritatem (*vt* ille ait) inspicientam esse di-  
camus quorum vterque Stichum recte datum esse cre-  
didit. Sed hæc quām leuia, dii boni, ac nugatoria sunt?  
Quid? si indicauero seruum fugitiuum, *vt* mihi pecuniā  
des, te cessante an non datur mihi præscriptis, verbis a-  
ctio? *vt* ad Sabinum Vlpia scribit<sup>a</sup>: in ea tamen specie  
quodnam *συναλλαγμα*, quæsio, potius quām cūm alicui  
traditur res, contrahitur? Nullum sanè, si quemadmodū  
intellexit Alciatus, id verbum accipiamus: verū longè  
aliam habere significationem, quām ipse communica-  
tur, planum facturi sumus, id quod ad premēdum huius  
causæ iugulum apud æquos iudices vel vnum satis esse  
poterit. Nec verò authoritate & graui testimonio  
carebit nostra explicatio, quod ī Alciato desideramus.

b I. Labeo de  
verb. signifi-  
cione

Primum enim Labeonem laudamus authorem<sup>b</sup>, qui a-  
pud Vlpia, *συναλλαγμα*, siue contractum (nam hæc ver-  
ba eodem sensu accipiuntur) esse definit vltro citroqué  
obligationem, veluti emptionem, inquit, venditionē, cō-  
ductionē, societatē, in quibus oībus cōtractibus nihil v-  
trinq; geri præter cōsensum mutuū nemo dubitat: *vt* mi-  
rū sit, eum locū, ab his præsertim, qui ex p̄fesso illum in-  
terpretati sunt, diligētius ppensum nō fuisse. Est & alte-  
ra paulò latior significatio iuris nostri autorib<sup>9</sup> vetustio-  
rioribusq; interpretib<sup>9</sup> vñstata, cū videlicet ita aliquid cō-  
uenit, *vt* vel ex altera tantū pte nascatur obligatio, *vt* in  
stipula-

stipulatione.<sup>a</sup> Hinc Theophilus, συναλλαγμα, inquit, ἐσι α l'no solum, ff. μένο οὐκαι πλεισόνωρ εἰς τὸ ἄντο σύνοδος τεκαι συναίνεσις, εἰς τὸ de act. εγ̄ obl. συνίσσεσθαι, ινοχήμ, και τόμ ἔτιρον τῶν ἔτερω ποιησαι υπεύθυνον. §. vlt. inst. de Apud Aristo. verò lib. 5. moralis. latissima est huius verbi obl.

significatio, vt pote que furtum, cædem, aliaque id genus maleficia complectatur: τῷρ συναλλαγμάτωρ, inquit, τὸ μέρ ἐκένουσια ἐσι τὸ δε ὀκένουσια, ἐκένουσια μεν γάρ τὸ τοιάδε εἴσιρ πράξεις, ὡνή, δακνησμός, ἔγγυη, χρήσις, παραστατική, μίθωσις ἐκένουσια δὲ λίγεται οτι οὐ δρχν τῷρ συναλλαγμάτωρ τόντωρ ἐκένουσιος. τῶν δὲ ὀκουσίων τὰ μέρ λαθράια. εἴσιρ κλοπή, μοιχία, φρεμακία, προεγγύη, δικλοπάζια, διοδοφονία, φευδομαρτυρία. τὰ δὲ διαίτα, διορ δικία, διεσμός, θάνατος, ἀρπαγή, πάρεσις, κατηγορία προπιλαικισμός. Cuius appellationis rationem utcunque probabilem adfert Ephesius Græcus autor in eiusdem loci enarratione, ad quem lectores, si qui sunt harum rerum cognoscendarum curiosi, remitto. Non me latet Hesychium συναλλαγμα interpretari θεικορ συμβολοσορ, vel γαικιορ forte potius, locum enim corruptum esse arbitror. Sed hoc si quid ad rem pertinet nostrā magis, quam cōtrariam sententiā iuuat. Itaq; cum facio ut des, non minus dicitur cōtrahī συναλλαγμα, quam cum do ut des, vel do ut facias, vel facio ut facias. Cur ergo dixerit quispiā, Vlp. hoc in loco ideo actionem præscriptis verbis cōpetere ait, quia contractū est συναλλαγμα. Nam huiuscmodi verbis innuit ubique συναλλαγμα cōtrahitur huic actioni locū esse, quod ab interpretatione nostra multū abhorret. Cui respondeo, hæc verba iureconsulti vnde hæc nascatur actio sic accipienda esse, ut restringant potius, quam declararent præcedentia b: sitq; hic sensus, συναλλαγμα cuius est facta mentio, tale est, ut ex eo nascatur hæc actio, habet enim negotiū quoddam vltra conuentionem scilicet manumissionem serui. Hinc generáliter colligo, ex omni cōuentione, cuius propria appellatio iure ciuili prodata nō est, si causa subsit, id est datio, vel factū, quod alibi negotium ab Vlp. appellari crediderim, actionē præscriptis verbis competere. Neq; vlla distinctione adhibenda est, an certa lege det quis, an faciat, cum sit in omnibus hu-

b not. l.i. de sū.  
trin. l. omnes  
populi. de iu.  
εγ̄ iu.

iusmodi conuentionibus eadem ratio. Verum nihilominus actionem de dolo, si forte dolus interuenisse proponatur, intendi posse existimo, vt sit electio actoris, vtra actione experiri maluerit.<sup>a</sup> Cum enim verba pratoris<sup>b</sup>, si alia actio non erit, de actione tum ciuili tum honoraria. Vlpia, authore intelligentur: consequens est, verbū actionis, pro ea tantum, quæ nominatim proposita est, & incertam formulam conclusa, accipi. Nam si actionem in factum tam ciuilem quam honorariam complectetur, quando locus actioni de dolo esse posset? Nec diffimilis est (nisi fallor) Pauli verborum sensus, cum ait: Si faciam vt desnullam fore ciuilem actionem. Nam licet actio se ferre ciuilis dicatur, quod oriatur ex iure ciuili, eaque significatio actioni prescriptis verbis conueniat, tamen ibi accipitur angustius, vt & alias se penumero pro ea, quæ certum nomen, certamque formulam iure ciuili proditam habet<sup>c</sup>. Quod autem liberum sit, in quibus casibus actio vel exceptio dolis prodita est, eam omittere, & actione vel exceptione in factum concepta experiacti. Et obli. l. qui seruāt probatur magna profecto ratio & æquitas id fieri suadet. Finge actorem ea probitate & moderatione animi permis. depræ esse, vt actione in dolum concepta vti nolit, ne fama laetatur aduersarii, & actionem verbis in factum temperat d. l. reiquam. ff. ri cupiat, vt non doli, sed bonæ fidei potius fiat mentio, de dolo. l. Cū quis tam aversus à vero est, vt eum autrem suam amittere, aut famoso experiri iudicio cogat, ac non potius singularē humanitatem eius amplectatur, sponte sua homini forte alieno præstantis, quod ut liberi tribuant parentibus lege eos adigi necesse fuit<sup>d</sup>: Nā & Cicero in oratione Pro Quintio Nauium quendam in odium iudicium adducere nititur, quod honestiore iudicio conflictari cum posset, caput nihilominus Quintii & existimationem oppugnare: quasi id turpe, & dishonestum, licet iure concessum fuerit. Idem in Oratione pro Cecin. huius dedecoris & turpitudinis crimen à se amolitur his verbis: At si quis mihi hoc iudex, recuperatore dicat. Potuisti enim leuiore actione configere, portuisti

*c. l. ii. & l. in-*

*terdic. de*

*præc. l. is cui*

*acti. & obl.*

*l. qui seruā-*

*darū & l.*

*permis. depræ*

*esse. vt actione*

*in dolum concepta*

*vti nolit, ne fama*

*laetatur aduersarii,*

*& actionem*

*verbis in factum*

*temperat*

*d. l. reiquam. ff.*

*ri cupiat, vt non*

*doli, sed bonæ*

*fidei potius*

*fiat mentio,*

*de dolo. l.*

*Cū quis tam*

*aversus à vero*

*est, vt eum autrem*

*suam amittere,*

*aut famoso*

*experiri iudicio*

*cogat, ac non*

*potius sin*

*cū aliis. supra*

*gularē humanitatem*

*eius amplectatur, sponte sua ho-*

*cita.*

*e. l. non debet.*

*ff. de dolo.*

*rentibus lege eos*

*adigi necesse*

*fuit: Nā &*

*Cicero in oratione*

*Pro Quintio Naui-*

*um quendam in odium*

*iudicium adducere*

*nititur, quod honestiore*

*iudicio conflictari*

*cum posset, caput*

*nihilominus Quintii &*

*existimationem*

*oppugnare: quasi id*

*turpe, & dishonestum,*

*licet iure*

*concessum fuerit.*

*Idem in Oratione pro*

*Cecin. huius dedecoris &*

*turpitudinis crimen à se amo-*

*litur his verbis: At si*

*quis mihi hoc iudex,*

*recuperatore*

*dicat. Potuisti enim*

*leuiore actione*

*configere, por-*

*tuisti*

„ tuistia ad tuū ius faciliore & cōmodiore iudicio perue-  
 „ nire: quare aut muta actionē, aut noli mihi instare ut iu-  
 „ dicē: tamē is aut timidior videat, quā fortē aut cupidior  
 „ quām sapientē iudicē esse æquū est, si aut mihi prescri-  
 „ bat, quēadmodū meū ius perseguar: aut ipse id, qđ ad  
 „ se delatū sit, nō audeat iudicare. Etenim si prætor is qui  
 „ iudicia dat, nunquam petitori præstituit qua actione il-  
 „ lum vti velit: Vide quām iniquum sit, cōstituta iam re,  
 „ iudicem quid agi potuerit, aut quid possit, non quid a-  
 „ ctum sit querere. Veruntamen nimiæ vestræ benignita-  
 „ ti pareremus, si alia ratione ius nostrum recuperare pos-  
 „ semus. Nunc verò quis est, qui aut vim armatis homini-  
 „ bus factum relinqui putet oportere, aut eius rei leuiorē  
 „ actionē nobis aliquam demonstrare possit? ex quo ge-  
 „ nere peccati, vt illi clamitant, vel injuriarum, vel capitis  
 „ iudicia constituta sunt, in eo potestis atrocitatē nostrā  
 „ reprehendere, cūm videatis nihil aliud actum, nisi pos-  
 „ sessionem per interdictum esse repetitam? Actio autem  
 „ cuius ita temperata formula est, vt non in dolum con-  
 „ cepta sit, meo iudicio perpetua est, non tēporaria, ideo-  
 „ que actori ita agere nonnunquam expedit <sup>a</sup>. Quod &  
 „ nos haud ita pridem ex facto consulti respondere non  
 „ dubitauimus. Atenim fortassis admirabitur quispiam  
 „ quōd dixerimus, si faciam vt des, non tantūm actione  
 „ præscriptis verbis, sed etiam de dolo agi posse, si dolus  
 „ admissus sit, cūm Paulus sine vlla distinctione simplici-  
 „ ter actionem de dolo competere dicat, tametsi in præ-  
 „ cedenti casu distinctione vslus sit. Vnde videri potest  
 „ inter eas contractuum species discrimen aliquod con-  
 „ stituere voluisse. Verū ego & si integrum Pauli con-  
 „ textum non esse, sed ex eo pleraque susculisse Tribō-  
 „ nianum compendii & breuitatis affectione, coniiciā:  
 „ tamen hēc obiectio parum mouere nos debet, cūm Iu-  
 „ recons. maiorē in eo casu doli suspicionē, quām in cāte-  
 „ ris esse forsitan crediderit. Ac si contextū ipsum accu-  
 „ ratē expendamus, cum aliis quibusdam locis eiusdem  
 „ præstatutus, comperiemus Iureconsultos ipsos modō  
 „ præscriptis verbis, modō actionem de dolo, simpliciter

<sup>a</sup> 1. huius actio  
nis. ff. Quod  
fals.tut.

dandam respondere: quod vel subesse dolis suspicio, vel cessare videatur. Interdu etiam eos distinctionem adiicere, an dolus admissus sit, necne: quæ quoties ab eis prætermittitur, interpretatione supplenda est: vt cum dicitur, actionem præscriptis verbis dandam accipe, nisi dolus interuenerit, quo casu etiam de dolo agi poterit. Et similiter ubi tantum responderetur de dolo agi, subaudiendum est, nisi forte dolo careat aduersarius, tunc enim præscriptis verbis in factum agendum est.

**A C T I O N E M A P R A E T O R E D A N D A M.** Ex hoc loco annotarunt Bartolus & alii non pauci quasdam actiones esse Nativas, quæ ex contractu aliæue causa idonea nascatur, alias esse Dativas, quæ cum nasci non possit, deficiët scilicet ea causa, à prætore tamen dentur. Ex quo apparet, eos veterum iudiciorum dandorum morem non sat percepisse: quæ ne hoc quidem felicissimo tempore, quo literarum studia sic florunt, ut nullo unquam magis, legum possestibus vulgo cognitum esse video. Non abs re igitur erit, pauca quædam, quæ nos ex veterum lectione didicimus hic subiungere: & quæ alibi primoribus, ut aiunt, digitis, & leuiter tantum attigimus, ea paulò fusi, atque enucleati aperire. Prætoris igitur, ac Præsidis, ante constitutionem Diocletiani, officium erat, non iudicare, sed iudicium dare: quod vel ex editis ab eo propositis apparet, quibus iudicium se aut actionem daturum, non autem iudicaturum pollicetur. Huc accedat, quod Vlp. de officio ius dicentis, id est Prætoris, aut similis magistratus differens, quod ipse ait latissimum esse, non iudicandi, sed iudices tantum litigantibus dandi, potestatem ei attribuit<sup>a</sup>. Qua ratione prætoris officium ab officio iudicij de verbo- dicis, & stipulatio præatoria à iudiciali distinguitur<sup>b</sup>. *rū obliqu.* & in Hinc Cicero ad Q. Fratrem, Quid? Prætor solet iudicari. de diuis. dicare deberi? Aliquando tamē ipse cognoscebat Præfip. tor, aut Præses, certarum causarū aut personarū fauore, e l.i.de rei Vid. quæ cognitio idèò extraordinaria dicebatur, quod huc l.minor.de eui. solennem iudiciorum ordinem non seruaret<sup>c</sup>. Extra tot.tit.de extra ordinaria tamen actio accipitur non pro illa præatoria cognitione ord.cog.

<sup>a</sup> l.i.de iurif-  
diſt.

<sup>b</sup> l.v.de verbo-  
rū obliqu. & in Hinc Cicero ad Q. Fratrem, Quid? Prætor solet iudicari.  
<sup>c</sup> l.i.de rei Vid. quæ cognitio idèò extraordinaria dicebatur, quod huc l.minor.de eui. solennem iudiciorum ordinem non seruaret<sup>c</sup>. Extra tot.tit.de extra ordinaria tamen actio accipitur non pro illa præatoria cognitione ord.cog.

cognitione, cuius auxilium ipso iure alicui competere potest, nedum prætorio: sed pro actione vtili, & in factū composita quæ ciuli deficiente extra ordinē & ex prætoris iurisdictione datur<sup>a</sup>. Nam de iudiciis dādis videamus. Dubium non est, quin iudicium dare, aliud sit, quām Iudicare: cūm Cicero dicat omnes omnium pecunias positas esse in eorum potestate, qui iudicia dant, & eorum qui iudicant &c<sup>b</sup>. Iudicium enim dare, Prætor dicebatur, cūm exposito à litigatoribus negotio formam totius litis & controuersiae ita componebat, vt iudicii à se dato perscriberet, qua de re ipsi iudicandum esset<sup>c</sup>. Id autem non vno modo siebat. Nam aliquando purum dabatur iudicium, aliquando sub exceptione. Purum hoc modo: Si paret Titium Sempronio ex causa mutui centum dare oportere &c. Quo exemplo vtitur crebro Justinianus<sup>d</sup>. Ac similes apud Ciceronem formulae passim in orationibus leguntur. Ut Si paret eam se & sua Veneris esse dixisse<sup>e</sup>: si paret fundum Capenatem P. Seruili<sup>f</sup> esse: si paret iugera fundi esse plura, quām colonus sit professus<sup>g</sup>: si paret aduersus edictum fecisse &c. in quibus omnibus locis Paret, ac Pareret, legendum esse contendō, tum fide veteris exemplarium adductus, tum Sext. Pompeii auctoritate, qui verbum Paret, id est, vt ipse interpretatur, apparebit, in formulis visitatum fuisse ostendit. Sub exceptione verò iudicium cōcipiebatur, cūm reus non inficiebatur, quod actor intendebat: sed aliquid opponeret tamen, propter quod videbatur cōdemnari non deberet tametsi vera esset actoris intentio: vt si pecunia certa ex testamento petebatur, quā hæres legatam quidem esse non negaret, sed assereret pacto conuento ne à se peteretur conuenisse, in hunc ferè modum constituebatur iudicium. Si paret centum testamento legata esse Titio, si is pactus non sit ne eam pecuniam ab herede petat, Cassius iudex esto. Hinc fit vt exceptionum formulae apud Iureconsultos ferè per dictionem S I, aut similem concepta reperiantur: Veluti, si in eare, de qua agitur, præiudicium hæreditati non fiat<sup>h</sup>: Sinon voluntate

<sup>a</sup> l. quæ religio: sis de rei vind.  
l. cū fili⁹ familiā: si cert. pet.  
l. creditor. de aet. emp. cū similibus.

<sup>b</sup> lib. iii. 3 verr.  
<sup>c</sup> Theop. in i. tit. de iterdit. Vicitoris in lib. ii. Ciceronis de innent.

<sup>d</sup> §. is quoque inst. quib. mod. re contrah. oblig. § sic itaque de acti. § præterea. inst. de except.

<sup>e</sup> In diuinatio. f lib. iii.

<sup>g</sup> eodem. lib.

<sup>h</sup> l. i. famil. et. cise.

a l. sicut. §. quod tate creditoris fundus veniit<sup>a</sup>: Si non mihi ante pigno-  
 ris nomine sit res obligata<sup>b</sup>: Extra quam si quid ita fa-  
 si. qb. mod. pi. Etum sit vti de lege fieri licuit<sup>c</sup>: Quod eius ripæ mu-  
 b l. creditor. qui niendæ causa non fiat<sup>d</sup>: Si non vi, non clam, non præ-  
 pot. i pig hab. cario feceris<sup>e</sup>. Simon in ea causa sint tabula testamen-  
 c l.i. §. labeo. ti, vt contra eas bonorum possessio dari possit<sup>f</sup>: Si  
 de flumi. ea res iudicata non sit inter me & eum cui vendidi-  
 d l.i. §. sunt qui sti<sup>g</sup>: Si in ea re nihil dolo malo actoris factum est<sup>h</sup>: Si  
 ne quid i flu. in ea re nihil metus causa factum est<sup>i</sup>: Et sexenta hu-  
 publ. iusmodi, que inter legendum à quo quis studioso facilè  
 e l. si vitē. ff. qd obseruari possunt. Huc pertinet, quod Paulus exceptio-  
 vi aut clam. nem definit, conditionem que modò reum eximit da-  
 f l. ii. l. qui i hæ mnatione, modò minuit damnationem<sup>k</sup>. Porro hu-  
 rede. de excep. iusmodi exceptiones, seu conditiones, tum interponi  
 rei iudic. solitæ videntur, cum ipso quidem iure actio compete-  
 g l. si à te cod. ret, sed propter aliquam circumstantiam iniqua videre-  
 b l. ii. de do. exc. tur, cuius rationem iudex datus ob præscriptum for-  
 i l. iii. §. vlt. eo. mule habere non posset, nisi id nominatim excepisset,  
 tit. vel ex bona fide addidisset. Prætor: alioquin poterat  
 x l. except ff. de quidem addi, sed necessaria non erat<sup>l</sup>. De harum au-  
 excep. tem formularum conceptione in iure, id est apud Præ-  
 l. l.i. §. labeo. de torem magna plerunque inter litigantes erat conten-  
 flu. facit. l. qui tio: adeò quod huiusmodi questiones in iudicium ra-  
 seruum. de act. ro incidebant, vt testatur permultis in locis Cicero<sup>m</sup>.  
 & oblig. Nam ante iudicium acceptum nullæ sunt partes iudi-  
 m l. u. de Inuēt. cis sed Prætoris tantum<sup>n</sup>. Cæterum constituto iudicio  
 & i ptit. ora. addebat iudex ex numero selectorum<sup>o</sup> à Prætore,  
 n l. fili⁹ famili⁹ qui formulam securus ab eo conceptam cognosceret,  
 §. vlt. l. procu. ac iudicaret: isque Arbitr, Recuperator, x̄μαιδικαρχος, qui pro enclitio Iudex pedaneus, Iudex datus, Iudex delegatus, Iudex  
 ne l. sire⁹ l. tit. priuatus, Iudex specialis, & simpliciter etiam Iudex di-  
 ff. de procu. cebatur<sup>p</sup>. Theophilus in Græcis institutionibus scri-  
 o vide Gell. lib. bit, cum Romani bellis essent ferè occupati nec semper

14. c. 2.

p l. fund⁹. fami. ercisc. Theoph. tit. de interdict. & tit. quib. ex caus. manumit  
 nouel. cost. 60. l. ii. ne quis eū qui in. ius hoc l. i. de postul. l. vlt. de offi. præt. l.  
 prætor. de tut. & curat. l. iudex. l. si iudex et l. eum que. ff. de iud. l. a iudice. C.  
 eod. tit. l. sed et si in seruū. §. si quis index ff. de recep. atbi. Pl. lib. 10. epist. Iu-  
 nen. saty. vlt. Suet. in Cæsare. Ser. in. ii. Aeneid.

judiciis vacare possent, certo tempore anni conuen-  
tum celebrare consueuisse, in quo huiusmodi iudices,  
seu recuperatores litium dirimendarum gratia consti-  
tuuerentur. Cuius rei quoque Cæcilius Iuuenalis, Tran-  
quillus, & Seruius Honoratus meminerunt. Huius con-  
uentus meminit etiā Isido, apud Gratianum 15. distinct.  
Porro hi iudices priuati erant, nullamq; iurisdictionē,  
ne mandatam quidē habebant, sed notionē tātūm, quæ  
à iurisdictione multū differt. Id quod à Budæo nostro  
minimè animaduersum esse miror <sup>a</sup>. Præterea his iudi-  
cibus à prescripta sibi formula recedere non licebat,  
quāvis id æquū esse iudicarent: vt Cicero cùm alibi se-  
pe <sup>b</sup>, tum in oratione pro Cæcin, & lib. 4, in Verr, author  
est. Quod & Anneli Seneca testimonio confirmatur, qui  
lib. 3, de beneficiis, Melior videtur, inquit, cōditio cau-  
ſe bonæ, si ad iudicem, quām ad arbitrū mittitur: quia  
illum formula includit & certos quos non excedat ter-  
minos ponit: huius libera, & nullis adstricta vinculis re-  
ligio &c. Sed hæc haftenus de iudiciis, ac iudicibus à  
Prætore dandis, ex quibus liquet, nullam actionem esse,  
qua dari à Prætore non rectè dicatur, ideoq; falli eos,  
qui quasdā actiones nasci, alias verò à Prætore dari pu-  
rant. Nā & promiscuè his verbis iureconsulti de quibus-  
cunq; actionibus loquētes vt solent. Dixerit quispiam,  
Si haec vera sunt, nō videtur Julianus à Martiano rectè  
notatus esse, cùm diceret, Actionem in factū à Prætore  
dandā: quoniā ea verba de actione quoq; ciuili, quam  
ait Martianus cōpetere, intelligi possunt. Cui respōdeo,  
hæc verba, A Prætore actionē dari, angustius interdum  
acci pi pro re subiectū quām à nobis dictū sit, vt signifi-  
cent actionē nouā, & que ipso iure prodita nō sit, à Præ-  
tore ex iurisdictione sua introduci, vt sit Prætoria, non  
ciuilis actio. Quo sensu non hoc tātūm in loco, sed alibi  
etiam frequenter accipiuntur. Vnum ex multis locum  
profero, ita apertum, vt eo lecto neminem mihi non  
assensurum esse existimem: is est sub tit. de perpet. &  
tempo. act. lib. Instit. IIII. Non autem omnes actio-  
nes, quæ in aliquē aut ipso iure cōpetunt, aut à Prætore  
dantur, & in hæredē æquè competunt, aut dari solent.

★Si

<sup>a</sup> L. ait prætor. I.  
quidam consu-  
lebat. de re  
iudic. vide Bu  
da. in l. vlt. §.  
iudicandi. de  
munc. & ho-  
no.  
<sup>b</sup> lib. ii. de fi-  
nib. bono &  
mal.

\* Aliis Si ob \* Si vt maleficium fiat promissum sit, nulla est  
maleficium ne obligatio ex hac conuentione.  
fiat.

H O C adiectum est, vt ostendatur, non omne negotium, quodcunque interuenerit, sufficere vt ex ea conuentione actio detur, quæ proprio caret nomine, sed id duntaxat, quod iuri, aut bonis moribus non fuerit contrarium.

Sed cum nulla subest causa, præter conuentionem : hic constat, non posse constitui obligationem. Igitur nuda pactio obligationem non parit, sed parit exceptionem.

D O C E R E volens Vlpianus, quibus ex conuentiobus actio competit, hac diuisione vtitur: Si conuentio nomen proprium habeat, parit actionem; si non habeat, & causa subsit, id est, præter mutuum consensum aliquid non turpiter, neque in honeste datum ab alterutro vel factum sit, vt quicquam aliud detur, vel fiat, idem erit dicendum. Si vero nulla subsit causa, præter conuentionem, id est sola conuentio sit, præterea nihil, quam hic  
*al. i. ff. de re.* nudam vocat, nulla nascetur efficax obligatio. dicitur  
*perm. l. ii. ff.* enim nuda conuentio, vt alibi nudus consensus, nuda  
*qb. mo. vsu.* proprietas, nudum præceptum, nuda ratio, nuda voluntas, nuda res, nudus vsus, nuda cogitatio<sup>a</sup>, quæ neque in  
*ff. l. filiusfa.* §. diu. de l. proprium vllum nomen transit, neque ei accedit causa:  
*i. l. nuda. ff.* Ut si quis interrogetur, quid sit, nihil planè aliud possit  
*de donatio. l.* respondere, quam conuentiōnem, aut pactiōnem esse,  
*iii. ff. de adi-* Hinc Pactum cōuentum ita partiri possumus, vt quod-  
*men legat. l.* dam nudum & simplex sit; alterum vero, cui causa ali-  
*i. §. hāc actiū* qua extrinsecus accedit, Nec diuisionē hanc adieci-  
*nē. ff. deposit. l.* mus, quod admodum necessaria nobis videretur, (Nulli-  
*i. de vsu.* & la enim ferē res est, de qua iure ciuili disputetur, cui ta-  
*hab. l. p̄sentī* liis diuisio non conueniat, nempe vt nuda sit, aut no-  
*C. de his qui da* sed quod à consuetudine in scholis recepta non o-  
*ad ecclēs. cō-* mnino recedere vellemus. Pactum enim vulgo diuidiūt  
*fu.* in Nudum, & quod in eptissimē cōficto à barbaris ha-  
*minibus*

minibus vocabulo Vestitum appellari solet. Quam diuisio  
nem cum nuper quidam in eo ludo edoctus, in quo  
magna cum pompa & ostentatione etiamnum ista do-  
cetur, pertinacissime tueretur, nihilq; esse diceret quod  
in diuidendo aptius opponatur Nudo, quam Vestitum:  
per iocum interrogavi hominem, cur non similiter co-  
gitationem partiretur in nudam, & vestitam: cum lex co-  
gitationis nude mentionem faciens aliam esse innat,  
qua non sit nuda. Qui quanquam loquacissimus erat,  
& ei vitio affinis, quod Græci περιφερολόγια vocant,  
obmutuit tamen leui argumento vietus, fractisque, qui  
grauioribus à me rationibus à sententia sua diuelli non  
potuerat. Tota autem hæc diuisio Vlpiani de iurisgen-  
tium cōventionibus intelligenda est. Ex legitimis enim  
actionem nasci constat<sup>a</sup>. Proinde si appareat causa do-  
nationis quicquam promissum esse, ex lege Iustiniani,  
qua conventionem eam confirmat, actio dabitur, ut si-  
cū venditio, ita etiam donatio nudo consensu contra-  
hi intelligatur<sup>b</sup>. Sunt qui putent, legem municipalem,  
qua in causis mercatorum æquitatem obseruari iubet,  
sic intelligendam esse, ut etiam ex nuda pactione inter  
eos detur actio. Quibus non assentior, cum æquum &  
bonum id non sit, ut suprà à nobis disputationum est. Ad  
hæc varias exceptiones huius regulæ ex aliis iuris nostri  
argumentis corrogatas in hunc locum congeserunt in-  
terpretes, quas consulto prætermittimus suo quæque lo-  
co commodius executuri.

<sup>a</sup> I. legitima. su  
præ eodem.

<sup>b</sup> I. si quis ar-  
gentū. C. de  
donatio.

Quinimo interdū format ipsam actionem,  
ut in bonæ fidei iudiciis: solemus enim dicere,  
Pacta conuenta inesse bonæ fidei iudiciis. Sed  
hoc sic accipiendum est, ut si quidem ex con-  
tinenti pacta subsecuta sunt, etiā ex parte acto-  
ris insint: si ex interuallo, non inerunt, nec vale-  
bunt, si agatur, ne ex pacto actio nascatur. Ut  
puta post diuortium cōuenit, ne tempore sta-

to dilationis dos reddatur : sed statim hoc non valebit, ne ex pacto actio nascatur. Idem Marcellus scribit: Etiam si in tutelæ actione conueniat, ut maiores, quam statutæ sunt, usuræ præstentur : locum non habebit, ne ex pacto actio nascatur. Ea enim pacta insunt, quæ legem contractui dant, id est quæ in ingressu contractus facta sunt. Item responsum scio à Papiniano, si post emptionem ex intervallo aliquid extra naturam contractus conueniat : ob hanc causam agi exempto non posse, propter eandem regulam, ne ex pacto actio nascatur. Quod & in omnibus bonæ fidei iudiciis erit dicendum. Sed ex parte rei locum habebit pactum : quia solent & ea pacta, quæ postea interponuntur, parere exceptiones.

QVI A generaliter dixerat, nudam pactiohem non parere obligatiohem *Διὰ τὴν ἀπαγόρευσιν τινα*, continuo subiicit, immò vero interdum format, id est parit, p*du-*

*a l. in bonæ fidei. cit, creat actionem<sup>b</sup>, népe in bonæ fidei iudiciis, de quidei. C. eodē. bus quia paucos ante annos satis fusè differuimus, edito nominatim de his iudiciis, arbitrariisq; cōmētario, illinc assumi poterūt, quæ ad hunc locū pertinere videbūtur. Vnum hic breuiter annotandū est, in his iudiciis à Præ-*

*b l. huiusmodi. BONA, quia iudici latissima dabatur potestas negleg. qui seruū. Etis stipulationum angustiis, quicquid bonum & equum de leg. i. l. sed sibi videretur iudicandi. Vnde non immerito pacti do- et si ideo. solu lique exceptiones huiusmodi iudiciis inesse dicuntur<sup>b</sup>. to. matri. l. iii. Nam in ceteris quæ stricta angustaque sunt, cùm à Præ- de resid. vē- de constituuntur, tum excipi debet iniquitas actionis<sup>c</sup>.*

*c Cic. l. Partit. uentum, exempli gratia, de ea re non petenda factū fue- orato. rit : aut nisi dolus malus interuenerit, vel quid aliud si- mile,<sup>b</sup>*

mile, quo non excepto iudicium iniquum redderetur.  
 At in his quæ bonæ fidei sunt, formulæ iam dicta has o-  
 mnes exceptions complectitur. Huic proximum est, <sup>a</sup>  
 quod hic dicitur, Pacta conuenta inesse bonæ fidei iu-  
 diciis, quod ex parte rei perpetuū atque indubitatū est.  
 Ex parte verò actoris ita demum procedit, si statim, &  
 ex continentि secuta sint. Nam si statim, quia pactum  
 pars contractus esse intelligitur, cuius contemplatione  
 vilius fortè res distracta est, tunc bonum & æquum est  
 actionem ad id quoq; competere<sup>a</sup>. Alioquin quod pa-  
 ctione comprehensum est, peti non poterit: quia celiante  
 te hac causa, utile non est, ex pacto actionem nasci, ut su-  
 præ docuimus, idque tribus exemplis Vlp. hic demon-  
 strat. Sed quid de strictis iudiciis dicendum? Et pleriq;  
 crediderunt, his Vlp. verbis adducti, in bonæ fidei tan-  
 tū iudiciis id locum obtinere. Quæ sententia Pauli au-  
 toritate lib. i. Quæstionum, dicentis, Pacta incontinenti  
 facta stipulationi inesse<sup>b</sup>, ab aliis quibusdam impugna-  
 ta est, ut meritò ius anceps cōtraversumque videri pos-  
 sit. Ego in hac quæstione perpendo, quod ipse Paul. scri-  
 bit in auditorio Aemilii Papiniani, cùm fortè quædam  
 cautio lecta esset, qua pactum stipulationi subiectū con-  
 tinebatur: de eius pacti potestate inter jurisprudentes  
 ortam fuisse controvèrsiam: cùm q; id pactū stipulationi  
 inesse assereret, quendā ex his, qui tum Papiniano assi-  
 debat, cōtrà dixisse, quē Vlp. fuisse credibile est. Nā si-  
 mul ambos Pap. asseffores extitisse constat. Vtunque  
 sit, Vlpianus hic de bonæ fidei tantū iudiciis suam pro-  
 fert opinionem de cæteris aperte nihil definit, ideoque  
 Paulo minimè aduersatur. Quapropter dicendum est ex  
 eiusdem Paulisententia, quod ad hanc rem attinet inter  
 stricta ac bona fidei iudicia nihil interesset, sed gene-  
 raliter pacta quæcūque stipulationi statim subiecta, eidē  
 inesse videri. Qd & ex his, quæ suprā à nobis dicta sunt,  
 confirmari potest<sup>c</sup>. Iam verò cùm constet, actionem ex  
 eo, quod incontinenti securū est pacto nasci, opus est,  
 vt quænam ea sit videamus: idque eo libentius attin-  
 gimus, quod cùm interpretes in varias distrahatur sen-  
 tentias,

<sup>a</sup> l. planè l. vlt.  
de pet. bæ-  
red.

<sup>a</sup> l. fundi par-  
tem. de con-  
trah. emp.

<sup>b</sup> Llecta. si cert.  
pet.

<sup>c</sup> item quia §.  
vlt. suprā eo.



tentias; vix tamen ullum esse putem, qui rem acu, quod aiunt, planè tetigerit, vt quod de mulieribus Plautus, idem quoque de eorum opinionibus verè dici possit; Optima nulla potest eligi, Alia alia peior frater est. Nec sanè obscurum est, quenam istius erroris causa fuerit, si quis paulum modò consideret, quæ ab ipsis de actione prescriptis verbis ciisque natura & potestate dicuntur. Extraordinariam enim actionem eam arbitrantib<sup>9</sup> mirum videtur quod veteres iuris autores ex huiusmodi pactis, modò actionem ex contractu, modò prescriptis verbis, interdum hanc vel illam sub alternatione dam esse respódeant. Hinc sit, vt cùm sese extricare co- nantur distinctionum meandris rem omnem inuoluant magis, quā explicit. Est autem Actio prescriptis ver- bis civilis, & mero iure prodita, non subsidiaria, siue ex- traordinaria: competitque ea, quoties conuenit inter o- mnes, cōtractum talem esse, ex quo iure civili detur ali- qua actio, sed quæ nullum, aut incertum nomen habeat. Nam olim ita ius constitutum fuit, vt qua quicq; actio- ne agere vellet, eius nomē exprimeret, qui titulus actio- nis saepe dicitur. Quod si factum non esset, aut virtiosè fa-

*¶ l. i. si mens. etum, non teneret intētio<sup>a</sup>. Nec citra rationem hæc for-  
fals not. in. l. mula agendi comparata est, quæ litigaturis maturandi  
i. ff. de eden. occasionem præberet, cogitandique quā infelix esse  
l. vlt. C. de l. possit litis, præsertim si temerè suscepta sit, euetus: quod  
terdit. l. Tu prudentissimè Hesiodus monet his versibus:*

*Mνδὲ σ' ἐπις κακόχρητος ἀτείρητος θυμόρι ερήνος  
ινσ. l. iii. C. Νύκτε ὅπει πλινοντ' ἀγορῆς ιτακκορι λόντα.*

*ad Maced. Solent enim pleriq; aut nulla, aut perquam leui de cau-  
Theophi. §. sa ad litigandum præcipites ferri, cæco quodam feruore  
i. et. vlt. Inst. incitati, qui deferuerisit tandem ac subdidet cunctatio-  
de iterdi. l. ne. Quod tum maximè contingit, cùm cunctationi ipsi,  
si pecuniā, ff. cogitatio plenior, deliberatioque accedit, in qua versa-  
de pig. act. ri cogitur is, qui de nomine ac genere instituēdæ actio-  
cum aliis si- nis sollicitus est. Adde, quod praua consilia impetu bo-  
milib. na, vt Tacitus ait, mora valescunt. Porro id ius sine in-  
commodo usquequaque obseruari non posse tandem ani-  
maduersum est. Erant enim permulti contractus proprio  
nomine*

nō nomine vacātes, ex quibus actio iure ciuili prodata institui nō poterat, quod absurdum videbatur. Itaq; permīsum est hoc calū ita agere, vt et si nullum actionis nō men exprimatur, præscriptis verbis quod factum est de monstrari sufficiat<sup>a</sup>. Deinde aliud quoque incommodum emersit: Nam plerūq; siebat, vt de nomine contractus ambigeretur, aliis vēditionem, aliis locationē esse, aliis nullū nomen habere dictitantibus, effetq; is causē status, quem Rhetores finitium dicunt. Itaq; visum est operæ pretium hanc nominis exprimendi necessitatē litigatoribus omnino remittere vt qui quis de nomine dubitauerit, eidem quoq; præscriptis in factum verbis agere liceat<sup>b</sup>, & si fortē nomen & titulum habeat actio, nec iusta sit causa dubitationis, vt contra receptā vulgo opinionem arbitramur. Hinc Vlp. eam actionem competere ait, non modō cūm nullum actionis nōmen proditum est, sed quoties illud inuenire non possumus<sup>c</sup>. Et passim Iureconsulti quoties ambigunt, an ex locato, aut vendiro, aliācē actio cōpetat, & verentur ne certā actio nem instituendo in captionem incidat litigator, respōdent melius, tutius, vtilius, cōmodius esse, vt præscriptis verbis agatur, quasi extra omnē aleam is sit, qui ita agit, quicūq; contractus initus, aut negotium gestum sit<sup>d</sup>. Et d hac ratione adducti contédim<sup>e</sup>, nulla actione cui proprium nomen inditum sit, hanc agendi formam excludi, vt plerisque iuris nostri locis apertissimē probatur, quæ aliter citra cauillationem intelligi non possunt<sup>f</sup>. His verò, quæ à nobis tradita sunt, rectè perceptis adeo nihil negotii est, aduersariorum obiecta diluere, vt spe- ciali refutatiōe nobis vix digna esse videātur: hæc enim ferè enthememata sunt eorū, qui ex ea ceterua cæteris acutiores videri volunt<sup>g</sup>. Actio præscriptis verbis tantum datur, cūm deficit alia actio, non igitur ea simul cū actione ex contractu dabitur. Item vulgo traditum est, remedium extraordinarium non concurrere cum ordinario: vtraque ergo actione agi non poterit. Rursus ex pacto quod singitur pars esse cōtractus, cōsentaneū non est, vt duplex competit actio, cūm si verè pars eiusdem

h effet,

a l. iii. de præ-  
scrip. verb.

b l. i. de acti-  
mat. act.

c l. i. de p̄script.  
ver. facit. l. q  
seruādarū. §.  
vlti. eod. tut.

d l. Naturalis.  
§ pen. si gra-  
tuitāl. si apd.  
l. rogasti. l.  
Titius. de p̄-  
scrip. verb.  
l. Labeo. de  
cōtrah. empt.  
l. si cōuenerit.  
cōm. diuid. l.  
si cōuenerit.  
de resc̄. vēd.  
f Alciat. libro  
paradox. v.  
c. i.

esset, vna tantum nasceretur. Postremò si ex contractu, qui principalis est, vna tantum datur actio, ex eo, quod est accessorium, duplex non dabitur. Quibus omnibus hoc responsum volumus, ex quocunque contractu aut negotio quis experiri velit, hanc formam agendi vtilem ei esse. Non enim credendum est praescriptis verbis, nomen proprium actionis esse: sed praescriptis verbis agere dicimus compendio sermonis, id est ita agere, ut quod factum est verbis tantum exponatur, vel absque ullius certa actionis expressione, quo modo & homodie moribus nostris in foro omnes fecerunt actiones institui solent. Hæc igitur actio datur, vel cum deficit nomen actionis<sup>a</sup>, vel cum quis de nomine dubitans, timet ne sibi falsa nominis expressio fraudis sit<sup>b</sup>. Et quod dictum est, Deficiente actione, vel exceptione, viriliter agentem, &c.<sup>c</sup> Id non de hac ciuili, sed in factum præatoria accipi debet, quam & Subsidiariam & Extraordinariam rectè vocari suprà admonuimus. Nec nos mouet quod nonnulli obiiciunt, verbum informat, apud Vlpiandum in hoc loco, id est, extendit, sive in formulam extensim deducit, ut ipsi interpretantur, actioni tantum ex contractu cōuenire. Quod ut verum esse fateamur, nō ideo tamen consequens est, praescriptis in factum verbis non posse agi, ut ex iam dictis liquido constat. Huc accedat, quod in emendationibus codicibus non, Informat, legitur, sed format, potius, quod verbū ab aliis

- a l.iii. de p̄scrip. verb.*
  - b l.i. de c̄stīm. act.*
  - c l.quotiens. de p̄scrip. verb.*
  - d l.Pōponi<sup>9</sup>. ff. de nego gest. l.vnica. §. vi. C.de rei vxo. act.*
- quoque usurpatum iuris autoribus<sup>d</sup>, tam ad praescriptis referri potest. Nec sane parui refert, ytrum nos sequamur, cum ex vulgatione illa innumerabiles orientur questiones, & controversiae, quæ hac p̄cipiatiōne recepta prorsus euāscunt. Ut cum queritur, an pactum adiectū stipulationi non tantum insit eidem, sed actionem etiam ex ea descendenter informet? Item, an sicut pactum informat, ita etiam stipulatio cōtractui adiecta? & aliae similes: quas qui copiosè trattatas videre, & otio abuticiupiet, aliorum commentarios aeat.

UT PVTA POST DIVORTIVM.) Tribus  
exemplis docet Vlp. pactū quod ex cōtinenti subsecutum  
non est, ex parte actoris nō inesse, neq; ad agēdū valere  
Primum est cūm diuortio iam factō cōuenit, vt dos sta-  
tim reddatur legitima dilatiōe nō expectata<sup>a</sup>: hoc enim  
pactum, quod in contrahendo matrimonio & dote cō-  
stituenda appositorum valet & meliorem reddit mulieris  
conditionem<sup>b</sup>: hoc casu ob supra scriptā rationē iniuti-  
le est: sed num hæc pactio saltē p̄derit ad replicationē,  
vt si muliere statim petente, excipiēdo alleget maritus,  
ante annum nō rectē peti, replicare possit mulier, quod  
pacto sublata sit ea dilatio. Questionē facit, quod cūm  
pact<sup>c</sup> ne peteret, postea cōuenit vt peteret. Paul<sup>d</sup> scribit  
exceptionē prioris pacti posterioris replicatione elidē-  
dam esse<sup>e</sup>. Nec in proposita specie dissimilis appetat ra-  
tio. Quidam arbitrati sunt, ante legitimū tempus ipso  
iure actionem non competere, ideoque nullam exce-  
ptionem esse quam elidat replicatio. De quo sane non  
cōuenit inter eos qui hunc locum ante nos interpretati  
sunt, & pleniorē disputationē res exigit, quām que huic  
argumento conueniat. Certè Oratorē quendam vt im-  
peritum iuris ridet Cicero, qui cūm à prætore iudiciū  
postularetur, eius pecunia nomine, cuius nōdum venis-  
set dies, instabat vt reo exceptio daretur, cuius pecu-  
nia dies fuisset, &c. Verūm hoc non ita valde mihi vi-  
detur ad rem, de qua nunc agitur, pertinere. Nam siue  
obligationem atque adeo actionem diuortio facto na-  
tam esse nec obligationi, sed exactiōi tātummodo tē-  
pus adiici dicamus, siue nullā ante legitimū tēpus actio-  
nem competere, æquē inuidum ac inutile hoc pactum  
reperiatur, cūm obligationem ex lege descendenter au-  
geat, lex enim maritum non nisi elapsō anno obligat, &  
cogit ad restitutionē dotis. Nec miradū est pactū, cui<sup>f</sup>  
supra mentionē fecim<sup>g</sup>, ex parte actoris inesse & ad re-  
plicationē valere, cūm hoc nullius momēti esse dicatur.  
In pacto enim priore non ius aliquod, sed factum ver-  
satur, valetq; tātum ex conuentu, non legis cōfirmatio-  
ne: quare alterius pacti replicatione, quod licet paris

<sup>a</sup> l.i. §. exactio.  
<sup>b</sup> C. de rei vxo.  
<sup>c</sup> act.  
<sup>d</sup> q. l. De die. de  
pactis dot.

<sup>e</sup> cl. si vn<sup>g</sup>. §. pa-  
Etus infra eos

alioquin virtutis & potestatis sit, tamen posterius est, facile tollitur. Pacta igitur cōuenia si ex interuallo subsecuta sint, nullo modo insunt, ne ad replicationē quidem, vt maiorem, quam ex lege est, obligationem reddant. Quod vtique vires habente pacto saltem effectu & r̄tulū p̄fū futurum est. Exceptio enim quæ mulier pe tenti dote ante tempus obicitur, legitima est, pacti conuenti non item. Alterum exemplum est: conuenit inter tutorem & pupillum, finita sorte tutela, vt pro pecunia pupillari quam cōflare reddere, usuras præstare centesimas, cum ad tam graues usuras lege non teneantur, nisi pecuniam eam in suos usus cōuerterit. Eadē igitur ratio, quæ & in superiori casu, efficit, vt ex ea cōuentione non nascatur actio.

E A E N I M P A C T A I N S V N T.) Ea pacta legem dicere contractui dubium non est, quæ tum à nobis interponuntur, cum ad contrahendum ingredimur idque sensit Vlpianus his verbis, meo quidem iudicio, nec video quid incommodi habeat ista interpretatio: damnat nil ul omniss eam Alciatus his argumētis. Quia si ingressum (inquit) pro initio acciperemus, falsum esset iurisconsulti dictum, cum ea quoque insint, quæ ex continenti post contractū fiunt. Itē hoc si nō non declararet quid sit, legē contractui dare, quod tamen hic diffinire videtur. itaque comminiscitur in ingressu contractus facta esse, quæ contractui ipsi nō repugnant, sed connexam potius contractui causam habent, illumque respiciunt: contenditque apud veteres linguae Latinæ autores ingressum, sive ingressiōnem id dici, quod digressioni contrarium est, quodque ad propositam materiam pertinet. Mihi autem curiosus id ex cogitatum, (pace tanti viri dixerim) quam verius dictum videtur. Nec arbitror quenquam hoc tempore vel mediocris eruditio literatorem esse, cui facile persuasurus sit, ita ingressiōnem accipi in eo Ciceronis loco, quem sententia sua confirmandæ gratia profert<sup>a</sup>. Adde, quod si huiusmodi interpretatio admittatur, inepta erit atque insulsa hæc ratio, nec satis cum præcedētibus verbis co-hæredit.

<sup>a</sup> Cic in Orat.  
ad Brut.

hæredit. Ego igitur crassiore minerua potius hæc verba accipienda esse existimo, vt ea pæcta legem dare contractus intelligentur, quæ iam inde ab initio contractus fiunt. Eadémque est ratio eorum, quæ statim post contractum subiiciuntur, nec aliud sensisse Iureconsultū opinor. Nam particula, *IDEST*, non definit in hoc loco, vt credidit Alciat<sup>9</sup>, sed paradigmatica est, & frequenter simile solet exéplis deseruire, vt cùm paulò pōst idē Vlp. ait, Pacta in personam esse, cùm paciscor, ne à persona, id est, ne à Lucio petam: idémque apud veteres consultos sexcentis in locis obseruare licet<sup>a</sup>. Perinde ergo intellegenda erunt hæc verba, ac si ita scriptum esset, Ea enim pæcta insunt, quæ legē contractui dant, veluti quæ in ingressu cōtractus facta sunt. Cæterū quod pæcta legem dare dicantur, mirari desinet qui Aristó. legerit ad finē lib. j. Rheto, italo loquente. *καὶ τὸ συνθήκην νόμος οὐ μέστιος, καὶ μέρος, καὶ μέρη, συνθήκαι, οὐ ποιεῖσθαι νόμον κύριον, εἰ δὲ νόμοι, τὰς καὶ τὸν νόμορ συνθήκας, καὶ ὅλος δύος ἢ νόμος συνθήκης οὐ ποιεῖ. οὐδὲ διπλοῖς καὶ τολμαῖς καὶ συνθήκαις νόμος διπλεῖ. Εἴ δὲ πράττειται τὰ τολμαῖς καὶ συνθήκαις μάτωρ, καὶ τὰ ἐκούσια καὶ τὰ συνθήκας. οὐδὲ ἀκύρωρ γίγνομένωρ δινῆσθαι οὐ πρός ἀλλάλος χρείατον δινθρώπωρ.*

*IDEM RESPONSVM SCIO.)* Tertiū exéplum affertur ex Papiniano, cùm post emptionē perfectam pactus est emptor cum venditore, vt Romam eat, vel quicquam aliud huiusmodi faciat, quod extra naturam contractus sit. Nam quæ ad naturam sive substantiam venditionis pertinent, si de his aliquid conuenerit, etiam ex interuallo, talis cōuentio cōtractui inesse dicitur, eāq; ad agēdum efficax est. Sed quo dilucidius, ac distinctius hæc tradatur, sciendū est, Pæcta non nunquam interponi de his rebus ex quibus substantia venditionis cōsistit, vt de pretio augēdo, vel minuēdo, verbo enim *SUBSTANTIAE*, vtitur Papinianus, exprimere volens, id sine quo non potest cōsistere vēditio<sup>b</sup>. Vlp. noster Græco vocabulo aliās vīsus quod est ἐνσία<sup>c</sup>, hīc Latinè loqui, & naturam, quam Substantiam dicere maluit: Ciceronem videlicet imitat<sup>9</sup>, apud quem ea vox

*a. Qui liberis ff. de vulga. l. pen. ff. de annu. leg. tametsi va- riāt exépla- ria. l. iii. § sal tus. de acqui- poss. l. si ex causa. in pri. de min. l. iii. ff. de exc. l. ii. de supellect. leg. l. vlti. de liber. causa. l. cū eo. ad le- gem Iul. pe- cu. in Codice, Theodos. tit. de cōtrah. empt. l. vlti. C. de donat.*

*b. l. pæcta con- uenta. de cō- trahē. emp. c. l. in emptioni bus, cod. tit.*

pro ~~ē~~ vīa, nō pro ~~ē~~ vīa usurpat: vt meritō notatū esse à nōnullis Quintilianū appareat, qui Essentiā dixerit, aliā dictionē Latinā esse negās, quæ illi Græcē respondeat. Aliquādo sunt pacta de his, ex quibus nō consistit substantia vēditionis, vt si vēditor paciscatur cum emptore, vt insulā edificet, vt pficiscatur Romā, vel vt certo modō alter alteri obligetur. Hæc Papinianus Adminicula emptionis, barbari interpretes Accidētalia & Naturalia appellarūt<sup>a</sup>. His præcognitis, ita mihi dislinguendū videtur ex Vlpiani Papinianiq; sententia, vt si quidē extra naturā sive substantiā vēditionis aliquid cōueniat, idq; statim insit vēditioni talis cōuētio, & nō modō ad exceptionē prospicere, si detrahatur cōtractui, verū etiā ad actionem, si adiiciat. Si verò post vēditionē cōtractā, referre cōuenerit, ne de dupla caueat vēditor, (ad quā cautionē in his emptionib<sup>b</sup> quæ mācipii sunt, vt Varro & Plinius aiunt, vel vt Vlp.<sup>b</sup> in emptione rerū pretiosarū tenetur) an verò adiiciat, vt si conuenerit, ne venditor nuda pmissione caueat, sed cum fiduciōflore: priore casu paētū contineri contractū: cùm venditor eo non agendo, sed excipiendo iuuetur. Pacta enim quandocumque intertractui, ideo Papinianus scribit, ne alioqui emptori adiuerſus venditorem ex pacto detur actio. Reliquum est, vt de his pactis dispiciamus, quæ ex eodē cōtractu sunt, vt Vlpianus loquitur, id est, quæ super pretio interpolistat. Et satis liquet, ex hoc loco ea pacta semper inesse cōvideri, quo cunq; sicut tempore, & non ad exceptionem modō, sed etiam ad actionem esse utilia: quod quemadmodum accipiedendum sit, vberius mox tractabimus.

**P R O P T E R E A N D E M R E G V L A M.** Hac regula conuincitur falsum esse quod vulgō receptū est, Pacti vocabulo omnem contractum, & cōsensum duorum significari: nam alioqui falsa esset, cùm ex venditione, locatione, & aliis huiusmodi contractibus actionem nasci constet. Cæterū quia præceptores quosdā meos extra

*a d.l. pacta cōuentia.*

*b l. emptori. de cūct.*

extra rem, ut sit, pleraque de hoc verbo R E G V L A, i  
hunc locum annotasse memini, ea re admonitus sum, vt  
nostram quoque de eo verbo sententiam hic adscribe-  
rem: quam etsi confidam auditoribus, se<sup>t</sup>catoribusq; no-  
stris probari, quibus abhinc ferè quinquennium ostendi  
longe latèque à vero abesse, quæ cæteri hac de re adhuc  
memoria prodiderant: tamen cùm viderem celeberrimi  
memoria tempestatis Iureconsultum libris nuper edi-  
tis diuersam à nostra sententiam amplecti<sup>a</sup>, cuius autho-  
ritas fortè magis q̄ ratio nonnullos mouere posset, ego  
qui meus de ea re sit sensus, paulò intempestiu<sup>b</sup> expro-  
mere & studiosis communicare malui, q̄ eius cause, quæ  
(nisi fallor) ad communem studiosorum utilitatem non  
minimūm, ad nostram existimationem nonnihil perti-  
ner, defensionem, & patrocinium omittere. Cardo autē  
quæstionis totius vertitur in interpretatione Pauli ver-  
borum, quæ in initio tractatus de Diuersis regulis iuris  
antiqui in vetustis hisque castigatoribus libris ita legū-  
tur: Per regulam igitur breuis rerum narratio traditur,  
& vt ait Sabinus, quasi cause coniectio est. Cùm in aliis  
legatur, Causæ coniunctio, nullo sensu. Igitur, Causæ cō-  
iectio, verbum forensē est, quod olim Romæ in iudiciis  
protritum, ac perulgatum fuit: idcirco Sabinus doce-  
re volens, regula breuem quandam narrationem tradi-  
eorum quæ prius iure constituta sunt, eam ait cause con-  
iectioni similem esse: nihil autem aliud est Causam con-  
iicere, quām cause argumentum iudicii, apud quem agē-  
da est, breuiter ac summatim exponere: & hæc breuis cō-  
pendiosaque narratio cause coniectio est, cui Sabinus  
regulam comparat. Asconius Pedianus Aet. tertio  
Ciceronis in Verrem: Comperendinatio est ab utriſ-  
que litigatoriis inuicem sibi denuntiatio in perendi-  
num diem: nam que cùm in rem aliquam agerent litiga-  
tores, & pœna se sacramenti peterent, poscebant iudi-  
dicem, qui dabatur post trigesimum diem, quo dato de-  
inde inter se comperendinum diem, vt ad iudicium ve-  
nirent, denuntiabant, quo cùm esset ventum, antequam  
causa ageretur, quasi per indicē rem exponebant, quod

*a Alc.li. v.  
parerg.c.i.*

ipsum dicebatur Causæ coniectio, quasi causæ suæ in breue coactio. Cicero ad Herenniū lib. 11. verba legis duo decim tabularum recitans: In comitio aut in foro ante meridiem causam coniicito, Eadem refert Gellius libro xvi. cap. v. Afranius. Causam coniicere hodie apud te volo, ambōne adeftis? profuturos arbitror. Idem Gelli lib. v. cap. x. Et cùm ad iudices coniicienda, cōsistenda que causæ gratia venisset, tum Protagoras sic exorsus est est, &c.

Ad eō autem in bonæ fidei iudiciis pactio-nes postea factæ, quæ ex eodem sunt contra-etu insunt: ut constet, in emptione, cæterisque bonæ fidei, iudiciis, re nondum secuta, posse abiri ab emptione. Si igitur in totum po-test: cur non & pars eius pactione mutari po-test? Et hæc ita Pomponius libro sexto ad editum scribit. Quod cum est ex parte agentis, pactio locum habet, ut & ad actionē proficiat, nondum re secuta, eadem ratione. Nam si po-test tota res tolli, cur non & reformari, ut quodammodo quasi renouatus contractus videatur? quod non insubtiliter dici potest. Vnde illud æquè non reprobo, quod Pomponius libris lectionum probat, posse in partem pacti recedi ab emptione, quasi repetita pacti conuen-tione. Sed & cum duo hæredes emptori exti-rint, si venditor cum altero pactus est, ut ab emptioce recederetur, ait Julianus, valere pactionē, & dissolui pro parte emptionē quoniam & ex alio cōtractu paciscendo alterex hæredibus acquirere sibi exceptionē potuisset. Vtrunq; itaq; placet, & quod Julianus & quod Pōponius ait.

DE

DE PACTIS, quæ post contractam emptionē extra naturam ipsius interponuntur, dictum est. Iam de his tractare incipit, quæ ex eodem contractu sunt, id est quæ ipsius contractus naturam sive substantiam respiciunt. Et imprimis traditur regula, Tales conuentiones contractui inesse, non modo ex parte rei, ut exceptionē: sed ex parte etiam agentis, ut actionē pariant. Hanc regulā adeō veram esse scribit Vlp, ut constet conuentione postea facta, ab emptione recedi posse: puta si conuerterit, ut res sit inempta. Quæ enim consensu contrahuntur, contrario consensu dissoluuntur<sup>a</sup>. Hoc accipe, modo res sit integræ, id est neque merx tradita, neque pretium solutū sit. Nam hoc casu pactum conuentum ad resoluendam emptionem non sufficeret, nisi in integrum restitutis iis, quæ per quod effectū est, ut res integra non esset<sup>b</sup>. Quæret aliquis, cum hic iure consultus generaliter loquatur de bonae fidei iudiciis, an quod dictum est in deposito quoque & commodato locum habeat, quæ non consensu, sed re contrahuntur? Sed hæc quæstio inanis, & fruola est. Nā neque depositum, neque commodatum ullum dici potest, donec res tradita sit: frustra ergo queritur, an nuda pactione, re adhuc integræ, à deposito aut commoda to recedatur.

### SI I GITVR IN TOTVM POTEST.)

Argumento probat Vlp. Si post emptionē (exempli gratia) conuerterit ut augeatur pactum, hoc pactum ad actionem proficere. Si enim pacto conuento totus contractus résoluti potest, multò facilius pars eiusdem, puta pretium mutari potest. Quod est accipiendum, dum res adhuc integræ sit<sup>c</sup>. Et hoc casu contractus non tolli, sed renouari, seu reformari passim dicitur à iure consultis<sup>d</sup>.

QVASI REPETITA PACTI CONVENTIONE.) Locomum hunc valde mendosum offendimus in oībus ferē exemplaribus, tū veruisti, & manu scriptis, tum iis, qui typographorū opera excusi sunt. In Norico legitur, Repetita partis emptione. Ex quibus verbis vix ullum possis rectum & idoneum sensum elicere. In aliis vulgo legitur, Pacti emptione, ut credibile sit,

<sup>a</sup> q.vlt. quib.  
mo. tol. oblig.  
Instit.l. prout  
de solu.  
<sup>b</sup> l.ab emptioe  
inf. eo. l.i. C.  
quando lic. ab  
empt. disced.

<sup>c</sup> l.pacta con-  
uenta, de cō-  
trahē. empt.  
l.ii. de rescin.  
vend.  
<sup>d</sup> l. si vnus. §.  
quod si nō ve  
totum. inf. e.  
l. si id qđ de  
rescin. vend.

sit scriptum fuisse ab Vlpiano, Repetita pacto emptio-  
ne. Id est renouata. Alium codicem peruetussum vidi-  
mus, à Germano Colladonio, humanissimo viro, & an-  
tiquitatis studiose, nobis oblatum, in quo vno ita legi-  
tur, Repetita pacti conuentione quam nos lectione ma-  
xime probamus. Etsi enim repetita emptio non incom-  
modè dicatur, quo verbo etiam alibi Pompon. vsus est:

a l.iii. de rescen. Tamen haud scio, an ea lectio aptius huic loco conue-  
nient. Dicitur autem repetita conuentio, quasi retrosum  
petita, ut pretium de quo postea conuenit, eo tempore  
conuentum videatur, quo venditio contracta est. Nam  
& repetita dies non absimili forma loquendi crebro a-  
pud iuris authores reperitur, ut Budaeus noster iamdu-  
dum admonuit. Porro Pacti conuentio vox insolens nō  
est, sed eisdem iuris authoribus perquam vistata.<sup>b</sup>

b l. si necessa-  
rias. de pig.  
act. in his.  
§. iperator.  
de solutio. l.  
iii. & viii. C  
de usuris. l.  
debitū. C. de  
remis. pig. cū  
aliis simul.

Prætor ait: Pacta conuenta, quæ neque dolo-  
malo, neque aduersus Leges: Plebiscita, Sena-  
tus consulta, Edicta, Decreta principum, neque  
quo fraus cuique eorum fiat, facta erunt, seruabo,  
R O M A E priscis temporibus ex pactis conuentis nū  
la dabatur actio, nec illa lex erat, quæ quenquam ad id  
quod promiserat, præstandum cogeret: quod supra Se-  
necæ ac Ciceronis autoritate comprobauimus. Védi-  
tio autem, locatio, & similes contractus, legibus nō erat  
incogniti, sed iure ciuili eorum obseruatio erat necessa-  
ria, nam & ciuilis dicitur, quæ ex illis cōpetit actio. Cx-  
terum quoties actioē opus non esset, sed exceptio ac de-  
fensio agenti opposita sufficeret, promissor, quam de-  
derat fidem præstare cogebatur: non quod legibus id  
constitutum sed quod natura, & æquitate suadente in  
mores perductum fuisset. Prætor igitur cùm actio-  
nes ex variis contractib⁹ ac negotiis partim iure ciuili  
proditas, partim ex propria ipsius iurisdictione compa-  
ratas daturum se proponeret, nullam ex pactis conuen-  
tis se daturum, sed tantum ea seruaturum edicit. Ex qui-  
bus verbis colligere non possumus, Prætorem vim, &  
potestatē pectorū augere, & actionē ex eis dare voluisse,  
quomodo perperā intellexerūt ea, q̄ putarūt hoc editū  
ad omnes

ad omnes contractus & conuentiones pertinere. Cùm enim ait, S E R V A B O, illud demum promittere videtur se effecturum, vt pacta suam vim qualis videlicet ante fuit, obtineant, non vt maioris sint, quām prius, auctoritatis. Hæc est insignis illa difficultas, quæ Bartolū usque eo conturbavit, vt fateri non erubuerit, hunc locum à se prænimia eius obscuritate nō intelligi. Verum obscuritas, vt Sextus Cæcilius quondam Phauorino respondisse fertur, non culpæ scribentis assignanda est, sed iusticia non assequentis. Ex his verbis edicti annotandum est, pacta quæ dolo malo sunt non continuo etiam contra leges fieri: dolus enim iure ciuili verusto non nisi certis in causis vindicabatur, vt à nobis disputatum est in eo libro, quem de in litem iurando, iudiciis quæ bonæ fidei & arbitriariis ab hinc ferè biennium in lucem emisimus. Aliorum edicti verborum explanatio per totū tractatū sic diffusa est, vt si quis omnia huc cōgerere velit ad eius, interpretationem facientia, nihil eorum omissurus sit, quæsib⁹ hoc titulo continentur.

Pactorum autem quædam in rem sunt, quædā in personam. In rem sunt quoties generaliter pasciscor, ne petā. In personā, quoties ne à persona, id est, ne à L. Titio petam. Vtrum autem in rem, an in personam pactum factum sit, non minus ex verbis, quām ex mente conuenientiū aestimandū est. Plerunque enim (vt Pedius ait) persona pacto inseritur, nō vt personale pactū fiat, sed vt demonstretur cū quo pactū factū est. HAE C diuisio pactorum satis perspicuē hic explicata est: vt tamen iis satifiat, qui prima iuris ciuilis elementa, ac vocabula artis propria nondū planè norunt, in quorum gratiam hæc potissimum scribimus, negligenda nobis non videtur eius interpretatio. Mos igitur loquendi veterum iuris authorum est, vt quod generaliter, & sine personæ expressione sit, id in rē fieri ab ipsis dicatur. Sic actioes, exceptionesq; in rē scriptas, interdicta in rem cōcepta nuntiationē operis noui in rem fieri legimus

a l. metū §. vlt. legimus<sup>a</sup>. Cùm ergo quis generaliter paciscitur ne rem de eo quod me. petat, nec personam nominat, à qua petiturus non est, in caus. l. ii. l. iii. rem pactum dicitur conceptum esse. In personam vero, §. vlt. de. do. cùm exprimitur certa Persona. Nec inutilis est huiusc distinctionis cognitio: Nam pacta in rem concepta o- de interdict. l. mnibus prosunt, quorum obligationem dissolutam esse operis. de ope. eius qui pacificebatur intersuit<sup>b</sup>. In personam autem ei no. nuntiat. duntaxat, cùm quo pactum factum est<sup>c</sup>.

b l. ex hæredi. EX MENTE CONVENIENTIVM.) Mens & voluntas contrahentiū magis quām verba spe- §. vltm. i. cta standa est. Quæ si tacitis nobis intelligi posset. (vt in- c l. si vnius. §. an te omnia i quit Cicero) verbis omnino non vteremur. Itaque vi- dendum est, qua mente, quoque consilio adiecta sit pa- tio persona, vt personale id sit, an reale intelligatur. Id autem ex variis argumentis ac conjecturis colligi po- test. Quibus cessantibus à verbis minime recedendum.

d l. qui in futu- rum. i. cod. esse videtur<sup>d</sup>. Sed cùm incertum est, quibus verbis pa- cificentes usi fuerint, & an expresserint personā, nec ne, (sepe enim contingit, vt testes verborū non satis recor- dentur) præsumendum est, in rem magis, quām in per- sonam esse: quoniam, vt Celsus ait, plerunque tam hæ- redibus nostris, quām nobis metipis cauemus<sup>e</sup>.

e l. si pactū. ff. deprobat. Dolomalo ait Prætor pactum se non serua- turum. Dolus malus fit calliditate & fallacia: & (vt ait Pedius) dolo malo pactū fit, quoties cir- cunscribendi alterius causa aliud agitur atque agi simulatur. Sed si fraudandi causa pactum fa- tum esse dicatur, nihil Prætor adiicit. Sed ele- ganter Labeo ait, hoc aut iniquum esse, aut su- peruacuum. Iniquum, si quod semel remisit cre- ditor, debitori suo bona fide, iterum hoc con- tur \*destruere. Superuacuum, si ipse deceptus hoc fecerit: inept enim dolo & fraus. Siue igitur ab initio dolo malo pactum factum est, siue post pactū dolo malo aliquid factū est, nocebit excep- tio propter hæc verba editi, NE QY E F I A T,  
alias adstruere. Superuacuum, si ipse deceptus hoc fecerit: inept enim dolo & fraus. Siue igitur ab initio dolo malo pactum factum est, siue post pactū dolo malo aliquid factū est, nocebit excep- tio propter hæc verba editi, NE QY E F I A T,  
QVOD

Q V O D Prætor in edicto ait, Quæ neque dolo ma-  
lo:interpretari volens vlp. quid sit Dolus malus, hic  
explicat:de cuius definitione inter veteres non conue-  
nit:Caïus Aquilius Gallus aliquando rogatus à Cice-  
rone,quid Dolus malus esset,respondisse fertur, Cùm  
aliud agitur, aliud simulatur<sup>a</sup>. Verùm hæc definitio  
proba esse non videtur,quod tam simulatio absq; dolo  
malo,quād dolus malus absque simulatione esse possit.  
Et hoc argumento Antistius Labeo aduersus Seruum  
Sulpitium vsus est, cùm tamen paulò astricior fuerit  
Sulpitij,quād Aquilii definitio<sup>b</sup>. Sicut & hæc Pædii b l.i.f. de dol.  
quoties circumscribendi alterius causa aliud agitur ac  
agi simulatur. Nam Aquilius apud Ciceronem circum-  
scriptionis non meminit,quāquam ita sensisse eum non  
dubito,vt cunque parum elocutus sit.Huic definitiōni  
non dissimilis est ea,quam scitè admodum tradit Mo-  
schopulus in Hesiodum,Δολος μηχενη καιρι προσωπα άτο-  
θω δικηντι κηραλημηνορ. Sed nulla harum definitiōnū  
est,qua in Labeonis reprehensionem non incurrat, cō-  
tendētis, dolum citra simulationem villam admitti pos-  
se. Quod longè verissimum est<sup>c</sup>. Non tamen idēo con- e l.leg. cornel.  
tennenda est ista,vt sic dicam,simplicitas,qua homines ff ad leg. cor.  
in arte dialectica præcellentes definiendo vsos esse vi- de sic cum si-  
demus,quæ qualis qualis est,visu forte non minorē ad milib.  
docēdum,quād aliorum subtiles disputationes habet. d Gel. l.i.c. 25.  
Quod enim de M. Varrone Gellius<sup>d</sup>, idem de hisce nostris dici poterit,non fuisse scilicet eis curæ,vt super-  
stitione legibus artis inservirent,sed eo genere demon-  
strationis contentos fuisse, quod Graci τιπος, & ιπο-  
τραχα magis,quād ὅρισμον vocant. At Labeo, cui non  
modò acre, sed morosius etiam, ac subtristè erat inge-  
nium, disciplinarum liberalium præsidio fretus, in qui-  
bus aliquanto exquisitius ceteris versatus fuisse dicitur  
qua ab aliis rudius & simplicius tradita fuerant, subti-  
lius tractare,ac vt Pompo. ait multa innouare instituit  
e. Dolum igitur malum definit Labeo, omnem callidi- e l. ii. de orig.  
tatem, fallaciam, machinationem, ad circumueniendum, iur. Geli. lib.  
fallendum, decipiendum, alterum, adhibitam. Quæ de- xiü-c. 10 Ta  
finitio citus lib.

alii. de dol.

finitio probatur Vlpiano, & minus quam reliqua cœ  
uillationibus exposta est<sup>a</sup>. Hunc dolum à pacto con  
uento, atque adeò ab omni conuentione & contractu  
procul abesse oportet: cùm ne leges quidem seruandas  
esse dicat Aristoteles, quæ latoris dolo malo conditæ  
sunt: eius verba hæc sunt lib. I. Rhethor. ἔτοπον γάρ οὐ  
τοῖς μέρεσιν αἱ μη ὀργῆσι καὶ μενοὶ ὄστησι, ἀλλ' ἵσταται τὸ σιρι  
τιόνενοι οὐκ δύο μετατάξεις παρατίθεσθαι. τὰς δὲ συνδικαὶς ἀναγ  
κάσιοι. Τοῦτο τὸ μίκρον δραμέει τὸς ισιμὸς μίκρων. οὐκοῦν τοῦ  
τοικεπίστομον, ἀλλ' ὡς μίκραιστορον, καὶ τὸ μέρεσι μίκραιον οὐκ ίσι με  
ταρπίδαι οὐτὸς ἀπέτιχος, οὐτὸς διατάκτης, τοιφυκός οὐτὶς. συνδικαὶ δὲ  
γίγνονται οὐδὲ ἐπατέτη, οὐτὸς διατάκτης, τοιφυκός οὐτὶς. συνδικαὶ δὲ

D E contractibus tum bona fidei, tum stricti iudicij, in  
quibus interuenit dolus præter ea quæ iā à nobis exie  
runt, quedā alia fortassis lectu non indigna propediem  
edituri sumus. Cæterū quod Paul. Castren. & ali ple  
rique de contractibus simulatis annotarunt, non ita dif  
ficile explicationē habet. Cùm enim de contractu si  
mulato iuris authores loquuntur, eū intelligunt, qui con  
trahentium consensu & voluntate simulatur sine cuius  
quam dolo malo: cùm dolus in volentē nō admittatur:  
vt si de voluntate contrahentiū pro Mutuo, vel Pigno  
re, in instrumento scribatur Emptio, quatenus fœnera

b. I. emptiōe. C. tor vsuras ex mutuo velut rei venditæ fructus capiat<sup>b</sup>.

plus vale. qd Aliud exemplū adduci potest ex Caio, cùm dicis gratia  
agitur. c. ad loco numerationis pecunia interuenit, Sæpe (inquit) ad  
noſtrā de ep. hoc cōmodantur pecuniae, vt dicis gratia numerationis  
et vēdit. c. illo loco intercedant<sup>c</sup>. Quorū verborū obscuritas cùm nos  
vos de pig.

e. I. iii. ff. com. aliquando mirū in modum exerceret, memini consultū  
à nobis Gulielmū Budæum singularis eruditiois virū,  
cuius tum dulcissima consuetudine fruebamur, respon  
dere, neq; ea verba à se vñquam intellecta, neque apud  
vllum authorem Latinū lecta esse. Sunt qui eo loco non  
dicis, sed Dantis potius legendū censeant, contra om  
nium exemplariū fidem. Ego verò cùm intelligam non  
veteres modò lingua Latinæ authores, sed Iureconsul  
tos etiā ipsos his verbis vsos suisse, nihil temere immu  
tandum duco. Cicero in Verrem lib. V II. Attamen,  
inquit,

inquit, ut possit se dicere emissæ, Artagatho imperat, vt  
 aliquid illis, quorum argentum fuerat, hummorum dicis  
 causa daret. Vlp. sub titulo de Senatuscon. Si Ien. in e-  
 mendatis codicibus <sup>a</sup>. Si finxit quis auxilium ferre, vel  
 dicis gratia tulit, Idem Vlp. sub titulo ex quib. caus. ma.  
 b. Qui maturius profectus est, vel dicis gratia coepit rei  
 publicæ causa abesse &c. Sic enim mihi locus ille resti-  
 tuendus videtur, de quo tamen liberum iudicandi ar-  
 bitrium philologis omnibus & legum studiosis permit-  
 to. Plinius quoque Pontificis dicis gratia epulantis me-  
 minit <sup>c</sup>. Ex quibus locis, à nemine, nisi fallor, ante nos  
 animaduersis, apparet, quod nec bona fide, nec serio &  
 verè fit, sed perfunctoriè tantum, & per simulationem  
 id dicis causa factum dici. Itaque locus ille Caii imagi-  
 naria numeratione intelligi poterit, cuius gratia pecu-  
 niæ mox reddende cōmodantur. Vnde autē huius locu-  
 tionis quæ, quodāmodo puerialis esse videtur, origo  
 emanarit, eruditioribus discutiendum relinquere ma-  
 luimus, quād de re nondum planè nobis comperta te-  
 mere quicquam pronuntiare.

SED SI FRAVDANDI.) Quod Prætor in  
 edicto doli tantum, non etiam fraudis mentionem fe-  
 cerit, minus plenè fortassis ab eo cautum esse videtur,  
 ideoque verba hæc addi oportuisse : NEQ. VE  
 F R A V D A N D I C A V S A. &c <sup>d</sup>. Sed nihil d l.iii. ff. profo.  
 ista adiectione opus fuisse Labeo ait. Nam si clausulam  
 hanc de eo pacto accipias, quod quis alterius machina-  
 tione deceptus facit, sicutque fraudatus est, ea proculdu-  
 bio erit superuacanea, cūm talis fraus insit dolo, id est  
 verbū doli cui<sup>o</sup> in edicto meminit Prætor, fraudē hanc,  
 quia videlicet dolo non caret, complectatur. Sin pactū  
 fraudandi causa factum intelligas, id est quo quis re nō  
 consilio aduersarii fraudatus, ac damno affectus sit, sanè  
 hic sensus à proprietate verborum remotior est, quæ  
 fraudis consilium omnino significare videntur, licet in  
 fraudem fieri re ipsa tantum, & sine consilio rectè dica-  
 mus <sup>e</sup>. Ut tamē id sine veri præjudicio verbis significari  
 posse cōcedam<sup>o</sup>, talis adiectione inqt Labeo iniqtate nō  
 carebit:

e l.fraud.dere.  
 iur.l.inter eos.  
 ff.ex qui.caus.  
 maio. §. i frau-  
 dē Inst. quib.  
 ex caus.ma.

carebit: quandoquidem ea non seruari iniquum est, quae inter aliquos bona fide, id est sine dolo placuerunt, ta-  
arg. l. dol<sup>p</sup>. C. metis ea fortè pacifcentibus noceant<sup>a</sup>. Hinc apparet,  
de rescid, vēd, quām absurdē interprætes colligant, dolo fraudem in-  
l. itē si pretio, esse, velut speciem generi, &c.

cum seq. ff. Quod ferē nouissima parte pæctorum ita solet  
locati.

inseri: ROGAVIT TITIVS, SPO-  
PONDIT MAEVIVS. hæc verba  
non tantum pæctionis loco accipiuntur, sed e-  
tiam stipulationis: ideoque ex stipulatu nascit-  
ur actio nisi specialiter contrarium approbe-  
tur, quod non animo stipulantium hoc factum  
est, sed tantum pacifcentium.

M O R I S fuit veteribus stipulationem pæctis subiice-

b l. pæcto cōuen  
re, vt si minus ex pæcto, saltē ex stipulatione agi posset,  
vt Paulus ait lib. II. Séten. tit. x x III<sup>b</sup>. Proinde obli-  
to. de trāfact. gationum firmandarū gratia stipulationes inductas esse,  
l. duo. profoc. idem Paul. scribit lib. v. Senten. tit. VII I. Quod adeò  
l. titia. §. vlti.  
l. pluribus. de verū est, vt constet, stipulationem ferē alicuius con-  
verbo. oblig. tractus appendicem & accessionem esse, & per se sine  
l. petens. C. de alia causā inutiliter contrahi<sup>c</sup>. Quod autem dicitur, in  
pæct. l. itē quia nouissima parte pæctorum: sic accipere debemus, id est,  
pæct. l. itē quia instrumentorum, quibus pæcta conuenta describuntur.  
§. vlt. supra Nam Pæctum pro scriptura aliquando accipitur, sicut  
eodem. & stipulatio<sup>d</sup>. Cice. in Partit. orato. Scriptorū, inquit,  
e l. ii. §. circa de priuatum aliud est, publicum aliud. Publicum, lex, sena-  
doli except. tusconsultum, fœdus: Priuatum, tabulae, pæctum conue-  
d l. iff. de edēd. tum, stipulatio. His ita explanatis, animaduertēdum est,  
super huiuscmodi specie dubitatum fuisse. Post varia  
pæcta & conditiones instrumento adscriptas in extre-  
mis tabulis subiecta est hæc clausula, Hæc omnia dari  
fieri rogavit Titius, respopōdit Mævius. Querebat, an  
his verbis stipulationē interposita esse satis proberetur  
vt ex stipulatu actio competeteret. quæstionem faciebat  
quod cum interrogatione & responsione animum con-  
currere necesse est, non pacifendi modō, sed stipula-  
tionem

tionem quoque contrahendi, cuius in instrumento nulla sit mentio. Nam si casu fortuito quis me interroget, & ego respondeam ei ac promittam, nec appareat animo astringendae ac firmandae obligationis id factum esse, pactum potius, quam stipulatio contrahi videtur. Si vero inter partes actum sit, ut que placuerunt confirmentur stipulatione, & mox uno interrogante, alias promiserit, hoc casu vere contrahitur stipulatio: idque olim ita fieri solitum antiquæ ostendunt comediae. Plaut. in Pseud. act. i.

P. Satis est si hanc hodie mulierem efficio tibi,  
Tua vt sit, aut si tibi do viginti minas?  
C. Satis si futurum est. P. roga me viginti minas  
Ut me effecturum tibi quod promisi scias,  
Roga, c. obsecro hercle, p. gestio promittere.  
C. Dabisne argenti mihi hodie viginti minas?  
P. Dabo: molestus nunc iam tu ne sis mibi.

Simile huic exemplum in eadem comedie act. iiiii. Et quanquam haec vera sunt in dubio, tamè si supra scripta verba, aut alia his similia, instrumento inserta reperiantur, Vlp. ait pascentes animum contrahendae stipulatio-  
nis habuisse presumi, nisi contrarium ostendatur.

Et generaliter quoties pactum à iure communis remotum est seruari hoc non oportet nec legatum nec iuriandū de hoc adactum ne quis agat seruandum Marcellus lib. 2. Digestorum scribit. Et si stipulatio sit interposita de his pro quibus pacisci non licet, seruanda non est sed omnimodo rescindenda.

HIC finiebatur commentarius noster cum in lucem primum exiit, Nam scholæ in qua profitebamur consuetudo nobis minimè permisit captam commentationem absoluere, senestri iam tempore aut eo amplius in hac disputatione consumpto. Nec animus erat his quæ su-

i      pra scripta

præscripta sunt quicquā impræsentiarum addere, nisi Io-  
annes lucius insignis vir eruditioñis, iudicij, ac probita-  
tis inter togatos basilicæ Parisiensis occasionem mihi  
præbuisset. Cùm N. librum hunc quem denuo formis  
excludendum Typographi poscebant, ei ne sub scripto-  
rum nostrorum Aristarcho libenter communicasse, ~~ueretur~~  
admonuit nos tandem in hoc loco mendum subesse  
quod adhuc vulgo animaduersum non sit. Atque ita  
hominis in eare iudicium mihi placuit ut continere me  
non potuerim quin eam emendationem hic adscriberem.  
Nam quod hic de legato apud vlpianum legitur,  
adeò alienum est à proposito, & tam male cohæret cùm  
reliquo sermone, ut ingenuè fatear locum mihi suspe-  
ctum semper fuisse. Nec me latet interpretationem ali-  
quam adferri posse quæ absurdæ omnino non sit. Ve-  
rū ea eruditioribus hominibus, & qui aures tritas ha-  
bent in notandis Iureconsultorum scriptis vix opinor,  
aut ne vix quidem satisfaciat. Iaque noster Lucius sag-  
aci admodum coniectura ductus ita legendū esse censet.  
Quoties pactum à iure communi remotum  
est, seruari hoc non oportet, nec ligat cùm nec  
iusiurandum de hoc adactum &c.

*a lice. pro Rose. comedo.*

Q V A E lectio eo magis mihi probatur quod ligari  
pactis ac stipulationibus homines dicuntur apud La-  
tinos authores <sup>a</sup> vnde & obligatio appellata est, vt nos  
supra in caput primum annotauimus. Ac tametsi in ve-  
terib. exemplaribus à quib. non temere consueui  
recedere aliter fortassis legatur, tamen  
adeò firma mihi visa est doctissi-  
mi hominis coniectura ut ve-  
ram hanc esse germanam-  
q; lectionem aut certe  
germanę proximam  
confirmare au-  
sim.

H A E C H A C T E N V S.

# PARTITIO, ET ENARRATIO

METHODICA TRA-

C T A T V S D E  
P A C T I S .

\*

## FRAN. DVAREN O AVTORE.

*Quid sit Pactum. CAP. I.*



E PACTIS tractaturi;  
videamus quid Pactum sit.  
Haec enim est in omni arti-  
ficiosa disputatio princeps  
questio. Quod ut commo-  
ditus intelligatur, rem omnē  
altius repetere & à genere  
ipso, quod est Conuentio,  
initium ducere necesse est.  
Est autem Conuentio ver-  
bum generale, commercium omne, ac negotium, quod-  
cunque inter homines contrahitur, suo ambitu comple-  
ctens<sup>a</sup>. Cùm igitur duo, pluresque in idem negotium  
consentiant, sive inter absentes, sive præsentes, sive ex  
publica causa, sive priuata id fiat conuenire dicuntur<sup>b</sup>.  
Nec refert, an verbis eorum exprimatur sententia, an re  
ipsa, & facto aliquo significetur: vt in exemplis à Paulo  
adductis videre est<sup>c</sup>. Conuentio autem omnis aut le-  
gitima esse dicitur aut Iurisgentium<sup>d</sup>. Quæ verba ali-  
ter apud Paulum haud dubie accipiuntur, quam apud  
Vopianum, tametsi Tribonianus vtriusque diuisionem  
coniungere voluerit:

<sup>a</sup> l.i. §. conuen-  
tionis hic.

<sup>b</sup> l. Labeo. l.co  
ventionū hic.

<sup>c</sup> itē quia hinc.

<sup>d</sup> l.conventionē.  
hic.

*a legitimis.*

Legitimas cōuentiones vocat Paulus<sup>a</sup>. quæ lege aliqua confirmantur, id est, quæ cōsensu gentium non ita prōbantur ut ad obligandum valcent &c. Sed tamen iure ciuitatis Romanæ obligationem pariunt, Cuiusmodi est stipulatio quæ ne aliis quidem gentibus cognita fuit, Item pactum donationis causa factum, quo quidem pacto cæteras quoque gētes vías fuisse credibile est, ideoque iurisgentium non milē dicetur sed alio sensu, Nam moribus gentium hoc pactum ad obligationem efficax habitum non est, vt nec cæteræ conuentiones quæ in proprium nomen non transeunt.

*b Iurisgentium.* Conuentiones Iurisgentium vocat Vlpianus<sup>b</sup>, quæ aliis quoque gentibus non solū Romanis fuerunt cognitæ, quales sunt ferè omnes præter stipulationem, non quas aliæ gentes idoneas ad obligandum iudicauerunt. Et harum quædam nomen proprium habent & iure ciuili prosuunt ad obligandum, ut emptio, venditio, locatio, conductio, aliis nullum est proprium nomen indutum, nec ad obligandum utiles sunt, nisi fortè earum aliqua, aut lege, aut senatusconsulto confirmata sit, vt postea dicemus. Itaque eadem conuentiones & legitimæ, & iurisgentium dici possunt, nec ea res homonymia intellecta multum habet obscuritatis. Nam idem & ciuile ius & gētium esse nihil prohibet. Quinimo si Ciceroni credimus omne ius gentium idem ciuile est, tametsi quod ciuile est non continuo gentium sit.<sup>c</sup> Ex autem conuentiones quibus proprium nomen ac speciale, datum non est, vocabulo satis lato & generali pata appellantur, Eadem & Pacta cōuenta vocari crediderim, quod nullis legibus Romanis confirmetur, paucis quibusdam exceptis, sed ex conuentu tantum ipso valeant, per tuitionem prætoris: itaque factum in eis: nō ius ciuile versari dicitur, vt infrā dicemus.<sup>d</sup> Hinc per spicum est quid pactum sit. Quod si quis ἵκμασις quoque huius verbi requirat, ex Vlpiano discenda est, qui pactum à pactione, id est, duorum consensu dictum esse ait<sup>e</sup>. Quod autē vulgo tradiderunt interpretes omnem consensum duorum Pactum esse: tantum abest, vt recte

*e lib. 3. offic.**d vlt. cap.**e L. i. in princ. hic.*

recte id inde colligant, ut vel unus ille locus iudicio  
meo ad infirmandam eorum sententiam sufficiat. Nam  
si nihil aliud sit Pactio quam Pactum, queso quid illis  
Vlpiani verbis ineptius?

## Diuisiones Pactorum. CAP. II.

Prima diuisio Pactorum: quoddam nudum est, aliud  
non nudum. Cum enim Pacto nihil extrinsecus ac-  
cedit, prater cōventionem ipsam & consensum, id Nu-  
dum, quasi solūm, simplex, & merum appellatur. Inter-  
dum aliquid aliud prater Pactū subest, puta datio, vel  
stipulatio, quo casu nudum, aut simplex, seu merum pa-  
ctum dici nō potest<sup>a</sup>, vt verba ipsa perse clara, & aper-  
ta significant, quae hōes bonarū artiū rudes sophisticis  
qbusdā, & inanib<sup>b</sup> argutiis mirū in modū obscurauere.  
Secunda diuisio: Pacta quædam in rem sunt, alia in per-  
sonam. In rem, cum quis generaliter pacificatur, ne rem  
petat, nec certam personam exprimit. In personam, cum  
quis à certa persona se non petiturum promittit<sup>b</sup>.  
Tertia diuisio: Pactum aliud iustum est, aliud iniustum,  
Iustū intelligim<sup>c</sup>, quod legitimū est, & iuri, bonisq; mo-  
ribus cōsentaneū<sup>c</sup>: quamvis pleriq; alii, nodū querētes  
in scirpo, longè diuersam adferat interpretationē<sup>d</sup>. In-  
iustum quid sit, inde cognosci nullo negotio potest.

Quarta diuisio: Pacta quædam de re publica fiunt, alia d  
verò de re cuiusq; familiari & priuata<sup>e</sup>. Hæc satis no-  
ta est, nec ullam interpretationem desiderat.

Quinta diuisio: Pactum aliud expressum est, cum ver-  
bis declaratur pascentium volūtas. Aliud tacitum, cum  
voluntas eorū verbis non expressa, ex coniecturis tan-  
tum colligitur: vt si quis debitori suo cautionem red-  
diderit, vel inutiliter ei acceptum fecerit. Nam vtroque  
casu pactus cum eo videtur, ne petat. Is quoque, qui in  
futurum à debitore vsluras accipit, ne intra id tempus  
petat, tacitè cum eo pactus esse præsumitur<sup>f</sup>.

Annecti possent & aliae diuisiones: sed ha nobis suffi-  
cere ad eorum quæ sequuntur, explicationem vise sunt.

De Personis quæ pacifici possunt, quæque  
non possunt.CAP. III.  
i iii Pactura

*mu. idem. Videlicet  
esse et si p[ro]p[ri]o p[er]sa-  
na hoc est.*

a l. diuisionis.  
b h[ab]it. l. leg[is] C.  
c cod.

b l. iurisgentiū.  
c §. pactorum.

c l. tale. l. ep[istola]. h[ab]it. L. cū  
emptor. dere-  
scind. vend. l.  
stichū. §. natu-  
ralis de solu-  
tio.

d Alcia. in. l.  
pacta nouif-  
simæ. C. codæ.

e l. lege obue-  
nire. de verb.  
signific.

f l. iurisgentiū.  
g §. si pacifar.

f l. labeo. l. si v-  
nus. §. vlt. l. qui  
in futurum. in  
prin.

**P**actum à seruo aut filiosfamiliā factum ne petatur  
 (quia in rem conceptum est) domino aut patri interdum nocet, si videlicet de re peculiari, cuius liberam habeant administrationem, non donationis causa, sed transactionis alijāe simili, fines administrationis nō excedente, factum sit. Quinimo de re dominica aliquando utile erit pactum, vt si seruus dominicā credens pecuniam, pactus sit, ne ante certum tempus ea petatur<sup>a</sup>.

**b** d. §. si filius. Pactum à seruo, aut filiosfamiliā factum, ne petat iniuste est: cūm enim regulariter petere, seu agere non possint, pactum de non petendo frustra in eorum personam concipitur<sup>c</sup>. Et hæc ut plurimum ita se habent, præterquam in certis casibus, quorum primus est: cūm pacisci tur filius, ne injuriarum agat, vel alia quapiam actione

**c** l. filiosfamiliās. ex eorum numero, quæ iure singulari filiosfamiliās competunt<sup>d</sup>: idque verbis Caii satis expressum esse puto,

**e** l. ipsōna h̄c. cūm ait, In persona filii videndum, ne aliquando, et si pa-

**f** l. videam<sup>e</sup>. edil. edic. l. etus si ne ageret, valeat pactio: quia aliquando filiosfa-

miliās habet actionem, veluti injuriarum<sup>e</sup>. Solent enim plerunque talibus verbis sentētiā suam exprimere iu-

**de euillio. l.** reconsulti<sup>f</sup>. (id quod Accursium latuit) sicut & Cicero lib. i i i. Offic. Itaque videndum est, ne non satis sit id,

**postq. de pet.** quod apud Platonem est in Philosophos dictum, &c. Alter casus est, cūm pactum à filio confertur in id tempus,

**hāred. l. Iu-** quo sui iuris effectus agere poterit<sup>g</sup>.

**lian. de rei vend.** Pactum filii, aut serui, ne à patre, dominōue petatur, vti

**§. l. de hāredi. §. f. lia.** le est, prodestque patri, aut domino. Per eas enim per-

**b** l. si tib. l. §. xl. sonas, quæ in potestate nostra sunt, melior conditio no-

**cū l. seq. l. si de stra fieri potest, deterior non item. Idem dicendum est**

**bitor. h̄c. l. iii** in eo seruo, in quo vsumfructum habemus, aut qui bona fide nobis seruit<sup>h</sup>.

**l. filius. C. eo.** Pactum à filiosfamiliā factum, ne à se petatur, ei pro-

**i** L. acquirē. h̄c. dest<sup>i</sup>. Nam ex omni cōtractu filiosfamiliās cōueniri po-

**k** l. si q̄s cō filio. test sicut paterfamiliās<sup>k</sup>. Ac tametsi pactū istud persona

**ff. de pecul.** le sit, patri nihilominus etiam p̄derit, si nomine filii cō-

**d. l. filiusfa-** ueniat, quandiu scilicet vivit filius. Nam eius mor-

**miliās.** te, quia personale est, extinguitur.

Pactū à seruo factū, ne à se petatur, nō valet. Ab eo enim s

peti

peti non potest<sup>a</sup>. Itaque domino eius non acquiretur *a l. cū seruis. de reg. iur.*  
pacti conuenti exceptio : quæ si in rem pactus esset ser-  
uus, acquireretur. Exceptio tamen dolisubsidaria hoc  
casu dabitur<sup>b</sup>.

- b l. & hæred.*  
*§.j.*
- c l. si tibi. §. si*  
*pactus sim.*
- d l. & hæred.*  
*§. nos aut. l.*  
*quodcūq;. §.*  
*j.de ver. ob.*
- e l. auus.*
- f d. §. nos aut.*
- g l. scriptum,*  
*§. vlt.*
- h l. nam & no*  
*cere. h.c.*
- i l. procurator*  
*cui generali-*  
*ter. l. pcurar-*  
*tor totorum.*  
*de pcur. l ius*  
*iuradū. §. vlt.*  
*de iureiurad.*
- k L. contra iuris.*  
*§. j. b&c. d. l.*  
*pcurator to-*  
*torū. l. fi con-*  
*sensit. §. vi-*  
*deamus. l. fi-*  
*cut. §. an pa-*  
*cisi. quibus*  
*mo. pig.*
- 6 Pactum à patre factum, ne à filio petatur, non prodest fi-  
lio, etiam si postea hæres patri extiterit<sup>c</sup>. Quod est ac-  
cipiendum, ut pacti exceptione directa vtatur. Nam do-  
li exceptio ei denegada nō est<sup>d</sup>. Sed si pater filio pacifica-  
tur, ut hæredi futuro, quod tum facere intelligitur, cùm  
super ea obligatione paciscitur, ex qua nō potest filius,  
nisi ut hæres cōueniri exceptio pacti ei dāda est<sup>e</sup>. Hoc  
autem pactum patri, nomine filii cōuento, utile est, si in  
paciscēdo id acutū sit, id est, si timens filii nomine cōue-  
niri, eo animo pactus sit, ut sibi ipse prospiceret<sup>f</sup>.
- 7 Pactum factū à procuratore meo, ne à me petatur, mihi  
prodest, scilicet ut doli tantū, non etiam directa pacti  
exceptio detur<sup>g</sup>.
- 8 Paciū à procuratore meo factū, ne ego petam, mihi non  
nocet præter quām in tribus casibus. Primus, si mandaui  
ei, ut pacisceretur. Alter, si sit procurator is, qui à Iure-  
cōsultis Omnim rerum, Totorum honorū, Vniuerso-  
rum bonorum dicitur<sup>h</sup>. Quibus verbis dubium non est,  
cum significari cōpendio sermonis, cui plena, liberāque  
rerum administratio cōcessa est<sup>i</sup>, ut alibi fusiū disfere-  
mus. De quo M. Tullius in Orat. pro Cecinna, Nō alia,  
inquit, ratio iuris in hoc genere dūtaxat, vtrum me tuus  
procurator deiecerit is qui legitimè procurator dicitur  
omnium rerum eius, qui in Italia non sit, ab iuste reipub.  
causa quasi quidam pené dominus, hoc est alieni iuris  
vicarius, aut tuus colonus, &c. Huius tam ampla est po-  
testas, ut exigere, nouare, aliud pro alio permutare, cā-  
que omnia facere possit, quæcunque ad administratio-  
nem magis, quām profusionem, dissipationemque pa-  
trimonii pertinent. Nam donationis causa pacisci non  
potest, ac ne eas quidem res vendere, quas diligens at-  
tentusque paterfamilias vēdere non solet, quāque do-  
minus ipse verisimiliter distracturus non fuit<sup>k</sup>.
- Tertius casus est, cùm quis pcurator in rem suā consti-  
tuitur,

- tuitur, id est, cum ei actio mandatur: habetur enim loco  
 4 l. sed si tantū. domini, ut Paulus ait<sup>a</sup>. Sed cur Procurator is dicitur,  
 hic. non dominus, cum propria magis, quam aliena negotia  
 administret? Respondeo, ita ius olim constitutum fui-  
 se, ut solius prætoris esset actionem alicui dare, non ho-  
 minis priuati, cui competeteret ea actio. Dabatur aut ab  
 eo, directa saltem, ex verbis tam editi, quo eam pro-  
 posuerat, ut ex exempli causa, editio ita pposito, QVOD  
 QVIS COMMODASSE DICE TUR IV  
 DICIVM DABO: Commodatori solum actio  
 dabatur, non alii, cuius interesseret, etiam si maximè id  
 vellet commodator, ne à verbis editi recederetur. Ita-  
 que si quis ius agendi sibi competens in aliud transfe-  
 re cuperet, imaginaria quadam procuratoris constitu-  
 tione opererat, ut nomine alieno institui videretur actio.  
 c l. tutoris. hic.  
 d l. literdū. §. qui  
 tutelā. de fur.  
 l paciū cura-  
 toris. C. eod.  
 l. tutor. ff. de  
 iureu.  
 e l. pidores. hic  
 l. præses. C de  
 transactio.  
 f l. item magi-  
 strī. hic. l. a.  
 ff. rem  
 rat. hab.  
 g l. qd. picipua.  
 de verb. fig.  
 Asco. ped. in  
 piso.  
 h l. per quos hic  
 l. conuentio  
 num. hic.
- x conceptio non obseruetur, ideoque subtilitas haec super-  
 vacanea sit<sup>b</sup>, priscam tamen appellationem adhuc reti-  
 nemus, Procuratorem vocantes eum, qui re vera nihil  
 minus quam procurator est.  
 Pactum tutoris aut curatoris minori prodest<sup>c</sup>. Sed & si  
 transactionis causa non donationis, pactum factum sit,  
 etiam nocet<sup>d</sup>.  
 Curator, siue administrator reipublicæ, aut ciuitatis pa-  
 cescendo non magis ei quam tutor pupillo obesse po-  
 test. Eadem est causa eius, qui societatis, vel uni-  
 versitatis magister dicitur<sup>e</sup>: adeo ut inter hunc & pro-  
 curatorem vimue sorum bonorum, tutorem pupil-  
 li, curatorem adulti, reipublicæ administratorem ni-  
 hil intersit. Et ita accipendum est quod Vlpianus ma-  
 gistris pactum prodest & obesse ait. Magistri autem: in-  
 quid Festus, non solum doctores artium, sed etiam pa-  
 gorum, societatum, vicorum, collegiorum, equitum di-  
 cuntur: quia omnes ii magis ceteris possunt<sup>f</sup>  
 Quicunque stipulando aliis acquirunt, iidem & paci-  
 scendo acquirere possunt<sup>g</sup>.  
 Personæ publicæ de negotiis publicis pacisci pos-  
 sunt<sup>h</sup>.

De quibus rebus pacisci  
possimus.

## C A P . I I I I .

**D** Ere tantum priuata & familiari pacisci licet, vt si quis paciscatur, ne iudicati, incēsarum ædium, depositi, furti, agat: ne operis noui nütiationem exequatur<sup>a</sup>: ne vtatur fori præscriptione<sup>b</sup>: vt quatenus facere possit debitor, eatus agat<sup>c</sup>: vt ab hærede hæreditatem adituro minus petat<sup>d</sup>: ne ab hærede satisfactionem nomine legatorum sibi relictorum exigat<sup>e</sup>: Nam & diuus c*l. si quis credi* Marcus consultissimus sapientissimusque princeps, ipsis rerum experimentis se cognouisse rescripsit, ad publicam utilitatem pertinere, vt huiusmodi satisfactiones testatorum voluntate remitti possunt<sup>f</sup>: ob eandem rationem valet pactum, ne iumenti vitiosi aut morbos vēditore teneatur empori actioē redhibitoria<sup>g</sup>: licet enim contra edictum adilitium id pactum fiat, ad rem tamen pacisciēt priuatam, & familiarem, tantum respicit. Item g*l. pacisci. h.c.* si fideicomissi onere inuicem grauati sint filii, rescripsit Diocletianus, mutuo consensu hæc remitti posse, quia h*l. cūm propo-* iuri suo renuntiare nemo prohibetur<sup>h</sup>. Simile huic exēplum est ex rescripto Seueri cūm fidei cōmissum ab hærede relictū est, si decesserit sine liberis, ei que renuntiat fideicommissarius, representata sibi ab hærede ante susceptos liberos pecunia. Nam ne liberis quidem postea suscep̄tis, quod ita ges̄tum est, irritū efficitur<sup>i</sup>. Ex eādem regula illud quoq; consequitur, si inter emporē & venditorem conueniat, vt vendor re euicta non teneatur, pactionē seruandā esse<sup>k</sup>. Quod adeo verum esse existimo, vt ne ad pretium quidem restituendum eo casu te-neatur vendor: idq; aduersus Iuliani sententiam, quam negat veram esse Vlpianus, nisi dolus vendoris arguitur, qui sciens, prudēnsque rem alienam vendiderit<sup>l</sup>. Et hæc quidē species cūm ex facto incidisset, atq; ego consultus à celeberrimis quibūsq; caufidicis & pragmaticis dissentirem, qui non satis accurate perp̄cis Vlpiani verbis contendebāt pretiū deberi, prolatō à nobis Codice Norico

*L. iurisgentiū.**§. si paciscar.**l. penul. C. eo.**l. si quis credi**derit.**l. iurisgentiū.**§. vit.**l. pactū inter**heredem.**f. l. i. C. vt f. pos.**leg.**g. l. pacisci. h.c.**h. i. j. C. codem.**nas. j. C. eo.**i. l. j. C. codem.**k. l. f. emp. h.c. l.**ex empto. de**action empt.**l. emptorem. §.**qui aut. ff. de**act. emp.*

Norico qui cæteris non paulò emendatior est, vltro in nostram sententiam iuerunt seniores nonnulli, sed ita tam en, vt à contraria opinione, quæ vsu iam recepta esset, respondendo defletere non auderent. Quibus ego nō sine stomacho occinere cœpi, quod Stasimus seruus feli ciue apud Comicum ait,

—mores

*Leges perduxerūt iā in potestatem suā, magis qui sūt  
Obnoxii, quam parentes liberis: et misera etiam  
Ad parietem sūt fixae clavis ferreis, vbi malos mores  
Affigi nimō fuerat aequis.*

De eo qđ ad républicā magis qđ familiarē respicit, paci-  
sci nō possumus: vt si quis paciscatur, ne operis noui nū-  
tiationē, quæ reip. causa facta est, exequatur<sup>a</sup>. Nam ius  
publicū priuatorū pactū mutari nō potest<sup>b</sup>. Vnde Vlp.  
generaliter ait, quoties pactū à iure cōmuni, id est priua-  
to remotū est, seruari nō oportere<sup>c</sup>. Itaq; si is, cui oppi-  
generatur prædium, paciscatur cum debitore, vt is onera-  
tributorum agnoscat, hoc pacto ius fiscale non conuel-  
litur, tametsi, quod ad pacientes attinet, iuslum, ideo-

*a d. §. si paci-  
scar.*

*b l. ius publicū.  
hīc.*

*c d. §. si paci-  
scar. l. si vnus.  
§. pacta.*

*d l. iter debito.*

*rem. l. episto-  
la. §. pactū.  
hīc. l. vlti. C.  
sine cen. vel  
reliq.*

*e l. pacta quæ  
contra. C. eo.  
f l. si vnus. §. pa-*

Pactū de re turpi, & inhonesta, bonisq; morib⁹ ac legib⁹ 3  
cōtraria, factū, nulli⁹ mōeti est<sup>e</sup>: puta de furto faciédo,  
vel alio quoivis maleficio. Sed & si quis paciscatur cū ali  
quo, ne ob dolū suū aut furtū teneatur si postea admis-  
sum fuerit, qđè reprobatur hoc pactū: cū spes impuni-  
tatis, illecebra qđā peccati sit<sup>f</sup>. Diuersa causa est ei⁹ pacti,

quo cōuenit, vt ne quod maleficū ppetretur. Nā quod  
contra. C. eo. lege cauetur, quæ vt Demosthenes ait cōuētio quēdā &

*g l. ii. de legib.  
h l. nō imposi-  
i l. iurisgentiū.  
§. si ob malefi-*

nascitur obligatio, propter turpitudinē cōuētionis<sup>i</sup>, In-  
ter ea pacta, quæ cōtra bonos mores sunt, duo præcipue  
bile. hīc. à Iureconsultis memorātur: vnum est, pactū de succelsio-  
ne futura. Apud priscos enim Romanos turpe ac impu-  
dens habitū est, de hereditate viuētis quēquā sollicitum  
esse, quod & versus Horatiani indicant, Sermo lib. 11.

Qui

Qui testamentum tradet tibi cūmque legendum  
 Abnuere & tabulas à te remouere memento  
 Sicutamen ut līmis rapias, quid prima secundo  
 Cera velit versu, solus multis ne cohæres.  
 Veloci percurre oculo, &c.

Talis ergopactio, quæ heredipetis captandæ mortis alienæ & more vulturum cadauer, vt aiunt, expectandi occasionem præbet, vt odiosa, ac periculosa, merito legibus improbatur, nec libertatem testameti faciendi auferre potest<sup>a</sup>. Aliud in testamento dicendum est, quod cūm secreto fiat, nemine quid contineat intelligente, sit que ambulatorium, & reuocabile quandiu superstes fuerit testator, absque periculo hæreditas eo cuius desertur. In militibus sānè ad prælium pergentibus constitutū est, hoc pactum valere, vt ad superstitem alterius bona pertueriant. Nam voluntas eorum quoquomodo declarata testamenti vim obtinet.<sup>b</sup> Alterum pactū est, quo causidicus à litigatore item redimit, conuenitque vt is nomine mercedis certam partem eius pecuniae quæ adiudicata fuerit, vel maiorem aliquam summam in euentum litis accipiat.<sup>c</sup> Nam hæc pacticō causidicis calumniosē ligandi occasionem præbet, & iis artibus, ac strophis veritatem oppugnādi, quas homines in foro, ac litibus triti (vt ait Plinius) vel nolentes ediscūt. Quoties enim spes aliqua vberioris questus certa ipsi ostenditur, Tunc immensa caui spirant mendacia folles. &c. Quod vt verisimile, ita parcissimē de eisdem scribit Satyricus poeta, si ex nostri seculi moribus superiorum estimatio fiat.

<sup>4</sup> Ius agnationis pacto tolli non potest<sup>d</sup>: vt si quis cū ailio pacificatur, ne eiusfrater sit. Est enim necessaria ac naturalis, ec coniunctio, quæ ex voluntate, arbitrioq; nostro non pender. Hinc Isocrates amicitiam consanguinitate potiore esse demonstrat, q; hæc in της ἡμαγκής illa, της προαιτησιος proficiuntur. Eademq; est ratio sententiæ si forte iudex adeò vecors sit, vt agnationem inter duos existen-

<sup>a</sup> I.pactū dota-  
 li.l.vlt.C.co.  
 I.stipulatio  
 hoc modo de  
 verb·ob.I.ex  
 eo.C.de inu-  
 tu.stip.l.hære  
 di.C'de pac.  
 cōuen·l.de si-  
 decō.de trāf.  
 l.quidā.dedo  
 na.l.u. § in-  
 terdum.de  
 vulg.  
 l.lucet inter  
 priuatōs.  
<sup>b</sup> I.sump<sup>t</sup> hic.  
 l.salariū.l.si  
 remunerādi.  
 §.maurus. ff  
 manda.

<sup>c</sup> I.ius autem  
 agnationis hic  
 l.iura sangui-  
 nis. de re.uu.

existentem ratione aliqua motus dirimat: aliter atque si nullam inter eos agnationem esse pronuntiet: quo causa merito ius facit iententia & pro veritate haberui<sup>a</sup>.

- a l. siue contra,** Ac sicut pacto effici non potest, ut is agnatus non sit, qui de libe. agnos. agnatus est, nec contrà ita etiam ut cohæres sit aliquis, cui neque ex testamento, neque ex lege delata est hæreditas, frustra cauemus, atque paciscimur.<sup>b</sup>

- b l. epistola. in** Quodcunque pactum in traditione rei factum fue-<sup>c</sup>  
**c.l. in traditio-** rit, valet<sup>c</sup>. Excipitur pactum, quo conuenit, ut ei qui de-  
**nibus. hic. l.** nem mutua dar, viginti debeantur, siue id de pecunia nu-  
**legem. C. eo.** merata, siue aliis rebus in pondere, numero, vel mensura  
**l. rebus. C. de** consistentibns intelligamus. Re enim non potest obli-  
**re. permut.** gatio cotrahi, nisi quatenus datum sit<sup>d</sup>. Immò ne stipula-  
**d l. sibi de-** tione quidem id fieri posse existimo: licet vulgo inter-  
**cem. in prin.** pretibus diuersum videatur. Qui enim ita paciscitur, aut  
**hic. l. rog. asti** stipulatur, totam summam, velut ex mutuo debitam pa-  
**si. si tib. i. si** cisci, ac stipulari videtur. At si quis præter rem, quæ mu-  
**cert. pet.** tuo data est, aliquid paciscatur, usurarum nomine, vel si  
**e l. nemo. hic. l.** puletur, in quibus casibus stipulatio est necessaria, non re-  
**quoties. de** tuum eas, ne ibi consistas, ne inuito me alienes, ne mor-  
**seruit.** tuum in eo sepelias<sup>e</sup>. Verum ubi interest pacientis, φ  
**f l. vlt. C. de** res futura sit ei utilis, aut certè vsui esse possit, seruanda  
**pact. inter** erit conuentio. <sup>f</sup> Quid enim si paciscar, fundū me inui-  
**emp. l. vendi** to non alienari, ne malus mihi contingat vicinus, qui in-  
**tor. ff. comu-** terdum hominibus plurimum incommodi afferre solet<sup>g</sup>,  
**nia. præd. l. si** ut enim inquit Hesiodus.

- er editor. de** Μηδί τις δέ τοι πόλεων τίκην γέτειν κακός εἴη.  
**disfrac. pig. l.** Cuius dictum non minus, quam Themistoclis factū  
**ei fundo. de** laudatur, qui fundum venditurus, vicinos bonos eum ha-  
**seruit.** bere proscripsit. Cæteras exceptiones prætermittimus,  
 quæ ex iam dictis facile colligi possunt.

- g d. l. vlt.**

Quomodo paciscendum sit.

CHAP. V.

Imprimis

**I**mprimis videndum est, ne dolo malo pactum fiat<sup>a</sup>. **S**ecundo loco, ut à forma legibus prescripta non recedatur. Itaque pactum de pecunia non petenda, à pupillo factum sine tutoris autoritate ratum non est<sup>b</sup>, sicut nec transactio de alimentis testamento relictis, sine prætoris decreto<sup>c</sup>. Præterea cum hæres ante aditam hæreditatem pacisci vult, ut minus quam debitum sit, eis solvatur, alioquin nō aditus hæreditatem, forma Divi Marci rescripto data, quam Vlpianus, Papinianus, Paulus eleganter declarant, seu uanda est<sup>d</sup>. An autem pactum in scripturam redigatur nec ne, nihil interest<sup>e</sup>.

*De effectu, & potestate Pactorum.* C. A. P. V. I.

**P**actum non parit actionem, intellige si solum, ac nudum sit. Nam si pacto accesserit stipulatio, vel traditio, aliæ iusta causa, actio dabitur<sup>f</sup>. Causa cessante, nulla competit actio, nisi lege confirmatum sit pactum, vel post contractum bona fidei statim interpositum sit<sup>g</sup>. Quod adeò verum est, ut & si certis annis quod nudo pacto conuenerat, datum fuerit, nihil magis competat actio.<sup>h</sup>

**E**x pacto licet actio non nascatur, nascitur tamen exceptio<sup>i</sup>. In cuius locum succedit nō nunquam exceptio doli<sup>k</sup>: & utraqne actionem inutilem, atque inefficacem reddit<sup>l</sup>. Proinde eum, qui liti de prædio motæ renuntiauit causam finitam instaurare nō posse, certi iuris est, nisi dolo aduersarii circumuentus fuerit<sup>m</sup>. Quod autem dicuntur, pactum exceptionem parere: nō de quoniam pacto, sed de eo, quod de non petenda pecunia interponitur, aliòve simili accipiendo est. Nam si pactus sim tecum, ut fundum meum, quæ possides, Titio tradas, Proculus respondit vindicantem me eum fundum à te non aliter exceptione conuentionis excludi, quam si iam à te traditus sit, &c<sup>n</sup>. Cætetur etsi ex pacto non detur actio, pœna tamen, si placitum non seruetur, promissa per stipula-

der reg. iur. m l postquam liti. l. cùm postea. C. eo. n l. sic à fundū hic

*l. iurisgentiū.  
§. prætor ait.  
hic l. cù post-  
ea quā. C. eo.  
l. contra. hic.  
l. cum hi de  
transactio.  
l. iurisg. §. ho  
die l. maiore.  
l. si plures. l.  
rescriptū hic.*

*e l. pactū qđbō  
na fide. C. eo.  
f Lurisgen. §.  
sed cū nulla.  
l. diuisionis.  
l. si intra. hic.  
l. de bitor. l.  
pascenda. l.  
legem. l. pe-  
tens. l. cū ppo  
nas. ii. C. eo.  
l. legitima. l.  
iurisg. §. quī-  
imo. l. si. tibi.  
§. de pignore  
b. c. l. in bonæ  
fidei. C. eo.*

*h l. si certis an-  
nis. C. eo.  
i d. l. iurisg. §.  
sed cū nulla.  
lz l. rescriptū. §.  
plerūq; l. si cū  
emptore. hic.  
l. nihil refuta.*

tionē, peti potest, si quis ita agere, quām agenti exce<sup>a</sup>  
 l. *rescriptum*. ptionem obiicere maluerit<sup>a</sup>.

§. *si pacto*. Nudo pacto dominium rei in alium transferri non po<sup>b</sup>  
 hic. l. *si pacto* test. Et ideo si quis vendat rem pacto adiecto, vt em-  
 C. co. pror statim eius rei dominus fiat, id pactum nullius mo-  
 b l. *traditioni*-menti est, quantum ad dominii translationem attinet<sup>b</sup>.  
 bus. C. eo. Pactum ipso iure actionem, aut obligationem non tol-  
 e. §. *præterea*. lit<sup>c</sup>. Nam ipso iure, id est iure ciuili, ac Pop. Roman<sup>e</sup>  
*Instit. de exce*. lege certi obligationum tollendarum modi comparati  
 d *tit. quib. mo*, sunt, veluti solutio accepti latio nouatio<sup>d</sup>.  
 tol. obli. *Instit.* In hunc verò numerū nō refertur pactū, nec villa lex de  
 tu. l. *obliga-* pacto Rom<sup>e</sup> lata est, sicut de stipulatione, vt fusiū su-  
 tione fere. de p<sup>f</sup> rā nobis demonstratum est. Hinc dicitur, in stipula-  
 e act. & oblig. tionibus ius versari, cūm in pactis nudum tatummodo  
 l. *si vñus*. §. *pa* factum absque iure ciuili veretur<sup>e</sup>. Itaq<sup>f</sup>; fieri non potest  
 etus. hic. l. *nei* ut ipso iure, seu iure ciuili obligationem tolli recte dicā  
 seru<sup>g</sup>. *de pecul.* mus. Quod cūm ira sit, is qui pactus est ne petat, ipso iu-  
 re nihilomagis petere, atque agere prohibetur: sed iure  
 prætorio quod subsequitur, emendat, & ex bono & æ-  
 quo interpretatur ius ciuile, inhibetur vt iniqua ei<sup>h</sup> pe-  
 titio: idque fit exceptione data: quia prætor actionē de-  
 negare non ausus, ne aperte legis authoritatē conuelle-  
 re videatur cōditionem seu exceptionē addit ex iuris-  
 dictione sua extra quam si pactus sit, &c. Ac si ad effe-  
 tum respiciamus, huius exceptionis vi omnino inutilis,  
 f. l. *si cum te*. l. *si* & inefficax remanet obligatio, adeo vt ei qui ita pactus  
 pactus sim hic. est, absque errore tamen mora nulla fieri intelligatur<sup>f</sup>.  
 g. §. *vlt.* *Instit.* Hinc Cicero pacta sic iusta esse ait, vt iuri præstare di-  
 qui mod. tol. cantur. prætor siquidem eum, cui ius ipsum aduersatur,  
 oblig. l. *iurif.* exceptione pacti conuenti nihilominus tuetur. Excipiū-  
 gen. §. adeo l. tur aliquot casus, in quibus non tantum iure prætorio,  
 empator. in p<sup>f</sup> r. sed ipso etiam iure, per pactum tollitur obligatio, veluti  
 l. *ab emptione* si super ea obligatione interpositum sit, quæ solo con-  
 hic. sensu contrahitur. Contrario enim consensu eam dissol-  
 b l. *si tibi*. §. *si* ui æquum est, modò res adhuc sit integra, nec tali obli-  
 quadam. l. *si* gationi accesserit stipulatio<sup>g</sup>. Item actio furti atque in-  
 vnu<sup>h</sup> §. *pact*<sup>g</sup> iuriarum ipso iure per pactum tolluntur<sup>h</sup>. quoniam id  
 i l. *legitima*. lege veteri, quæ ipsum ius iuris contractus appellatur, disertè  
 hic. vbi dixi. cautum, atque expressum fuit<sup>i</sup>. Sed queritur, pactus ne  
 mus. peteret<sup>j</sup>

peteret, postea conuenit ut peteret, vtrius pacti maior potestas erit? Nam constat ex iam dictis, ipso iure neutru quicquam virtutis habere, ideoq; prius pactum per posterius ipso iure non elidi, siue tolli. Verum quia aequitas suadet, nouissimam cōventionem seruari debere, ad prætoriam iurisdictionem recurrendum erit, & replicatione posterioris pacti exceptio prioris elidetur, vt Paul<sup>o</sup> ait<sup>a</sup>. Eadem est ratio fideiussori, si quis cum eo, vti dictum est, pactus sit, que & rei principalis<sup>b</sup>. Alioquin paciscēte reo solo ut petere liceat, utilitas prioris pacti semel quesita fideiussori nō auferetur<sup>c</sup>. Nec mirum est, si actio<sup>b</sup> ea, quæ pacto extincta non fuit, sed tantum ab eo impedita, ne vim suam exereret, cliso pacto, summotoq; impedimento conualescat. Quare in iis pactis, quæ actio-<sup>c</sup> nem ipso iure tollūt, de quibus suprà diximus, aliud dicendum est; id quod idem Paulus subtiliter & eleganter explicat<sup>d</sup>.

<sup>5</sup> Pactū generaliter conceptum in omnibus nocet, licet ea specialiter expressa non sint. Vnde pactus ne hereditatem petat, nullā rem hereditariam petere potest. Hoc accipiendum est, nisi verisimiliter aliud actum esse apparat: vt si post computatam accepti & expensi rationem adscripta sit epistolæ, siue cautioni hæc clausula, Si quod instrumentum à te emissum, cuiuscunque summa, ex qua eunque causa apud me remanserit vanum, & pro cancellato habebitur, quamvis hæc verba generalia sint, tamen ex coniectura voluntatis paciscentium cæteræ obli-<sup>e</sup> gationes manent in sua causa, quæ ad expensam acceptam non pertinent. <sup>f</sup> Præterea inter cohæredes facta divisione, & interposito instrumento, quo cautum est, nihil commune remansisse, si ab uno subtracta sit, cæreris ignorantibus, pecunia, cuius in instrumēto nulla sit facta mentio, generalis pacti conuenti exceptio doli replica-<sup>g</sup> tione elidetur.

<sup>6</sup> Pactum de vna re factum, ad aliam non porrigitur<sup>h</sup>. Proinde si conuenerit, ne dominus à colono petat, colon<sup>i</sup> à domino nihilominus petere potest<sup>i</sup>. Item si cùm mihi

<sup>a</sup> l. si vnuſ. §.  
pactus hic l.  
pacta nouiſ-  
ſima. C. eo.  
<sup>b</sup> d. §. pactus.  
verſ. eadem.  
ratione.  
<sup>c</sup> l. vt hēc.  
<sup>d</sup> d. §. pactus.

<sup>e</sup> l. si vnuſ. §.  
item. si pactus  
l. emptor. §.  
lucius.  
d. l. tres frā-  
tres. hic.  
d. l. si vnuſ.  
§. ante oīa.  
<sup>h</sup> l. si conuene-  
rit hic.

a l. si vnuſ. § si mihi xx. deberes, pepigerim, ne decem petā, reliqua decem à te petere non prohibeor<sup>a</sup>. Sed & si cum eo, qui mihi hominē debet, pacifcar, ne Stichum petam, alium hominem petenti non nocet exceptio: tametsi in eo, qui sibi pulatus est, decem aut Stichum, deinde pactus ne decem petat, aliud responsum sit<sup>b</sup>. Quod si pactus sim, ne hæreditatem, aut fundum petam, singulas res hæreditarias, aut vſum fructum fundi petere non possum: quia non a liam rem, sed eandem petere videor.

Pactum cū reo factum ad tempus, ultra neque reo<sup>c</sup>, neque fideiussori prodest<sup>c</sup>.

e l. si vnuſ. §. si Pactum factum cum vna persona, ad aliam non exten-<sup>d</sup> cum reo.

d d. l. si. vnuſ. d. l. si. vnuſ. §. ante oī. a. l. si. actionē. C. eo. ditur<sup>d</sup>. Itaque debitorum pactionibus creditorum peti-<sup>tio</sup> nec tolli nec mutari potest, vt Diocletianus rescrip-<sup>tae</sup>. Item si vnuſ ex duobus reis stipulandi vel argētariis sociis, pactus sit cum debitore de non petēda pecunia, alteri non nocebit<sup>f</sup>. Interdum tamen pactum aliis præ-<sup>co</sup>.

e l. tale. §. post divisionē. hic l. debitorū. l. pacto. C. eo. seruata rescripti forma, pacifcatur cum hæredē de certa parte debiti non petenda, qui alioquin hæreditatem adi- turus non erat. Nam hæc conuentio ceteris dissentienti- bus obest<sup>g</sup>, cui perquam affine est quod Scænola ref-

f l. si vnuſ. in pondit, cùm res in eo statu esset, vt pupillus ab hærita- prin-

g l. & suū. §. li decedit, vt certam portionem acciperet, eadem parte vlt. cū legib. contētum esse debere<sup>h</sup>. Sunt & alii casus, qui ex iam di- seq. hic.

b l. cū eo. hic. l. cū hæredi- tas. de admis- ni. tuto.

i supra. cap. iii. l. si cū cōptore quia ipsius interest à fideiussore pecuniam non peti, ne cū similib.

k l. tale. l. & ha. apparer, ei qui donandi animo fideiussir, pactum debi- redi. §. vlt.

l l. quod dictū. tione fideiussoris cōuētio nec reo nec cū fideiussoribus hic.

p sit. Sed finge xar' i nō b̄s ip̄ reū fideiussoris consanguineum

neum aut intimum amicum esse, cuius opes non minui fideiussoris magnopere interest, cum si egeat, eisdem iuari su stentarique possit, οντα τατωρ φιλων ut ait Euripides. In hac specie, an conuentio fideiussoris proficiat reo, queri potest. Et responsum est, non proficere. Nam quod ante diximus, pacta omnib⁹ proficere, quorum obligationem, &c. sic accipiendum est, si conuentio principaliter ei, qui pactus est, proficiat: non si quo modo intersit. Et hic est sensus verborū Pauli, quæ in Codice Norico non recte punctis distincta esse arbitror.

Quod ad pactum personale attinet, animaduertendū est, cum persona id extingui, nec ad hæredem transire. Sed nec ad alium quemuis producitur, nisi ad singulare successorem, puta emptorem, aut donatarium, quandiu viuit is, qui pactus est<sup>b</sup>. Excipe, nisi contra pacificentium voluntatem verisimiliter id fiat: vt cum pater in doce constituenda filia sua, pactus est, vt ea sine liberis defuncta dos fratri suo redderetur, quem sibi hæredem fore sperabat. Nam ea conuentio liberis præter spem à focero suscep̄tis, & hæredibus institutis, proderit<sup>c</sup>.

<sup>d</sup> Pacti taciti eadem est virtus quæ exp̄fisi. Istius regulæ aliquot exempla secundo capite collegimus: quibus & alia quedam nō inutilia accedere possunt: veluti si quis pecuniam ab uno stipuletur, quam aliis debet, videtur enim tacitè pacisci cū debitore, ne ab eo petat, nisi forte stipulatus sit sub conditione quod sibi purè debebat, & ea conditio non extirerit. Idque etiam tum procedit, cum à seruo quis stipulatur, qui iustum intercedēdi causam habet: quo casu dominus de peculio potest cōueniri, aliás non potest. Nā licet dominus ex contratu serui, quatenus est in peculio, recte cōueniatur. ex fideiussione tamē, cuius merito veteres inoxā comitē esse dicebant, nō tenetur<sup>d</sup>. Præterea si creditores hæreditatis actiones suas aduersus emptorem hæreditatis institerint: illi que venditorem postea conueniant exceptione taciti pacti submouebuntur<sup>e</sup>. Eadem exceptio & creditoribus iis obstat, qui debitores in solidum obligatos

Iz pro e

a l. fideiussoriæ.  
hic.

b l. sibi. §.si  
quis. §.pactū  
l. & hæredi.  
§.i. idem in  
duobus. §.i.l.  
epistola. §.  
vlt. l. qui iſu  
turum. §.vlt.  
hic.

c L.tale. §.vlt.

d l. in persona.  
§. qui pecu  
niā. Plutar.  
in lib. nipi &  
dloas̄xias.  
l. iii. C. eo.

pro sua quenque persona soluentes admisisse pro-

a. *I. si creditores*

*C. eodem.*

b. *I. veteribus.*

*hic.*

c. *I. in contra-*

*hēd a. de reg.*

*iur. l. cū in le-*

*ge de contra-*

*ben. empt.*

bantur.<sup>2</sup>

Pactum Ambiguum, vel obscurum, in contrahendā  
emptione aut locatione, contra venditorem, aut loca-  
torem interpretandum est. <sup>b</sup>Et quanquam vulgo inter-  
pretibus idem dicendum videatur in emptore & conda-  
ctore, si forte legem dixerint contractui, tamen ex ver-  
bis Vlpiani sub titulo de diversis regulis iuris anti-

qui, luce clarius apparet, veteres iuris auto-  
res hac in re emptori ac conductori  
magis, quam venditori aut  
locatori fauere  
voluisse.<sup>c</sup>



147

# 20 EPISTOLA FRANCISCI DVARE-

NI AD ANDR. GUIL LARTVM,  
clarissimi viri Andr. Guillarti, libel-  
lorum in regia magistri, filium,  
De ratione docendi, discen-  
dique iuris con-  
scripta.



AEP E mecum egisti, Guil-  
larte, ut que tu & ex aquali-  
bus tuis nonnulli ciuilis discipli-  
nae studiosi iuuenes, me aliquā-  
do de ratione docendi, ediscen-  
dique iuris, ex tempore differē-  
tem audieratis, ea vobis paulo  
accuratius descripta traderem,  
ac communicarem: quo & diu-  
nius permanerent prodita lite-  
ris, & facilius etiam à vobis repeti, ac per otium considerari  
possent. Quod autem expectatione tua id tardius effecerim,  
una hac causa me hercule fuit, quia verebar, ut satis matu-  
rum nostrum istud consilium esset, quod in gratiam potissi-  
mum tham à nobis descriptum, ad multorum manus peruen-  
turum augurabar. Itaque ego aliquantisper cunctandum  
esse duxi, ut non solum in eius rei cogitatione diutius ver-  
fari, verum etiam cum viris sapientibus, & eruditis, de to-  
to hoc genere colloqui, ac commentari possem: hancqua-  
quam ignarus, quantum ea oculatus, & communicatio opini-  
onum, ad quanque rem cognoscendam percipiendam que  
momentum habeat. Illud vero percommode cecidit, quod se-  
cut M. Cicero de optimo Reipub. statu scripturus, Roma-  
nam tantum rem publicam sibi describendam esse putauit,

quod ea omnibus aliis antecelleret, ita & mihi quodnam es-  
set optimum illud iuris docendi genus inquirenti, quo etiam  
magna ex parte eiusdem discendi ratio videtur contineri, non  
alio tandem mihi hoc tempore praestantius occurrit, quam  
quod in nostra schola haud ita pridem institutum, & a te  
ceterisque felicioris ingenii atque indolue iuuenibus magno  
cum plausu exceptum fuit. Sic enim futurum spero, aut  
confido potius, ut nostrum hoc institutum, quod vel primo-  
ribus degustatum labris tantopere placuit, ubi variam, mul-  
tiplicemque eius utilitatem, ac suavitatem ostendero, singula-  
ri quodam studio & amore complectamini. Atque vnum  
ego tam graphicè rem totam depingere vobisque velut oculi  
spectandam proponere possum, quam vehementer, quam  
que ex animo de vestris, omniumque proborum adolescen-  
tium studii bene metiri studio. Non enim sum nescius, quam  
personam in hac celebri schola sustineam, & quantum expe-  
diat iuuentuti, de his rebus, quae ad studiorum rationem  
pertinent, subinde admoneri: cum praesertim hodie quam  
paucissimi sint, qui ea recte consilio aggrediantur, & in quos  
illud non conueniat, καὶ τοὺς μὲν τεῖχους δια' οὐτῶν ὁδόν.  
Indefit, ut sedulo quidē plerosque sed irito labore, & admo-  
dum infelicitate moliri videamus: quos ab errore in viam reu-  
care, boni præceptoris esse existimo. Sed cum vos iam cohorta-  
tione nostra excitati, rectam (nisi fallor) viam ingredi exper-  
itis, non adeò fortassis necessarium vobis hoc nostrum officium  
videri posbit. Attamen ut currentes (quod aiunt) instigem⁹,  
dabimus operam ut qua nos ad rectam studiorum instituio-  
nem idonea, atque utilia esse comperimus, ea si minus elegan-  
ti, & splendida oratione, simplici certe, & non nimis, ut spe-  
ramus, abiecta, nunc breuiter exponamus, Verum antequam  
ad eius rei tractationem aggredimur, quedam de vulgari illo  
professorum in legibus interpretandis more, qui etiamnum  
ubique in scholis retinetur, dicturi sumus, Ismeniamque  
tibicinem imitaturi, qui discipulis suis non tantum bene, sed  
etiam male canentes ostendebat, dicens, Hoc modo canen-  
dum est, illo nequaquam. Nam & hanc ratione aduersa-  
riorum calumnias refellemus, quos viisque nobis æquio-

res fore confidimus, ubi intellexerint veterem, receptamque  
 docendi consuetudinem non temere à nobis, nec qualibet de  
 causa, immutatam fuisse. Scimus enim quanta nos premant  
 inuidia apud imperitam plebeculam nonnulli, duorum sci-  
 licet viatorum insimulantes, quorum unum Graeci φα-  
 νειον, id est, nouarum terrarum appetentiam, alterum huic  
 germanum ac propinquum διφέρον vocant, quo mox fa-  
 stiuntur paulo ante adamata. Quibus vitiis haud scio an  
 aliud in republ. sit periculosius. Et utinam accusatores no-  
 stri à maledicentia, & obrectandi libidine tam alieni essent,  
 quam nos hæc vicia odiimus, ac detestamur. Etenim tan-  
 tum abest, vt res bonas, atque utiles innouantibus fauca-  
 mu: vi ne eas quidem, quæ aliquid habent incommodi, mo-  
 dò nimis intolerabile non sit, facile mutari patiemur. Nec a-  
 dedo Plautinum illud usquequa: que improbamus, quod à qui-  
 busdam accepimus nobis obuci solere. Nota res mala, opti-  
 ma est. Verumtamen si quid tempore ipso ad noniti, in vete-  
 ribus in litigiosis deprehendimus, quod seculi nostra moribus  
 parum conueniat, idque ementatione aliqua dignum indica-  
 mus, eisdem non arbitror iure id nobis virtus veri posse.  
 Nam & in legibus publicis idem usuvenire sumus, quæ (vt  
 ait Luius) mortales, ac temporibus, ipsis mutabili sunt, vt  
 quæ in bello latentes, pax: quæ in pace, bellum plerunque  
 abroget. Sic & in naus administratione, alia in secunda,  
 alia in adversa tempestate usui esse videmus, & experimur.  
 Iam vero cùm inter omnes sanos, & eruditos homines, qui  
 sese huic studio dediderunt, constet, eam interpretandi iuris  
 consuetudinem inoleuisse, vt nullo unquam seculo ferri à quo-  
 quam debuerit, nedum hoc felicissimo, & præcellentium in-  
 geniorum feracissimo tempore, quis tam iniquus in nos iu-  
 dex, vt causam nostram, bonorum omnium fauore ac patro-  
 cinio magis, quam in seftatione dignam esse non protinus iu-  
 dicet? Nec sicut opus est, quæ peccantur in ea re, singula co-  
 piösus hic recenseri, quæ vobis non ignota esse reor. Memi-  
 ni siquidem ex vobis audire, cùm nuper in huic s'no dii Do-  
 flores incidissetis, tantum istius corruptissimæ doctrinæ o-  
 dium animo concepisse, vt parum absuerint, quin studio iuris,  
 multa salute dicta, ad quamvis aliam ex inferioribus, ac

ac leuioribus disciplinis, animum applicaretis: idque vos facturos fuisse, nisi noua nostra docendi ratio, aut, ut verius dicam vetus, sed a nobis longo interuallo repetita, ac renouata, cuius fama vos in scholam auditoriumque nostrum ferre xerat, eosdem repressisset, & continuisset. Dicamigitur ex multis, ac propemodum infinitis paucis ex quibus nostrum de ea re iudicium a vestro non multum discrepare cognoscetis: & vos istius incepiti, quasi ex certa ratione magis, quam errore aliquo, ac leuitate iuueuli profectum sit, minus (ut spero) penitebit. Ac imprimis illud magnopere improbandum ducimus, quod proprietas Latinis sermonis, cuius merito tribuitur laus veteribus Iureconsultis, hodie in omnibus fere gynnasii negligitur. Nam pro Latinis propriis, & elegantibus vocabulis, noua, eademque inepta, & monstrosa a professoribus ceduntur, ex quibus constata oratio, quia prænuntia obscuritate non intelligitur, idonea ad docendum esse non potest. Idque factum a plerisque scio quicum verbis propriis, & apud scriptores probatos, quos quotidie manibus tercent, visitatis, satis commode & dilucide cogitata sua efferre possent, tamen quod disputationes suas obscuriores redderent, & offusa raudioribus caligine maiori in vulgus essent admirationi, noua, atque inaudita comminisci maluerunt, quæ nemo, nisi ab ipsis permultos annos edoctus, aut in huiusmodi scriptis diu multumque versatus, intelligeret. Erunt fortasse qui dicent, rudi adhuc, & impolito seculo verbis ex medio sumbris vtendum fuisse, quæ ab idiotis & plebeis hominibus, quales tum plerique huius artis studiosi erant, minore negotio perciperentur. Balbus enim, ut in proverbio est, balbum rectius intelligit. Sit ita sane: Non enim summo iure cum iis, qui ista defendunt, contendere cupio. Sed quæ, malum, dementia est, vobis, vestrique similibus id est bonarum artium linguarumque peritia non leuiter instructis iuuenibns, quales hodie magna ex parte videmus, eos qui ad iuris civilis studia se conserunt hasce, ineptias obtrudere, & ea oratione uti, quæ rebus obscuris nullam addat lucem, claris vero & perspicuis tenebras obducatur. Accedit hoc etiam mali, quod ea sermonis rusti-

rusticitas & plus quam Scythica barbaries, auditores ipsos  
 eleganteribus perpolitos literis, ab hac disciplina prorsus a-  
 licent, & auertit: quos ad eam potius, utpote severiorem,  
 & primo aspectu inamorem, orationis nitore & puritate,  
 velut illecebris quibusdam, & lenocinis, allici conueniebat.  
 Nec tantum ideo nocet iuuentuti horrida, inultaque istorum  
 oratio, quod nullis eam blandiciis demulcent, verum etiam  
 quia nullus fere creduntur esse iudicium, qui tam inepte, & in-  
 quinate, sive scribunt, sive loquuntur. Nam incredibilis illa  
 infantia, eos in recte dicendi studio, & iis authoribus legen-  
 dis, quibus prudentia & iudicium acquiritur, & confirma-  
 tur scribam operam non posuisse, ac ne puerilibus quidem di-  
 sciplinis imbutos esse satis arguit. Itaque talibus professori-  
 bus si qui dant operam, vel inopia meliorum, vel aliqua for-  
 tassis necessitate adacti, quia contemptim, & ositanter au-  
 diunt magis, quod auscultant, minore cum fructu id faciant  
 neesse est. Ceterum ista corrupte loquendi, ac scribendi con-  
 suetudo quos errores, quasque contentiones parat, tam faci-  
 le mihi esset hic demonstrare, quam liquido confirmare pos-  
 sum, ingentem illam commentariorum molem, qua totum pe-  
 nè ius obrutum est, magna ex parte ex futilebus & ociosis  
 altercationibus, quas puri sermonis contemptus & ignoran-  
 tia peperit, natam esse. Sed quia instituti nostri ratio fusius haec  
 differi non patitur, ad reliqua iuris professorum vita atque  
 errata iam nostra festinat oratio. In quibus illud non mini-  
 mum est, quod methodus, & ars docendi non minus, quam  
 sermonis proprietas apud eos contempta iacet, licet utraque  
 res ad docendum aequa sit necessaria. Nam, ut praeclarè inquit  
 Cicerò, non solum aliquid scire artis est, sed est quædam ars  
 etiam docendi, in qua Seruum Sulpicum valde exercitatum  
 fuisse, ideoque ceteris excelluisse iures consultis, idem author  
 est. Fieri enim non potest, ut sine ea methodo, quam Aristó-  
 telès, Galenus, & alii eruditissimi viri docuerunt, quaque in  
 scriptis suis nunquam non videntur, quicquam relicte doceatur.  
 At in istorum doctrina, dum boni, quædam cœfusanea, ut (vere di-  
 eam) mostrofa sunt oīa? Miscentur, & confunduntur, quæ oportet  
 secerni, & quæ natura coniungi postulat, sensu utitur, ac di-

strahuntur: ut quod de veteribus quibusdam Iureconsultis  
 scriptum reliquit Cicero, multò reūius in istos torqueri pos-  
 se videatur: Sed Iureconsulti, inquit, siue erroris obiciendi  
 causa, quō plura, & difficulta scire videantur: siue, quod  
 similius veri est, ignoratione docendi sape quod positum est  
 in una cognitione, id in infinita disperciuntur. Nonne vi-  
 detis, ut omnes in omnium interpretum, qui propè innumerabiles  
 sunt, commentariis magis, quam legibus interpretandis  
 occupati, de re paucissima, præter rem infinitam scribunt,  
 tum loquuntur? ut alienissimis locis inculcant quæcunque li-  
 bet? ut unius vocula arrepta occasione, euagantur à proposi-  
 to, nihil pensi habentes ut recte quidam ait quid quoque loco  
 aut dicatur, aut scribatur? ut denique Bartolus, Baldus, Pau-  
 lis, Fulgoſis, Alexandris, Iasonibus, Socinis, Curtius, De-  
 cius, Purpuratus, aliisque multò ignobilioribus appellandis,  
 eorumque recensendis opinionibus, sibi placent? quasi vero  
 non cuius homini ingenioso, & mediocriter in his studiis ver-  
 fato, id factu perquam facile sit: aut obscurum sit, eos ad ina-  
 nem quandam memorie ostentationem, non ad studiorum  
 utilitatem id facere, Titus Quintius imperator Pop. Rom.  
 cùm Aetolorum legati in concilio quodam Achaeos à fide  
 Roma abducere volentes, vires suas supra modum extolle-  
 rent ac variis generibus armorum & inauditarum gentium  
 nominibus commemorandis ipsos terrent, facete sic eos elu-  
 sisse fertur: Res, inquit, similissima est cœnæ Chalcidensis ho-  
 spitis mei, hominis & boni, & sciti conniutoris, apud quem  
 solstitiali tempore conuicio accepti, cùm miraremur, unde illi  
 eo tempore anni tanta suppetret venatio copia: tum aridens  
 homo non, quam isti sunt, gloriosus, ex uno siue domeſtico  
 varietatem illam & speciem ferina carnis fastam esse con-  
 fessus est: non secus isti faciunt, inquit, qui variis, & horren-  
 dis nomibus vos territant, cùm una gens sit. Hi enim om-  
 nes, Syrii sunt, sed, armis inter se ad speciem ingentis exerci-  
 tus distincti. Idem & vos de hac tam magnifica & fastuo-  
 sa variorum iuris interpretum, librorum, tractatuum, com-  
 memoratione proculdubio existimare debetis: quæ sine ullo  
 fructu & commodo ad miraculum excitandum fieri solet.  
 Eadem enim descripta sunt à pluribus, sed paucis commu-

tatis verbis, ac plerunque ne commutatis quidem, toties, repetita, ut non dubitem, quin omnia huiusmodi scripta quamlibet prolixa et verboſa, si quis in eō modicē jibi elaborandum esse duxerit, ad paucissimum numerum librorum facile redigi queant. Est et aliud, idque tertium, in quo ita grauitate, meo iudicio, peccatur a multis, ut cetera, quae per se gravia sunt, errata, pra hoc uno leuita, ac prope contemnda videantur: nempe quod illis impostoribus non satis est barbarum. Et confusè omnia tractare, nisi etiam disputationibus suis sophistiken perpetuo admisceant. Summam enim ingenii laudem esse dicunt, non verò explicare, sed bonas, viles, et receptas aliorum sententias petulanter euertere, quasi ipſos pudeat usquam cum quoquam consentire, et nihil verum, nisi idem diuersum sit. Et quia turpe sibi existimant homines plus satis ambitiosi, quae recta, et simplicia sunt, quia nimium scilicet vulgaria et facilia sequi, quibus præstigiis (dii boni) et commentis veritatem obruant, quo aliquid paulo argutius, nec ab aliis ante excogitatum (id enim palmarium est inter eos) in medium adduxisse videantur. Itaque de huiusmodi doctribus illud verè dici potest, quod Antonius apud Ciceronem de Philosophis scribit: Ipsi se compungunt suis acuminibus, et multa quærendo repe- riunt non modo ea, quae iam non possint ipsi dissoluere, sed etiam quibus ante exorsa, et potius detexta, propè, reten- xantur. Hæc quia non intelliguntur a iunenibus, nec adeò intelligi possunt, videntur plerisque ingeniosi, qui ea sola, mirantur, et habent in pretio qua non intelligunt, et subtilissimam oportere rem esse arbitrantur, quam ipsi non cer- nant. Quæ verò simplicia, atque perspicua sunt, quæque plus operis habent, quam ostentationis, ipsis ut puerilia fôrdent, ac nibili fiunt. Ego verò, tantum abest ut acumen istud magnopere mirer, ut etiam bonorum omnium virorum, et eruditorum odio, et infestatione dignum esse putem. Nam pleraque id genus inuenta, quæ magno illicum fastu, ut noua, atque inaudita in celum efferunt, huiusmodi esse certò scimus, ut mirum videri non debeat, si homini sano, et integri iudicii, nullo vnquam tempore in mentem venerint, Quæquidem ut arguta sint, atque ingeniosa, quia tamen in-

anissima

nissima prudentia sunt, nullum adserunt studiosiss fructum: quin potius ita iudicium omne peruerunt, & corrum-  
punt, ut vulgus hominum rectius, ac sincerius, quam qui ta-  
libus argutiis, sophistis que cauillis assueverunt, de ciuili-  
bus, ac serius rebus iudicare soleat. Quid enim aliud eos  
facere videas quam λεπτολογίην, ναι πιει καπνὸν σινατοξίην,  
ut de philosophis Aristophanes ait: id est, non tantum de  
rebus tenuibus ac fruolis disputare, sed etiam de meritis nu-  
gamentis anxie torqueri. Euclidis schola, quod arguta qui-  
dem, sed ad recte viuendum inutilia docere videretur, χωλή,  
id est bilis ac molestia, à quodam vocitata est: cum tamen  
discipulis suis ea traderet, quae si minus ad mores, &  
rectam vitæ institutionem, saltē ad id ipsum, quod profite-  
batur, magnopere pertinerent. Quo igitur nomine istorum  
scholam vocari par est, qui veram, germanamque philoso-  
phiam id est, boni & aequi scientiam professi, non tam iusti-  
tie & aequitatis, quam litigandi monstrant, vias? Quædam  
fortassis augendi criminis causa nonnullis confinxisse vide-  
bor: verū non dubito, quin homines sani & eruditii, quibus  
haec σοφιστουρία ignota non est, multò parcus, quam res-  
tanta postulet, de ea me loqui existimant. Ac breui futurum  
augor, ut fucus ille quem pauci tantum hodie perspiciunt:  
non minus innoteſcat omnibus, quam Aristotelice ( ut  
de christiana taceam ) philosophia professorum impostura,  
nostro seculo omnibus patefacta atque explorata est. Eò e-  
nī iam euaserunt istorum præstigiæ, ut nulla disimulatio-  
ne tegi diu possint, quas ne ipsi quidem omnino probant: sed  
eos id piget confiteri, tum quia seram esse penitentiam cre-  
dunt, tum etiam quia nisi omnia perturbent, & de indu-  
stria nebulaſ offundentes, artem reddant obscuriorē, ve-  
rentur, ne in tenui, & exposita omnibus scientia versari, nec  
tanta mercede, quanta plerique eorum docent, id est, amplif-  
sima, digni videantur. Scitum est illud Catonis, qui mi-  
rari se aiebat, quod non rideret aruspex, quoties arusp-  
cem vidisset: sentiens hoc genus diuinationum nihil aliud  
quam meram imposturam esse. Nobis verò longè aliud  
accidit, quam Catoni, qui iuuentutis imperitæ stultitiam,

& patien-

Et patientiam facete, & suauiter eos ridere solitos  
 non ignoramus. Malam eorum mentem, atque im-  
 probitatem magis demiramus, quos non pudet studiorum  
 iuuenium simplicitate sic abuti, & in ea re, quæ maxime  
 omnium seria est, maximique momenti, tam procaciter lu-  
 dere: idque vel in ipsis Institutionum libris, qui elementa  
 iuris ciuilis, vis, & ratione perquam elegantes, accura-  
 teque descripta, continent. Quo quid indignus dict, co-  
 gitatione potest? Hec sunt mi Andrea, quæ de corruptissi-  
 ma illa iuris interpretandi consuetudine, quæ vulgo in gym-  
 nasiis hodie recepta est, quantum instituta breuitas, & mo-  
 dus epistole patiebatur, immo vero magis quem patieba-  
 tur, dicenda putauit. Ex quibus (opinor) intelligis, quan-  
 topere hac pestis discentium studia remoretur, quantumque  
 detrimenti qua publice, qua priuatim adferat. Vnde fit,  
 ut cum scientia iuris omnium facilima merito à veteribus  
 existimata sit, nullus tamen labor, nulla etas ad perciplien-  
 dam eam satis esse credatur. Menedemus quidam Here-  
 triensis dicebat, Plurimos nauigare Athenas studiorum  
 gratia, qui primum essent sapientes. Deinde philosophi, hoc  
 est sapientiae amantes, postea Rhetores, denique progressu  
 temporis euadere idiotas. Idem de huius disciplina studio-  
 sis vulgo iactari solere quis nescit? nimurum, quod primo  
 anno sint Doctores, altero Licentiati, tertio Baccalaurei,  
 postremo rerum omnium imperiti. Quod vtique de his  
 qui à sycophantibus istis & praestigiatoribus instituntur,  
 qui frigidissimis nesio quibus argutus instruuntur  
 prudentie solos se tenere iactant, verisimum esse puto.  
 Nec tamen inficias eo, ex illis tenebris quamlibet densis,  
 ac planè cymmeriis, quosdam fortassis emergere, & ad cul-  
 men eruditio[n]is aliquando aspirare: id quod si forte nobis  
 abiiciat aliquis, in promptu est quod respondeam, qui hoc ex-  
 emplo adducti à methodo, & recta descendendi ratione abhor-  
 rent, iis hominibus persimiles videri, quos accepimus, cum  
 ipsis Roman contendentibus tutu plana, compendiaria, &  
 facilis monstrata esset via, per aliam nihilominus asperiorem,  
 longioremq[ue], ac longè periculoso[r]e iter facere maluisse, quod  
 eo itine

eo itinere plerosque cum ingenti sudore, ac summis difficultatibus eò peruenisse intelligerent. Supereft ut illam ipsam nobis commonstremus viam, qua faciliè, & sine ullo, aut certe quād minimo errore, vt quidem nostra est opinio, ad summum doctrinæ ciuilis fastigium descendere possitis. Quia in re vereor, ne si forè reconditum quiddam, aut valde difficile, & magnificum a me expectatis, intellecta oratione, consilioque nostro protinus audiam, & duxip̄ ōpos̄ līta m̄p̄ dñix̄t̄ n̄p̄. At videndum, est vobis, ne quod plerique faciunt, rei vilitatem & fructum ex specie eiusdem metiamini, idemque nobis euenerit quod cani Asopico, qui umbram carnium, quodd̄ ea maior appareret, captans, veras amisit carnes. Quæ enim hoc de re à nobis dicentur, & si primo aspectu tenua fortem appareant, ea tamen multo plus habere in recessu quam in fronte policeantur, confirmare ausim. Sed iam ad institutum reveror meum. Si igitur mihi iuuenis in iure ciuili dictur instituendus, explorabo primum, ac perspiciam, an his literis, quibus tantum esse eum oportet, qui non tam leguleius, quād iurisconsultus, ac (vt Ḡaci dicunt) oculatus sit futurus, mediocriter saltem instructus sit. Nam sicut Arcesilaus dicebat, in officinam fullonis lanam deferendam non esse: ita magno in errore versari eos existimo, qui cùm literis Græcis ac Latinis ne imbuti quidem sint, intempestiuè & illotis (quod aiunt) pedibus ad iuris ciuilis studium trumperint. Ac si mihi quidem videbitur ab iis rebus non omnino imparatus esse, quæ viam ad cognoscendum ius ciuile muniant, hortabor eum ante omnia, ut libros quatuor Institutionum accurate legat, atque ediscat, quos magna ex parte vel absque doctoris opera perse ipse assequi, & intelligere poterit. Quia tamen viua præceptoris vox maiorem ferē vim habet, quam lectio, nec sicut præceptor, ita libri dubitanibus nobis (vt ait Plato) satis commodè respondent hoc quoque adiumento labore eius minuere, ac sableuare conabor: sed ita, ut præter simplicissimam quandam, & breuissimam obscuriorum vocum & propriarum huius artis explanacionem nihil à me accipiatur. Quod cùm paucis mensibus perficium à nobis fuerit, is si me audiet, eandem crebro repetet lectio, ac tandem leget, relegatque, quoad memorię penitus

nitus haeserint, quæcunque illis libris descripta sunt. Est autem ea Iustiniāni isagoge tam artificiosè contexta, ut si quis exor-  
roriat eis, atque ordinem, quo nihil est ad memoriam iu-  
uandam virtutis, considerauerit, adhuc ibita mediocri diligentia,  
facile totam recitat memoriter queat. Hoc veluti iactio gra-  
du, ad Pandectarum lectionem progreendiendum erit, quæ vt  
nomen ipsum indicat, vniuersam boni & aquiescentiam, at-  
que doctrinam complectuntur. Sed ne rerum infinita prope-  
multitudine & varietate, obscuriorum praesertim, & perple-  
xarum, quæ iis libris disputatae sunt, paulo ridens adhuc in-  
genium obruatur, facturus mihi videor operapretum, si ti-  
tulos ipos, eo quo descripti sunt ordine à Trioniano, leui ac  
simplici interpretatione percurrero, & iāquam in tabula de-  
pinxero, quid sub quoque summatum contineatur. Ac in sin-  
gulis serē editiū aliquod à prætore propositum videoas, cui ex  
Ulpiano, aliisque veteribus consulite subiecta sit interpreta-  
tio. Quod qui non animaduertunt, quia scopum non vident,  
ad quem referenda sint omnia maximis sepe, & grauiſſimis  
erroribus implicantur. Itaque demonstrata serie ac disposi-  
tione titulorum, quam vulgo continuationem vocant, cius edi-  
tiū tum auditorem admoneri, tum verba, si quæ sint quæ lu-  
cem interpretationis desiderent, breuiter & perspicue decla-  
rari sufficiet. Quod munus in nostro gymnasio quanta cum  
laude obierit collega meus Doct̄orq; vester, nomine B A R O,  
sed doctrina. & eruditione Varro, nemo vestrum est qui  
ignoret. Earum vero questionum omnium quæ ex singulis  
editiū verbis existunt, & ab Ulpiano, ac ceteris diligenter  
perpli cantur, in aliud tempus tractatio reuicienda est. Hu-  
iisque consilii mei sane grauiſſimas causas habeo. Nam eru-  
ditorum consenserū receptum est, In docendis artibus, ab iis,  
quæ vnuersalia, & nobis notiora sunt, ad singularia proce-  
dendum esse. Ac sapientiū expertus ipse sum, quantum ea  
res fructum studiosis adserat. Legendo siquidem, ac docendo  
in pleraque iureconsultorum responsa crebro incidi, quæ &  
si breuissima sint, & ad tuulum unum speciale maximè  
pertinent: nemo tamen ex eis sensum aliquem idoneum, nisi  
perceptis quinque, sexue alius titulus elicere posset. Titulos cū  
dico, capita, & summas rerum intelligo, quas tenere, ac velut

in conspectu habere, mirum in modum prodest iuris studio-  
so, ante quam vastissimum illud pelagus præcepit oīnum, quæ  
circa singula versantur, ingressus fuerit. Tantaque est huic  
rei vultus, ut confirmare non dubitem, si quis ita se bona si-  
de exercuerit, eum in iure ciuili rudem habendum non esse.  
Verum ut operi inchoato fastigium imponatur, mihique pre-  
termittatur corum, quæ iuri nostri autores prodiderint, quæ  
que ad cumulandā iurisprudentiam perineant, conabor equi-  
dem eum, quem (vt dixi) in statuendum suscepere, quasi decur-  
so spatio a calce, ut ita dicam, ad carceres reuocare. Itaque iam  
inde ab initio repetita Pædæclarum præelectione, omnia sic ex-  
cutiā, ut nihil tam minutū sit in his libris, quod nō perseguar,  
et explanem. Nam et si prima illa, de qua iam diximus, in-  
formatio mirè utilis sit, non tamen ea est, ut hominem ciuilis  
discipline audiissimū omnino completere, et satiare queat. Nec  
vero hæc paulò subtilior disputatio, ut ingentem eius fructum  
mittam, aut inuicenda, aut omnino difficultas ei futura est, si ra-  
tione, et modo gubernetur: id est, si explosis primū argutissi-  
mis illis (si dys placeat) interpretum nugis, omnia ad boni et  
æqui normam sincera, et commoda interpretatione exigan-  
tur: deinde disponantur, et artificiosè digerantur ea, quæ spar-  
sim, et sine ullo ordine à Tribonianō sub singulos Pædæcla-  
rum et Codicis Iustiniani titulos congesta sunt. Tametsi  
enim de titulorum collocatione neminem iure conqueri posse  
arbitror: tamen res ipsa loquitur, Tribonianum in tractando  
cuinsque tituli argumento, nullam ordinis, aut methodi ratio-  
nem habuisse. Quamobrem ad professoris munus maximè  
hoc pertinere existimo, ut quæ sic diffusa, ac dissipata sunt, ge-  
neratim describere, et tum definitionibus, tum divisioni-  
bus ex arte petitis digerere, atque illustrare studeat. Ita enim  
fiet, ut quæ infinita, ac innumerabilia videntur, in certa, ea-  
dēque paucissima cogātur genera, nec solūm commodius do-  
ceri, et percipi, sed etiam multò facilis memoria cōprehendi  
possint. Idque ego pluribus ostenderem, nisi ad quos hæc à me  
scribatur cernerem. Nam ex quo hanc iuris discendi viā in pu-  
blico auditorio iuuentuti præmōstrare, atq; adeò præire cœpi,  
equidem facile animaduerti, quam cupidè eam secuti sitis: ut  
iam non posset tota nostra ratio vobis perspecta nō esse, quā  
que

quo vehementius amare, & amplecti in animum induxerit, eò maiorem, ac ubiorem ex ea fructum vos percepturos speramus, atque confidimus. Confessio enim hoc cursu, librifque Pandectarum & Codicis Iustiniani hac ratione atque arte compositis, & conclusis, si quis tertio, aut quarto quoque mense non oscitantur eos perlegerit, quo d fieri commodissimè posse non semel expertus sum, non dubito, quin omnia tandem, quæcumque eisdem voluminibus continentur, velut vngues, digitosque suos in memoria, & tanquam in numerato habiturus sit. Itaque quod ceteri toto vita sua tempore vix credendus laboribus, & vigilii, ac permagno valetudinis incommodo, aut raro, aut nunquam assequuntur, facilè & cum tanta voluptate, quanta ex cuiusque artis studio maxima percipi potest, breui tempore perueniet. Quod tamen non ita accipi velim, quasi eò aspirare quenquam hoc studio posse contendam, ut omnes easus, qui quandoque inciderint quidque de singulis respondendum sit, in promptu habeat. Natura enim rei non patitur hæc ullis literis, aut scriptis, comprehendit tantum abest, ut hominis memoria contineri possint. Quapropter eorum stultitiam admirari soleo, qui in vulgatisimis interpretum commentariis omnem etatem terunt, ut inde singularium negotiorum cognitionem hauriant: ei profectò non absimiles, cuius meminit Lucianus, qui in maris littore sedens, conabatur singulas vndas pernumerare, donec vndas vndis trudentibus obrueretur, animoque angeretur, quod eas numero complecti non posset. Nam ut quis memorie mandet quæcūq; à Bartolo & ceteris scripta sunt, quod fieri profectò nequit, quota tamē erit portio eoru, quæ quotidie inter mortales cōtingūt, nec ullis adhuc scriptis definita sunt? Ex hoc igitur studio præceptionū quarundam & theorematū vniuersalium, quibus ad iudicandum ex bono & aequo de singulis negotiis prepareremur, & informemur, cognitio taliū sperāda est. Nam singularia, quia infinita sunt, sub nullā arte aut p̄ceptionem cadunt. Verum ut certius atq; expeditius boni & aequi artem ad negotia singula accommodare queamus, adhibendus est usus, sine quo disciplina fructu omnis perire: ut vice versa usus absit; methodo & via minimā valer: alterius sic altera poscit opem res, & conuurat amicē. Iis igitur qui ad perfectionem huīus artis consequendam

consequendam aceruum ingentem librorum sibi parant, periculum est, ne idem quod illi medico eueniat, quem Galenus scribit, cum nullam vnuquam methodum componendorum pharmacorum didicisset, amissis libris, quibus multæ huiusmodi compositiones descriptæ erant, tare confectum periisse. Sed verba ipsa Galeni, quibus ille diuinus vir nos docet, quam infelicitter in quibuscque artibus & disciplinis versetur, qui duabus hisce rebus non vititur, in vniuersalibus methodo, singularibus exercitatione subiiciat. Tuis procremētis præsumatæ asyntopon iuxta eis cùm tois ἀλλοις ηποτορ, οὐτε τοῖς ἀπολίσσει μηρ ποτὲ τὸ βιβλίον, οὐδὲ τῷρ φαρμακορ θοις χρόμεται τὰς συνθέτες γεγραμμένους ἔχομερ, αυτοὺς κατὰς δίνασθει συντθένται παραπλάσια τοῖς ἀπολλυμένοις, ἀνακάπορ ιστι, πρωτορ μέρη μᾶς καθόλη τὰ τύπορ ὅδες μεμαθηκένται, οἱ ίδιοι εὐρήσομεν τὸ προθίμετα. Διάτερον δὲ γεγυμνέσθαι κατὰ τὴν ὁδὸν ταῦτη ἐπὶ πολλοῖς τῷρ κατὰ μέρος, οἰδέτες δὲ τὸ χωρίον τὸ γυμνάζονται τὸ τοισθό γυμναστιορ, ὁδὲν τῷρ ἔργωρ ὅρθως πατέντεται. Διενόμη δὲ ιητὸ συμβάτη οὐδὲν ποτίρ, οὐδὲ έτώ γυμνάσκει, μαστίριατροιρ δὲ μέρη τὸ λύπτη, ἐπὶ τὸ τοιούτων γραφῶρ ἀπολλίσσει συντακτῆς, ἀπέθηκεν, δὲ διπλέτη τὸ λατρικόρ ἔργον. Ήπειρχει δὲ τοῖς γυμναστιορ, οὐδὲ λέγω, πρὸς τῷρ δίνασθει συντθένται φάρμακα, χέντησια, οὐδὲ κριτικοῖς λίναι τῷρ γεγραμμένωρ τοῖς στρό ήμωρ λατροῖς, ιπτήδειως τε χρῆσθαι πάσι τοῖς ίδιοις κατένωρ γεγραμμένοις, οἵ τ' ἡρηρ διηρ κατὰ τὴν διδαχὴν σομένει μεθοδὸ. Expelletas forsitan à me, ut quid de Bartolo, Baldo, Iasone, & aliis eiusdem note scriptoribus sentiam, quoque in numero apud me sint: & an eorum scripta existimem ad id, quod instituimus, profutura, planius explicem. Quod an facturus essem, hoc tempore multum addubitavi. Qui enim istorum autoritatem aut cœuillere omnino, aut labefactare student, quanta etiam nunc flagrent inuidia, quantaque tum infitiae, tum arrogantia, & temeritatis suspicione laborent, non sum tam imperitus rerum, ut non intelligam. Quosdam item scio clari nominis Iureconsultos mādasse literis, adeo necessaria huiusmodi commentaria esse, ut sine illis tueri se non possit iuris civilis disciplina. Quorum autoritatem, ac iudicium eleuare, hominē confidentis, atque impudentis esse videtur. Attamen quia non ego ī sum, qui me falli non putem posse, neque hoc mihi assūmo,

mo, ut quenquam ex his, qui aliter quam ego sentiunt, ad  
 meam opinionem traducam, equidem in nullius hominis iu-  
 stam reprobationem incursum me putauis, si de rebus utilif-  
 simis & cognitione dignissimis, qui meus sit sensus, tibi id ef-  
 flagitanti familiariter & humaniter, ut singularis tua in me  
 benevolentia, atque obseruantia, & meus in te amor pos-  
 lat, explicarem, ac patet facerem. Hæc igitur mea ratio est, ut  
 quamvis non nemo ex eorum autorum lectione aliquid forte  
 utilitatis referre possit, si quis tamen via à nobis monstrata  
 ad verae solidæque eruditio[n]is laudem grassari volet, nulla re  
 vehementius cursum eius tardari, atque impediri existimem,  
 quam si in huiusmodi scriptis hæreat. Quæ qualia sint, qui  
 abunde iam à nobis disputatum est, hoc loco nihil attinet di-  
 cere. Ne tamen hæc ad viuum (ut dicunt) refecare videamus,  
 Platonice cuiusdam legis in hac re exemplum secuturi sumus;  
 Sicut enim in legibus suis aquam alienam vicinis haurire  
 prohibet, antequam in suis fundis ad argillam usque terram  
 effoderint, regionemq[ue] aqua carentem inuenient, ita &  
 nos huius disciplinae studiose permittimus: ut cum se in veterum  
 iuris autorum lectione diligenter exercuerit, si doctrina eoru[m]  
 suauissima non vorata modo, sed concocta etiam, & in suc-  
 cum ac sanguinem conuersa, nondum expletus fuerit, ad præ-  
 claros hosce magistros se conferat, eorumque doctrina arbitrio  
 suo se ingurgitet. Verum nō puto, ut dicam ingenuè, cui  
 quam mortalium hoc accidere posse, ut tam laitis innutritus  
 epulis, istorum mensas vñquam expetat. Quanquam enim  
 homini in veterum scriptis feliciter versato, multa ex facto  
 proponi poterunt, in quibus hærente videbitur subsidium ta-  
 men non ab huiusmodi commentariis, sed ab usu, & exerce-  
 tatione magis petendum sibi esse cogitabit. Reclite siquidem,  
 & verè Anaxagoras dixit, manum esse causam sapientie:  
 his verbis innuens, eam sine usu & experientia parari non  
 posse. Sed quia non paucos huic nostræ sententiæ adeò refræ-  
 gaturos esse satis perspicio, ut nullis possint rationibus flecti,  
 quibus videlicet persussum est, omnia quecumque in quaestio-  
 nem venire possunt, ex lectione & libris discenda esse: autoris  
 grauissimi, & locupletissimi Ciceronis iudicium ipsiss. oppo-  
 nam, qui lib. i. t. de Orato, ita scribit: Sic statuo, ut in ceteris,  
 l artibus,

artibus, cūm tradita sunt cuiusque artis difficillima, reliqua, quia aut faciliora, aut similia sint, tradi non necesse esse: vt in pictura, qui hominis speciem pingere perdidicerit, posse eum cniusus vel formæ, vel ætatis. etiam si non didicerit, pingere neque esse periculum qui leonem, aut taurum pingat egegi, ne idem in multis aliis quadrupedibus facere non possit: neque est omnino ars illa, in qua omnia, quæ illa arte effici possunt, à doctore tradantur: sed qui primarum, & certarum rerum genera ipsa didicerint, reliqua, persequuntur. Similiter arbitror in hac siue ratione, siue exercitatione dicendi, qui il lam vim adeptus sit, vt eorum mentes, qui aut de repub. aut de ipsis rebus, aut de iis, contra quos, aut pro quibus dicat, cum aliqua statuendi potestate audiant, ad suum arbitrium movere possit, hunc de toto illo genere reliquarum orationū non plus quæ siturum esse quid dicat, quam Polycletum illum cū Herculem fingebat, quemadmodum pellem, aut hydram fingeret, etiam si hac nunquam separatim facere didicisset.

Habes mi Andrea omnem rationem consilii mei, quæ ut gravior sit apud vos, atque etiam gratior, illud vere dixer, non tantum me, si ita tulerit occasio, libenter ea usursum, ut illa apud Homerum Calypso loquitur,

Δῶδε τὰ μέρη νῆς Φράστομεν δέσσαρεν οὐδόπιτε  
δεῦται μανδύμην, ὅτε μὲν χείρων τοσοῦ ἄνοι

Verūmetiam post quindecim, & eo amplius annos, quos euoluendis interpretum omnium quamlibet levium, ac plebeioris commentariis consumpsit, cūm me profectus mei maximè pœnitenter, aliis prius tentatis diligenter oībus viis, in hac vna tādem me conquiruisse, nec portum ullum adhuc, qui me tāquam ex longo errore diu iactatum exciperet, alium reperire potuise. Cum igitur tantum in bac studiorum ratione commodi deprehendisse mihi videar, quantum vix eloqui possum, non solum tibi sepius idem roganti consilium impetriri meum volui, sed hortari etiā, & admonere, vt ab ea, quam pleno iam gradu me autore ingressus es, via ne unquam deflectas. Tamen si enim me errare, & labi posse cogito: tamen quia te ppter sua uisimōs mores, eximiāmque tuam, ac verē heroicam indolem vnicē diligo, mēque tibi charissimum esse sentio, facere profētō non possum, quin te ad id studiorū genus extimulem, atq; incendam.

incendam, quod cum longo usu & meditatione optimum esse  
 iudicauit; tum usque eò mihi probatum est, ut præcateris id  
 mihi amplectendum esse duxerim. Excitat me præterea non me-  
 diocriter hinc munera mei, illinc generis ordinis que tui recor-  
 datu, ut tibi, quem sapientissimus, clarissimusque pater mihi  
 in disciplinam tradidit, honestissima quoque, & utilissima  
 suggерam. Si enim longè utilior es tu, qui multos reddit idoneos  
 gubernanda reipub, quam qui ipse regnè gubernat, ut So-  
 crates dicebat, tanto certè felicius operam in studiis tuis pro-  
 mouendis positurus sum, quanto doctrina tua ob splendorem  
 fortune patriamq; simul & auitam amplitudinem illustrior,  
 & magis conspicua futura es, eiusque fructus & utilitas la-  
 tius diffundetur. Marcus Cicero quoddam Romæ Senatu de-  
 creuisse scribit, ut de principum filiis sex singulis Eruria po-  
 puli in diuinandi arte instituendi tradicerentur, ne ars, ut ipse  
 inquit, tanta propter tenuitatem hominum à religiosis auto-  
 ritate abduceretur ad mercedem, atque quaestum. Sic mihi vi-  
 detur iurisprudentia, (quam eorum hominum conditione, qui  
 lucri tantum causa illi se dedunt, vulgo obsolescere videmus)  
 non aliter dignitatem, maiestateque suam retinere posse,  
 quam si nobilitas capessenda reipub. auida, studio iuris præ-  
 cipue excolatur, & velut interdicto aliquo in veterem resti-  
 tuatur possessionem. Nam priscis temporibus ita se huic stu-  
 dio nobiles adolescentes dabant, ut eius ordinis propriu quodammodo  
 esse videretur. Quod ut summè optandum est hoc  
 tempore, ita maiore quoddam studio & alacritate in id incum-  
 bendum esse duximus, ut iritam à maioribus viam, quæ aspe-  
 ritate sua non te solùm, sed quoscunque alios generosioris ani-  
 mi iuuenes ab itinere suscepto deterrebat, aut industria no-  
 stra complanaremus, aut certè quemadmodum id commode  
 perfici queat, ostenderemus. Quod & si forte nos usquequa-  
 que affectui non simus, honestam tamen voluntatem no-  
 stram, & conatum, qui in magnis rebus plerun-  
 que laudari solet, et alumnū disciplinæ  
 nostre boni & a qui consul-  
 turum non dif-  
 fidimus.  
 Vale.

## AD LECTOREM.



VR has duas Gulielmi  
 Budæi epistolas cum o-  
 pusculis meis ediderim,  
 si nosse libet, paucis tibi  
 amice lector exponam.  
 Posteaquàm Budæu fa-  
 ta nobis eripuerūt, ami-  
 ci quidam mei, eius cō-  
 suetudinis non ignari, quæ mihi quondam ma-  
 gna cum eo viro intercesserat, vehemēter à me  
 cōtēderunt, vt si quid scriptorum eiusdem esset  
 apud me, quodd fortè nondum exiisset, id in gra-  
 tiam studiosorum Typographis excudendum  
 traderem. Quod non semel me facturum nega-  
 ui. Nam præter aliquot epistolas, & pauculos  
 versus, nihil ex eius monumentis asseruabam,  
 quod publicum non multo ante factum esset:  
 subuerebárque, ne Budæi liberis, ac hæredibus  
 id non probaretur. Verùm vbi commentarios  
 quosdam eius, quos paulò antè quàm excelsit ē  
 vita, ad me scripsit, non in hoc à se confectos,  
 vt donec eis extrema manus accessisset, ederē-  
 tur, de ipsorum voluntate, in luce, emissos nec-  
 dum ab eo emendatos esse resciui, religione ea,  
 quæ me diu suspensum tenuerat, aliqua ex parte  
 exolutus sum. Itaque harum epistolarum parti-  
 cipem te fieri volui, quædam alia fortassis com-  
 municaturus, si id ē re studiosorum esse videbi-  
 tur. Vale.

G. B V-

G. BVDAEVS IOANNI  
DVARENO S.



RANCISCVS Duan-  
renus filius tuus, & indu-  
stria sua merito, & doctri-  
nae commendatione mihi no-  
tus, & iam familiaris, ad me  
paucis diebus cum venisset,  
longè tristiore vultu, quam  
solebat, mutationis cau-  
sam rogare eum cœpi, suspicatus incommodè va-  
lere: cum respondere cunctantem virgerem, is quasi  
postremum me salutarius iuuitum se facere dixit, ut  
à liberorum meorum consuetudine, & iam propemo-  
dum contubernio diuelleretur. Ibi cum improviso eius  
confusio nonibil commotus, (nihil enim minus suspica-  
bar) porrò percutiari insisterem, sat' saluè aut istic  
tecum, aut hic cum eo ageretur? ac deinde alia, que in  
huiusmodi assolent casibus, addidisse, at se nuper  
istic, & in patria male audire cœpisse, quasi apud nos  
nugis feriaretur magis, quam pro tua spe, atque expe-  
ctatione studiū Iuris coleret. Re intellecta minus airo-  
ci, quam quantam euenisce verbar, abruptum iuue-  
nis hic iam florentis propositum inhibere auctoritate  
conatus sum, verbisque non paucis reprehendere. Ne  
multa, è sermo mens euasit, cum ille ad extremum in  
auctoritate mea futurum se diceret: literis ut potius,  
quam coram purgandæ suspicionis, ac diluenda cri-  
minationis fiduciam susciperet. sperare enim auctore

me potius esse censuit, literarum patrocinium apud patrem egregie literatum pro filio de literis ciuilibus in dies magis ac magis merenti, nec ingratum tandem futurum, nec irritum. Porro autem cum ipse ad opinionem tuam labefactandam (siforè alius insederit) testimonium meum continuo flagitare institisset: negare non sustinui operam succisiuri tempusculi. Ac ne id quidem modo, sed in causam eius etiam defensitandam subscriptorem me obtuli: ne putes hoc officium perfunditorum esse, atque ab iniuncto efflagitatum, & expressum. Evidenter vir clarissime, testificanti mibi velim credas, iāquā iuratissimo, hōi vniq; etate certe graui, & aliās veritatis amanti ac reuerenti, hunc ipsū tuum Duarenū, studiorum suorum rationem ita instituisse, studio ut iuris operam impendat iustam, & inculpatam, & vero bonarum (quaē dicuntur) literarum cultui quod satis est impertiat, sine tua, aut sua captione: quippe ijs, diebus, horisque, quaē & publicā prælectionis, & impensisoris studij vacationem indulgent. Hoc meum testimonium ne aut eblāditum putas, aut à me ambitiosē perhibitū, aut etiam incomptē, tres ipsos filios habeo, quos iuris viriusq; discipline sic destinavi, post vtriusque lingue modicam cognitionem, nihil ut antiquius ipsis esse eo studio etiam eiāque insserim. Hi alii cum multis adolescentibus operam dant huic tuo quotidianam, volumen alterum Pandectarum fœliciter interpretanti, atque plausibiliter. Cuius rei merito officii visititudinem lubens ipsi rependo, diebus festis ad me cum meis venditanti. Neque vero quicquam est omnino,

nino, cur suspicari debeas, aut inanem falsamque gratiam inire me à te voluisse, commendanda filii tui industria, & scribenda hac epistola: aut ab eodem ipso, cuius precibus id facio. Quid enim ille aliud ob hac operā rependere mihi potest, nisi liberos meos in eo studio (quod nunc industriè facit) adhuc tyrocinij nō nihil redolentes, impensè adiuuet, & propense: ut mihi etiā (quod tu apte ipse spōte reputas) quod septem filiorum parens, omniumque superstítum, agrè animū induxissem, parentem te fallere, hominem (ut audio) aliqui mihi obseruandum: siquidem diuinā prouidentiam credo, hniuscemodi admissi utrīcet seuerissimā.

Vale vir doctissime, & filii tui merito proscēnique  
gratulare fœlicissimi senectuti. Parisijs ve-  
spri diuinariorum, aut pridie se-  
ralium, Anno

1536.

Budeus tuo, filiique tui merito tibi amicissimus.  
l iiii

G. BVDAEVS FRAN.  
DVARENO. S.



V O die literas tuas accepis dies mihi negotiosissimus fuit : sed nihil antiquius habui , nisi perleftis à prandio , q̄ ut iisdem rescriberem. Non mediocrem enim lætitiam accepi è reditu tuo . quem mihi non dubium & propinquum significabant. Accessit quod in ipsis libenter , & hilariter admiratus sum singularem , & luculentum tuum in disciplinis nostris profectum , quē earum lirerarum phrasis non leviter significat , sed apertè declarat. Quo argumento vehementius adductus sum , ut crederet , te bona fide haec tenus , & plena penè contentione operam impendisse viriusque linguæ studio. Nam ante arbitrabar hominē te leguleorum , magistrum & jurisprudentum æmulum & cultorem , in speciem magis , quam re ipsa literarum elegantiam consequari , ingenioque potius , quam studio loquendi ac scribendi facultate esse præditum. Nunc vero , ut video , periculum est , ne ii , qui de tui animi sententia iudicium è stylo tuo facient nec esse tot tibi retinacula , tantaque pristini studii nouerint , valere iussisse iura ciuilia , pontificiaque cum eorum interpretibus dicitent , putidi

III

tidi ipsis, & alliati sermonis amantibus. Memini me aliquando audire de te ipso, in suspicionem te istic venisse apud patrem tuum, & propinquos, deserti studii iuris, ob philologiam olim nostram, nunc penè omnium ingeniorum communem, quasi eam deperire hic cœpisses, quod mihi molestum fuit, ut nosti. Vereor igitur si huiusmodi multa dederis documenta nauatae in literis lautioribus operæ, ne iterum te calumniatores, quasi è reis exemplum, denuò, atrociusque repetant. Id quod si euenerit, alius tibi querendus patronus erit, qui parem afferre facundiam tanto criminis possit in iudicium hominum, apud quos id criminosissimum futurum est: ut & ex literis tuis intelligo, & de futuro ex præteritis coniecturam facio. In priore autem illo patrono, id est, in me, qui tibi haud ita pridem affui per epistolam apud indulgentiō parentem, exiguum tunc subsidium erit defensionis: maiore enim organo agenda tum erit tibi causa, quam ut viribus nostris tractari possit. Sed enim post iocos iam σπελαιο λογικιον. Velim igitur isto ut esse animo pergas, id est ut ingenii tui contentionem ea ratione temperes, ut (quod hactenus, ut sentio, fecisti) quod τὴ φιλοσοφία temporis imparies, id sine captione τὴς νομικῆς παιδίτις factum esse, suscepsumque intelligatur tandem. Sic autem optimè fiet, atque commodissime, τὸ μὲν ὡς ἴγρον εοι, iuris diço studium,

τὸ δὲ τὸ πάρεργον erit, τὰ τῶν τῶν διαίσθησην καμψόφωρον  
φιλονομίας scilicet: siquidem hanc bipartiti studii  
rationem, cùm tibi natura ista benigna & felix  
indulserit, tum assidua contentio & sibi  
semper instans facilem iucundamque  
reddiderit. Vale. Parisiis Idi-  
bus Octobris, qui dies fuit  
acceptarum tuarum li-  
terarum,

FRANCISCVS  
DVARENVS DE-  
CVRIONIBVS, ET ECDICIS  
CIVITATIS BI-  
TURIGVM VIRIS CLA-  
RISSIMIS  
S. D.



VM partim vestro moni-  
tu, partim quorundam iu-  
ris studiosorum iuuenum  
precibus adductus, vete-  
rem scholas habendi an-  
niversarias cōsuetudinem  
repetere vellem, selegi in  
eam rem ex commentariis  
meis, retulique in hoc volumen aliquot locos breui  
tempore, quos vel nouitate sola, ac varietate plausibi-  
les fore confido, Hic enim pleraque iuris doctoribus  
(quorum ceriē ad nos scripta peruererunt) incognita  
prorsus, atque inaudita: nonnulla, ne à Grammaticis  
quidem aut Rhetoribus, nisi vehementer fallimur,  
adhuc satis intellecta, quamuis ad ipsorum artem pro-  
fessionemque maximē pertineant, in apertum profe-  
rimus. Quod ne quis temerē fortassis, & arroganter  
à me dictum putet: fateor equidem, nec solum fateor,  
sed proficer etiā, ac prae me fero, tumultaria hæc scri-  
pta mea usque adhuc mihi non placere, ac blandiri, ut  
falli me posse in plerisque non existimem, & eo me  
homi

hominem ingenio esse, ut errata mea, si quae sint, detegi  
 ab aliis acutioribus fortè, aut doctioribus, non a quo  
 tantum, sed etiam lubenti animo patiar. Quanquam  
 enim multis de causis magnum istud, ac difficile opus  
 aggressus sum: tamen hic præcipue scopus mibi proposi-  
 tus fuit, ut veritas ipsa (cuius mibi amor natura insit<sup>9</sup>  
 est) magis ea disputatione limata splendesceret. Quod  
 si mens alia mibi fuisset, uno sanè, aut altero insignio-  
 re loco ad concertationem proposito, qualis est de Iuris  
 dictione & Imperio, aut de Factis individualibus, hac om-  
 ni molestia & cura, tot themata de tam varijs rebus,  
 cum samæ meæ periculo fortè defendendi: sine cuius-  
 quam fraude captioneque defangi poteram. Ed au-  
 tem pertinet hæc oratio mea, ut vos primùm, quibus  
 facta mea approbare omnia cupio, deinde ceteri,  
 qui nostra hæc legent aliquando, rationem  
 confilio inceptoque nostro quemcunque  
 tandem exitum res habuerit,  
 constare intelliga-  
 tis. Va-  
 lete.

## AD LECTOREM.



NNVS iam agitur nouus, ex quo in hanc ciuitatem iuris docendi causa publicè accitus sum.  
Quod munus quanto cù labore & molestia obierim, nunc pluribus expōnere nihil attinet. Ceterè

operam dedi, ut industria qualicunque mea, iuuentutis studia promouerē: nec me conatus mei adhuc pœnitit. Nām quō fuit nobis grauius, at que odiosius, toto ferme eo tempore cum Sophistis & barbaris hominibus certamen, qui omnia peruertere nos, & corrumpere vociferabantur, quōd à vulgari, & recepta iuris interpretandi consuetudine nonnihil recederemus: eo nobis gratior est, & iucundior victoria, quā nunc minimè dubiam consequuti esse videmur. Et enim quæ res quondam nobis criminī dabātur Latini sermonis aliqua puritas, rerum tractādarum dispositio, & ordo, locorum obscuriorū breuis & dilucida interpretatio nonnunquā ab antiquitate repetita, eas hoc tēpore passim amplectuntur omnes, quicunque iuris ediscendi gratia vndique huc confluere solent, & ita audiē arripiunt, ut plurimum verear, ne explendae eorum sitino stra tenuitas & inopia tandem minimè sufficiat. Quid opus est verbis? Eam equidem



dem rerum conuersionem, & vicissitudinem, in nostra professione hic experimur, quam superioribus annis in Philosophiae studiis, in quibus tum versabamur Lutetiæ Parisiorum ipsi vidimus, & vix quisquā est hodie rerū adeo imperitus, ut non intelligat. Quod si quis tanto successu nos mediocritet affici putat, nāe vehementer is fallitur, cūm præsertim aliarum Galliæ ciuitatū doctores (absit inuidia verbo) exemplo nostro, id est, non meo tantū, sed meorum etiam collegarum singulari iudicio & doctrina præditorum hominum excitatos, vete rem exuere barbariem, sophisticemque cœpisse compertum habeā. Quaquidem gloria (maior enim illa quæ potest homini scholastico cōtingere?) sic commoueri nos & incendi non dissimulamus, vt maiore, quam vñquam ante hac studio & alacritate operi iam affecto, & profligato insistamus, nec villam de literis ciuilibus bēnē merendi prætermittamus occasionem. Itaque cum à studiosis quibusdam nuper admoniti essemus, crebriorem de rebus in iure controuersis & obscuris <sup>συζητήσιμης</sup>, & disputationem publicam ac solennem in schola nostra desiderari, primo quoque tempore in eam curram incubuimus, speramusque breui futurum, ut ne ea quidem in ré cæteris sive Galliæ, sive Italiae, Germaniæque gymnasii nostrum concedat. Quamobrem ego, qui non eruditio[n]is, sed temporis beneficio principē in nostro ordine

dine collegioque locum teneo, reliquos non tam oratione, quam exemplo ad hoc præclarum facinus, & hoc tempore adeo necessarium, prouocari institui: Idque eò libentius, quod non ignorem, veterem omnium penè ciuitatum Galliæ, in quibus ciuile ius doceatur, consuetudinem esse, eamque Parisiensis curiæ decretis sæpe confirmatam, ut iuris doctores quot annis theses aliquas ex medio iure depromptas, palamque propositas defendant, easque oppugnantibus ac contradicentibus respondeant. Nec verò satis habui, nuda, ut vulgo fit, themata proponere: sed brevē singulorum explicationem, confirmationemque adscripti, coniecique in vnum librum, ut sententiam meam facilius percipiat iuuentus, patriorque & maiore cum fructu ad disputationem accedat. Quo in negotio vix decem totos dies consumere mihi licuit, vnde colligenti, quæ proximo anno contra plerasque in vulgus probatas opiniones à me defensa auditoribus nostris ē suggesto recitauerā, æditionēque per inuitus maturaui, ut aliquāto ante solēnis disputationis tēpus diuulgarētur. Ac molestissimè feci maius spatiū, quo ad ea recognoscēda expiliēdaque opus erat, nobis defuisse. Anniversarias disputationes totum opus ideo inscribere volui, cuius hic primus liber est, quod ex clarissimi senatus Parisiensis præscripto consilium nobis sit, singulos huiusmodi libros annis singulis

singulis scholasticæ disputationis causa ( si vi-  
ta suffpetat, nec grauiores aliò nos auocent  
occupationes) emittere . Quod institutum  
nostrum, cùm iuris civilis studiosos, tum etiam  
Philologos omnes, & qui studia humanitatis  
amplectuntur (nam & hos quoque lucu-  
brationibus nostris nonnihil iuuare  
studiuimus ) rogo, atque obsecro  
cibor in bonam partem accipient.

Vale Biturigibus . an-

no 1547.

# INDEX CAPITVM H V I V S L I B R I .

- I**N ius vocare quid sit: & de veteri more in ius vociandi, quædam non vulgaria. Cap. i.
- Liquidò iurare, apud Vlpianum quid sit, ex veteribus Latinis authoribus declaratnm. Cap. ii.
- Literas nescire , quid sit , apud veteres iuris authores. Cap. iii.
- Locus Pomponii emendatus , lib. 10. Pandect. titu. Commu. diuid. Cap. iiiii.
- Emendatus Vlpiani locus , qui in exemplaribus Halandardi corruptus legitur. Cap. v.
- Quætitas quid significet apud Iureconsultos. Cap. vi.
- Citare quid sit apud Iureconsultos veteres , in libris Pandectarum. Cap. vii.
- Locus Martiani explicatus aliter quam à cæteris. lib. 48. Digest. tit. de requiren. re. Cap. viii.
- Explanatus Callistrati locus per quam obscurus, de cap. diminutione: Cap. ix.
- Reparare verbum apud Iureconsultos, quo sensu accipi debat. Cap. x.
- Vtile, & Inutile , quo sensu accipientur apud Iureconsultos : & locus Vlpiani declaratus lib. 16. Digest. tit. depo. cap. i. Cap. xi.
- Quid sit Finis , apud Iureconsultos : & responsa quædam Papiniani elucidata aliter, quam ab interpretibus factum sit. Cap. xii.
- Producere aduersarium , quid sit , apud Vlpianum. Cap. xiii.
- Interpretatio §. mutui datio. cap. 2. de reb. cred. lib. 12. Pendect. Cap. xiv.
- De hac conditione, Si in capitolii ascéderit. Cap. xv.
- De noui operis nuntiatione. Cap. xvi.
- De dominio quod Directum , & Vtile, Vulgo diciatur. Cap. xvii.
- De possessione tam Naturali quam Ciuiili. Cap. xviii.
- m De inter

- De interdictis. Cap. xix.  
 De interdicto Vnde vi, disputatio aduersus aliorum  
 sententiam. Cap. xx.  
 Explanatum Diocletiani rescriptum de interdicto Vti  
 possidetis.lib.8.Cod.Iustinianei. Cap. xxii.  
 Publica vis , ac priuata , à iuris authoribus quamobrem  
 dicatur. Cap. xxii.  
 Cæcum posse iudicem dari, aduersus Accursii , & alio-  
 rum omnium sententiam. Cap. xxii.  
 De fumi immissione , ex Aristonis , Pomponiūque sen-  
 tencia. Cap. xxii.  
 De fumorum venditoribus , & qua pœna plectan-  
 tur. Cap. xxv.  
 Apud Papinianum sub tit. de compensat. Edulitatis,  
 legendum esse:non Aedilitatis, contra Budæum &  
 Alciatum. Cap. xxvi.  
 Probationis diffinitio , atque diuisio , ad tractatum de  
 probationib⁹ intelligendū pernecessaria. Cap. xxvii.  
 Fratris testimonium iure ciuili admittendum non esse,  
 contra receptam opinionem. Cap. xxviii.  
 Explanatus Venuleii Iurecōsulti locus.ca. 23.de testib.  
 reiecta Budæi lectio, & interpretatione. Cap. xxix.  
 Quid Testari sit,& Testatio apud iureconsultos: & de  
 Signatoribus. Cap. xxx.  
 Differentia itineris, Actus, Viæ, aliter explicata, quām  
 vulgo soleat. Cap. xxxi.  
 Explicatum Scœuolæ responsum , sub tit. de seru. vrb.  
 præd.cap. vlt. Cap. xxxii.  
 Locus Pauli enucleatus. cap. 15. titu. de seru. vrbani.  
 præd. Cap. xxxiii.  
 De vsu capione seruitutum : & an titulus in ea sit neces-  
 sarius. Cap. xxxiv.  
 Ciuite iudicium, & Criminale,quid sit. Cap. xxxv.  
 Ciuilium iudiciorum diuisio. Cap. xxxvi.  
 Criminalium iudiciorum diuisio. Cap. xxxvii.  
 Falsum esse quod vulgo dicitur,Neminem sine accusa-  
 tione damnandum esse. Cap. xxxviii.  
 Plures simul ad accusandum admitti posse, si inter ipsos  
 conueniat

- conueniat, contra receptā opinionē. Cap. xxxix.  
 Theodosianæ constitutionis de iure liberorum inter-  
 pretatio. Cap. xL.  
 De iuris & facti questionibus, & explicatus vlpiani lo-  
 cus. c. 79. tit. de iudiciis. Cap. x L.  
 Conciliatio duorū locorū Domitii Vlpiani de criminē  
 stellionatus in speciem pugnantium. Cap. x L i.  
 Explicatus præter aliorum sententiam tractatus de in-  
 terrogatoriis actionibus. lib. 10. Pandectarum.  
 Cap. x L ii.  
 Cur de alimentis, ex contractu debitis, recte transfiga-  
 tur absque Prætore: de iis, quæ testamento relata  
 sunt, non item. Cap. x L iii.  
 Quid sit Epistola, apud iuris authorēs. Cap. x L v.  
 Causæ coniectio quid sit apud Paulum. ca. 1. de diuersis  
 regulis iuris antiqui. Cap. x L vi.  
 Dicis causa aliquid facere, apud Iureconsultos quid  
 sit. Cap. x L vii.  
 De actione quæ aduersus corruptentes edicta publicè  
 proposita datur. Cap. x L viii.  
 Ad edictum à Prætore propositū, de eo qui nouum ius  
 aduersus alium statuit, vel impetravit. Cap. x L ix.  
 Brevis & dilucida interpretatio Edicti Prætorii, de eo  
 qui ius dicenti non obtemperat, ex vlpiano. Cap. L.  
 Patrē filio, aut filiū patri recte iudicē dari, quāvis ma-  
 gistrat⁹ liberis suis ius dicere nō possit. & cōciliatio  
 locorū Vlpiani, atq; Africani pugnantiū. Cap. L i.  
 An absq; principis permisſu aqua publica duci possit:  
 & explicata subdifficilis Antinomia. Cap. L ii.  
 Quid sit Iurisdictio. quidque Imperium tam merum,  
 quam mixtum. Cap. L iii.  
 Quid sit Imperare apud Alphenum, & locus Annei  
 Seneca declaratus lib. 6. de Benef. præter aliorum  
 sententiam. Cap. L iv.  
 De Pandectarum compositione, ordine ac metho-  
 do. Cap. L v.  
 Dotem, certa quantitate non expressa, inutiliter pro-  
 mitti à muliere, non tantum pacto, sed etiam si-  
 mili pulatione,

- pulatione, contra receptam opinionem. Cap. L vi.  
 Capitis primi, de episcopali audient. lib. i. Cod. Iusti-  
 nia. noua interpretatio. Cap. L vii.  
 Restituta sue integratati Lex Falcidia, quae apud Pau-  
 lum nec integra, nec satis emendata hodie legi-  
 tur. Cap. L viii.  
 De factis diuiduis atque indiuiduis sententia Raphaelis  
 Cumani à calumniatoribus defensa. Cap. L ix.  
 De diuisione fructum inter coniuges soluto matrimo-  
 nio. aduersus aliorum qui de ea rescriperunt senten-  
 tiā. Cap. L x.

FINIS INDICIS.

FRANC DVA-  
RENI IVRECONSVL-  
TI DISPVTATIONVM  
ANNIVERSARIARVM  
LIBER PRI-  
MVS.

\*

*In ius vocare, quid sit: & de veteri more in ius  
vocandi, quedam non vulgaria.*

C A P V T . I.



N I VS vocare (vt Paulus definit) esti juris experiundi causā vocare <sup>a</sup>: vel (vt Tribonianus) ad eum vocare, qui ius dicturus sit <sup>b</sup>: vel (vt alii) ad eum locum vocare, in quo ius dicitur <sup>c</sup>. Sed notwithstanding est ius hic ad prætorem dūtaxat, & magistrum, nō ad datum iudicem, qui Pedaneus dicitur, referri. Ac rētē donatus In ius ire interpretatur, ad sellam Prætoris ire. Nam & hoc sensu apud Ciceronem non vno in loco hoc verbū accipitur, vt Budæus noster annotauit, Paulus quoque tit. de iusti. & iure. c. xi. Ius, inquit, dicitur locus in quo ius redditur, quem locum determinare hoc modo possimus. Vbicunque Prætor salua maiestate imperii sui, saluoque more maiorum ius dicere constituit, is locus rētē Ius appellatur. Plautus in Menech. act. 4. Aut ad populū, aut in iure, aut ad iudicem res est. Vnde Vlpianus hæc verba Prætoris interpretans: NE Q. VIS eū, qui in ius vocabit, vi eximat: Si quis (inqt) ad pedaneū

m III iudicem

<sup>a</sup> I. i. ff. de in ius  
vocan.

<sup>b</sup> S. omniū. In-  
stit. De pœ-  
tem. litigan-

<sup>c</sup> I. pen. ff. de Iu-  
sti. & iure.  
Douatus in  
Phor. Teren-  
tii.

*d l.iii.* Neq. eū iudicem vocatum eximat, poena huius edicti cessabit<sup>d</sup>.  
*g in ius voc.* Sed & idem Vlpianus in interpretatione edicti Prætoris, quo certis personis ne apud se postulent prohibet, dignitatis suæ videlicet & decoris tuendi gratia: P O S T U L A R E, inquit, est defyderium suum, vel amici sui, in iure apud eum, qui iurisdictioni præest, expone-

*e l. j. ff. de pos- re, vel alterius defyderio contradicere<sup>e</sup>.* Sic enim Postulare verbū interpretatus est ex mente Prætoris, quāuis alioqui latiorem habeat significationē. Proinde eos qui apud iudices datos, siue pedaneos postulant, edicto cotineri negamus. Tametsi Accursius, caterique vulgo aliter sentiant. Nam ut calumniæ causa publico iudicio damnatus, ne apud eos quidem postulet, non eo edicto,

*f l.j. §. Itē Se- sed S. C. quodam effectum est<sup>f</sup>.* Cæterū hac vocatio natus consul. iure Romano veteri sine vlo apparitor ac iudicis pcepto fieri solebat. Vocatusq; ab aduersario, nisi cōfessim iret, & vocantem sequeretur, inuitus ab eo ducebatur. Et hic quidem mos vsque ad tempora Iurisconsultorum (ex quorū monumentis libri Pandectarū confecti sunt) durauit, donec cū constitutione sua sustulit, & antiquauit Theodosius<sup>g</sup>. Cuius rei argumētum est, quod actio aduersus eos, qui in ius vocatos vi eripiunt, id est, è manibus vocantis, siue ducentis auferunt, à prætore proporrirur<sup>h</sup>. Cicero lib. i. Rheto. ad Herennium: Lege ius est id, quod populi iussu sanctum est. Quod genus est, vt in ius eas, cum voceris. Pli. in Paneg. Licitur actori atque etiam procuratori tuo, in ius veni, sequere ad tribunal, &c. Cicero in Quintiana: debere tibi dicis Quintinm, Procurator negat; vadari vis, promittit: in ius vocas, sequitur: iudiciū postulas, non recusat. Terent. in Eunuc, act. 4. Sce. 6. Si vim faciet, in ius ducito hominem. Idem in Phor. act. 5. Sce. 8. In ius ambula. Et paulò post in ius camus. Cui simile quiddā legitur apud Plautū in Persa, Penulo, & Curc. Hora Sary. 9. lib. 1.

-Casu venit obuius illi

Aduersarius, & quo turpis imē magna

Exclamat voce, & licet aniestari? ego verd

Oppono

*b l. j. & iii. ff.* ius eas, cum voceris. Pli. in Paneg. Licitur actori atque etiam procuratori tuo, in ius veni, sequere ad tribunal, &c. Cicero in Quintiana: debere tibi dicis Quintinm, Procurator negat; vadari vis, promittit: in ius vocas, sequitur: iudiciū postulas, non recusat. Terent. in Eunuc, act. 4. Sce. 6. Si vim faciet, in ius ducito hominem. Idem in Phor. act. 5. Sce. 8. In ius ambula. Et paulò post in ius camus. Cui simile quiddā legitur apud Plautū in Persa, Penulo, & Curc. Hora Sary. 9. lib. 1.

*Neq. eū qui  
in ius.*

*b l. j. & iii. ff.* ius eas, cum voceris. Pli. in Paneg. Licitur actori atque etiam procuratori tuo, in ius veni, sequere ad tribunal, &c. Cicero in Quintiana: debere tibi dicis Quintinm, Procurator negat; vadari vis, promittit: in ius vocas, sequitur: iudiciū postulas, non recusat. Terent. in Eunuc, act. 4. Sce. 6. Si vim faciet, in ius ducito hominem. Idem in Phor. act. 5. Sce. 8. In ius ambula. Et paulò post in ius camus. Cui simile quiddā legitur apud Plautū in Persa, Penulo, & Curc. Hora Sary. 9. lib. 1.

*Oppono Auriculam: rapit in ius, clamor vtrinque;  
Vndique concursus &c.*

Huius concursus meminit Paulus cùm ait c.4.ad I. Iuliam de vi priuata. Legis Iuliæ de vi priuata crimen committitur cùm cœtum aliquis & concursum fecisse dicitur quo minus quis in ius produceretur, &c. Valerius Maximus lib. 2. titu. de Instit. ant. de Spur. Carbilio. loquens, qui primus omnium Romanorum vxorem suam repudiauit: In ius vocanti matronā, inquit, corpus eius attingere non permiserunt, &c. Nonius Marcellus, vocare positiū, pro trahere & ducere, ait Huc accedit Cœciliū iurecōs, apud Gell. disputatio de lege XII. tab. quē lex in ius vocato, si morbo impeditus ambulare nequeret, iumentum dari præcipiebat: Et quia non mediocriter vtilem iuris studiosis totam illam disputationem deprehendimus, vnumquenque monemus, & hortamur, ut eam diligenter inspiciat, & confyderet. Quod cùm ita sit mirum profecto videri non debet, si filius patrem in ius vocare prohibeatur absque per nullū prætoris<sup>1</sup>. Quid enim turpius ac magis indecorum, quam parentem a filio, ad tribunal magistratus inuitum rapi? Aliquando tamen iubetur dimitti vocatus, nec inuitus ducitur. I. Si quis eius personam defendat, vel si eundo in ius de re controuersia transactum fuerit<sup>2</sup>. II. Si intra domū suam, k. l. Neq. ff. de in ius voc. ceu Asylum quoddam, se receperit: Ex ea enim inuitus extrahi non debet, quamvis si ex publico conspiciatur, l. l. Neq. ff. de in ius voc. diem ei dicere liceat<sup>3</sup>. III. Si iudicio sistendi causa satisficerit, aut cauerit vocati: Satisfactas enim ex numero eorū est, de quibus in quadā epigrapha loquitur Caius, qui videlicet neq; sequuntur, neque ducuntur<sup>4</sup>. Id est (vt obiter caii locū à cæteris maledictū explicem<sup>5</sup>) qui tametsi vocantē nō sequuntur, inuiti tamē in ius duci non possunt. Huc pertinet tit. In ius vocati vt eant, vel satisfident. Et quod idē Caius scribit, tit. Qui satisf. co. c. 5. Adversus eū qui locupletē sive forē iudicio sistēdi causa nō accepit, iniuriarū actionē esse, quia nō q̄libet, id est, nō leuis, seu nō vulgaris iniuria est, duci in ius eū, qui sa-

i l. iii. ff. de in ius voc.

l. Pleriq; & seq. ff. de ius voc. l. Nemo. de reg. iu. Cicero in oratione p domo sua, & in vaticinium.

m. l. qui neque alias. l. Solutum. de verbis. sig.

tis idoneum fideiussorem det. Qui locus etiam magnopere nostram de veteri in ius vocandi more sententiam confirmat. Qui autem in iudicio sibi aliquem promittebat, Vas dicebatur, autore M. Varro. vnde & Vadimonium. Sed de his fusus in commetariis nostris ad 1.lib. Pandect.

*Liquidò iurare, apud Vlpianum quid sit,  
ex veteribus Latinis autoribus declaratum.*

CAPVT II.

**S**V B titulo de iureiurando, lib. Pandectarum XII. Sextat locus Vlpiani ex lib. 26. ad edictū, quem vnius vocula significatio vulgo non percepta, valde obscurum reddit. Nam cùm dixisset Paulus, quod procurator iusurandum detulerit ratum habendum esse, si aut uniuersorum bonorum administrationem susineat, aut si idipsum nominatum mandatum sit, aut si in rem suā procurator sit, mox adiectum est ex Vlpiano quod sequitur: Alias autem procuratorem deferentem iusurādum non esse audiēdum, Iulianns lib. x. dig. scribit, ne postea reus, qui semel iuravit, à domino conueniatur. Nec multum ei proficere, si fuerit ei de rato cautum. Siue enim dominus petat, cogetur docere reus liquidò se iurasse, posita scilicet exceptione. Siue ex stipulatione de rato agat, necesse habebit ipse de periurio suo docere.

Questio igitur est, quid sit Liquidò iurasse, in hoc Vlpiani loco. Accursius & cæteri interpretatur, Liquidò, id est, manifestè. Quæ interpretatio quam inepta sit, & huic loco parum conueniens difficile non est iudicare. Quid enim quæso hoc significat Manifestè iurasse? Liquidò autem iurare, (vt paucis quod sentio dicam) nihil aliud est, quam verè iurare. Cicero in Verré lib. 6. Confirmare hoc liquidò, iudices possim, valvas magnificientiores ex auro atque ebore perfectiores nullas unquam vlo tempore fuisse. Plinius lib. 37. c. 2. Nos Liquidò affirmare possumus cautibus Alpium nasci adeò iuuis,

iuuiis, vt plerunq; fune pédentes eam extrahant. Ouid.  
lib.3.de Ponto Eleg.3.ad Maximum.

*Scis tamen, & liquidò iuratus dicere posses*

*Non me legitimos sollicitaſe toros.*

Idem lib.4.Eleg.6.ad Brutum.

*Te quoque idem liquidò possum iurare precari*

*O mihi non dubia cognite Brute nota.*

Terent. in And.actu.4.Sce.4. Quia si fortè opus sit ad herum iurandum mihi non apponuisse, vr liquidò possim. Quem locum non rectè interpretantur Grammatici. Seneca lib.7.de benef.c.9.Video sericas vestes, si vestes vocādæ sint, in quib⁹ nihil est quo defendi aut corpus, aut denique pudor possit. Quibus sumptis mulier parum liquidò nudam se non esse iurabit. Videtur autē hinc manasse hæc locutio quod veteres nihil vt verum affirmare auderent iurati præsentim nisi quod liquidum, id est clarum certumq; esset vt docet Cicero in Acade. quæſtio. & in oratio.pro Font. Hinc liquida fides apud Valerium lib.6.c.5.

*Literas nescire, quid sit apud veteres  
iuris Autores.*

### CAPVT III.

**R**E FER T Iustinianus lib.1.Inſti.tit. de excus.tu-to. Diuum Pium rescripsisse, eum qui literas nescit, à tutela esse excusandum<sup>a</sup>. In cuius loci interpretatione cùm aliquando versarer, illud me male habebat, quod doctrinam, & literarum peritiam, ad id munus necessariam esse nō videbam. Nam qui studiis literarum se dederunt, ad res gerendas ferè ineptiores cæteris esse quotidie experimur. Sed nihilominus afferere, talem, tantumque principem id temerè, & sine graui ratione, aliqua rescripsisse, nimis audax mihi videbatur, cùm præſertim Iustinianus id rescriptum comprobet, nec diſſen-tiat Paulus Iureconsultus, quamvis exceptionem adi- ciat.

*a §. Similiter.*

b l. Athleta. ff. ciat<sup>b</sup>. Verū animaduerti tandem ex aliorum locorum  
*de excu. tuto.* collatione, literarum imperitum, plerunq; cum dici, qui  
 legere, ac scribere nō didicit. Quod virtū nō mediocre  
 est in eo, qui negotia administrat. Nā & Vitru. Pollio,  
 hāc literarū scītiā Architecto necessariā esse scribit: Et  
 villico Columella, nisi tenacissime memorie sit. Ac satis  
 cōstat ex Asconio, & aliis autorib<sup>9</sup>, qui hodie in oīm ma-  
 nibus sunt, quanta fuerit veterum diligētia in cōficiēdis  
 tabulis. Vitru. lib. i. cap. i. Literas Architectū scire opor-  
 tet, vt cōmētariis memoriā firmiorē efficere possit, &c.  
 Columel. lib. i. ca. 8. Potest etiā illiterat<sup>9</sup>, dāmodo tena-  
 cissimē sit memorie, rēsatis cōmodē administrare. Eius-  
 modi villicū Cornel. Cels. ait, sepius numos dño q̄ librū  
 adferre, quia nesciū literarū, vel ipse min<sup>9</sup> possit ratioes  
 cōfingere, vel p̄ aliū ppter cōscītiā fraudis timere. Huc  
 p̄tinet qđ Paul<sup>9</sup> de libello inscriptiōis loquēs. c. 3. tit. de  
 accus. ait. Itē subscribere debet is, qui dat libellū. sc p-  
 c l. Libellorum  
*ff. de accus.* fessum esse, vel ali<sup>9</sup> p̄ eo, si literas nesciat<sup>c</sup>: id est, si scribe-  
 re, ac pingere nō dicerit. & Seneca lib. 2. de Clemētia  
 ad Nero. vt de clementia scriberē, Nero Cæsar, vna me-  
 vox tua maximē cōpulit: quā ego nō sine admiratiōe, &  
 cū diceretur, audisse memini, & deinde aliis narrasse. vo-  
 cem generolam magni animi, magnae lenitatis; quā non  
 composita, nec alienis auribus data subito crēpuit, &  
 bonitatem tuam, cum fortuna tua litigantem in medium  
 adduxit. Animaduersurus in latrones duos Burrus præ-  
 fect<sup>9</sup> tuus vir egregius, & tibi principi notus, exigebat à

d l. pater. te scriberes, in quos, &c ex qua causa animaduerti velles.  
 e l. discretis. C. Hoc sape dilatum, vt aliquando fieret, instabat inui-  
 qui test. fa. quis inuito cū chartam protulisset, traderetque, excla-  
 poß. l. hac cō masti, Velle nescire literas, &c. Sie literarn scienc-  
 fulissima. l. tia apud Paulum accipitur sub titu. de acquir. hæred<sup>d</sup>.  
 iubem<sup>9</sup>. l. no & in Codice Iustiniani creberrimē. Eandemque for-  
 stra. l. vlt. C. man loquendi usurpauit Græcē Iustinianus lib. 6. τῶν  
 de test. νυρεδη, nouel. 44. & 73. Vnde literata militia apud  
 f tit. de px. fa. Theodosium<sup>f</sup> & in indice ciuilium' militariumque offi-  
 cro. sacri. l. ciorum quem non ita pridem edendum curauit Alciat<sup>9</sup>  
 proximos. Quod verbum nō recte vulgo intelligitur. Cicero quo  
 que in Partit. orat. eodem sensu memoriā literaturæ ger-

manam dixit. Cuius verba hæc sunt: Nihil sanè præter memoriam, quæ est germana literaturæ quodammodo. & in dissimili genere persimilis. Nam ut illa constat ex notis literarum, & ex eo, in quo imprimuntur illæ note: sic confessio memoriae, tanquam cera, locis vtitur, & in iis imagines, ut literas collocat. hæc ille. Qui in ea re instituant pueros magistri (quos Lampridius in Seuero Literatores vocat) Piimas literas docere dicuntur ab Vlpiano, nec ut ceteri professores munerū vacationem habent. Sib. tit. de Vacat, & excusa. mun. cap. 2. A Græcis γράμματα μελακτέη. Plutar. in Alcib. τίπου δὲ φύσαντος ἔχει ψυχορ υφ' αὐτοῦ μελακθομένορ. οὐτ' ἐφηγάμματα μελακτεῖς ὀμήροπιτανωρθέρικανός εἰρενεῖ τοὺς νίοντες παιδίνες. Cum quidā alius Homerum sē habere diceret à se emendatum, Literas (inquit) doces ad castigandum Homerū idoneus. nec iuuenes instituis Hinc vetus illud prouerbium cuius meminerunt\* paræmographi, τοι τέλικην παραμηγραφήν μελακτεῖς γράμματα, usus est hac locutione Aristot. lib. 8. polit. 3. & Laertius non malus author, in Epicuro. hinc dicuntur homines indoctissimi μητε νειρητε γράμματα μελακται. veteri prouerbio, quo vsus est Plato lib. 3. de legibus. Nam olim pueri hæc duo primum discebant. Suetonius in Augusto: Ne potes & literas, & natare, alia quæ rudimenta per se plerunque docuit. Qui locus planum facit, nō de bonarū artiū scientia accipiēdū esse adagiu, ut quidā primi nominis authores existimasse videtur. Tāetsi aut̄ probabilis sit ea ratio, qua Diuū piū ad id rescribēdū impulit: nec contēnēda tamē, si homo sit nō habeti ingenio, nec expers negotiorum, qui literarū sit ignarus, tutela onus subire nihilominus cōpelletur. Nā ipse vicaria A micorū opera, aut ministrorū in cōmentariis suis & Ephemeridibus conscribendis, vt poterit. Quid quod memoriae creditur miū in modū officere scriptio, & enim plerisq; accedit, ut literis confisi minus memoriae suudeant) ut Cæsar, de Druydbus loquens, scribit in Cōmentatiis de bello Gallico) & præsidio literarū diligentiā in perdiscendo ac memoriā remittat.

Locus Pomponii emendatus lib. X. Pandectarum Tit.  
Commu. diuid. C. A. P. IIII.

<sup>g</sup> Fab. lib. 2.  
cap. 2.

**A**PVD Pomponium lib. 10. Pandectarum, tit. com  
mu. diuid. h.ec verba in vulgaribus codicibus le-  
guntur: Si is, cum quo fundum communem habes, ad edi-  
ctū non respondit, & ob id motu iudicis villa diruta est,  
aut arbusta succisa, præstabitur tibi detrimentum, Iudi-  
cio communi diuidendo, Ex quibus verbis collegerunt  
interpretes eius, qui edicto magistratus per contumaciā  
non paret, domum dirui posse. Quod sanè mihi durum,  
& Inciule semper visum est, Sufficit enim pign<sup>o</sup> aut mul-  
ta, ut Cicero in Antoniū disputat, aut alia genera coer-  
cionis legibus prodita<sup>a</sup>. Cum præfertim Republica-  
intersit, ne ædificia diruantur<sup>b</sup>. Haloander (quem iuris

- Ius dicen<sup>nō</sup> Romani instauratorem verè possum nominare) ita le-  
obtē. & ti-  
tu. quibus  
ex caus. in  
poss. eatur.  
*b* *l. i. de Ti-  
gno Iuncto. l  
iii. C. de a-  
dif. priuat**
- git. Si is, cum quo fundum communem habes, ad delictū  
non respondit &c. Quam lectionem vt plane absurdam,  
& nullius sensus passim respuant omnes. Nos verò ma-  
ximam optimo viro, & de iurisprudentia quam optimè  
merito, gratiam habemus, quod eam nobis integrum ser-  
uauerit, ac communicauerit, quam in veteribus exempla-  
ribus deprehenderat. Nam tametsi nullus inde possit nō  
absonus elici sensus: ea tamen verba ansam nobis præ-  
buerunt, veram lectionem inquirendi. Et quidem initio  
suspiciatus sum, ad delectum legendum esse non ad deli-  
ctum. Qua de re cùm adhuc non nihil hesitarem, omnem  
mihi scrupulum exemit Arrianus. Cuius hæc verba sunt,  
sub tit. de re militari cap. 4. in codicibus emendatis. Gra-  
uius autem delictum est detrectare munus militiae, quam  
appetere. Nam & qui ad delectum olim non responde-  
bant, vt proditores libertatis, in seruitutem redigeban-  
tur, &c. Accedit ad confirmationem nostræ sententiae  
quod Fabius Quintilianus Declam. 3. pro milit. Mar. aut  
quisquis est alius earum declamationum author, scribit  
in hunc modum: Eo tamen vsq; Pop. Rom. vindicta pro  
cessit: vt ardentibus bello finibus, ad delectum nemo re-  
sponderet, nisi & poena corruptoris, & abrogatione le-  
gis satissimum esset. Quem locum ideo citare volui, vt  
quorundam errorem, alioqui doctissimorum, conuince-  
rem: qui Ad delectum respondere, apud idoneos autho-  
res

res non reperi nobis aliquando hæc commentantibus responderunt. Cùm igitur iuris huius asperitas aduersus eos tantum, qui ad delectum scilicet militum non respō dent, & qui (vt Arriannus scribit) proditores libertatis habentur, exerceri dicatur à Pomponio, idque ius singulare esse appareat, nulla ratio permittit, vt ad quoscunque contumaces, qui editio magistratus non obtemperant, producatur.<sup>a</sup> Quanta autem severitate fuerint vñ veteres, in delectu militum habendo, præter iam dicta Liuii quoque testimonio, ac Varronis confirmare possumus. Liuius lib. 7. Qua de causa, inquit, creatus L. Malius per inde ac reip. gerendæ, ac non soluendæ, religione gratia creatus esset, Bellum Hernicum affectans delectu acerbo iuuentutem agitauit: tandemque in omnibus tribunis plebis coortis, seu vi, seu verecundia victus, Dictatura abiit, Neq; eo minus principio in sequentis anni Q. Se uilio Hala, L. Genutio. i. Cos. Dies Manlio dicitur à Marco Pomponio tribuno plebis, acerbitas in delectu non damno modò ciuium, sed etiam laceratione corporum lata, partim virginis cœsis, qui ad nomina non respō dissent, partim in vincula ductis iniusa erat. Varro apud Non, Marcellum. Manius curius consul, cum delectum haberet, nec citatus in tribu ciuis respondisset, Vendidit tenebriōnem. Huius rei meminit etiam Valerius libro sexto, cap. tertio.

*a. l. quod vero  
l. in iis. l. ius  
singulare. ff.  
de leg:*

Emendatus Vlpiani locus, qui in exemplaribus Haloandri corruptus legitur.

C A P. V.

S I Q V I S (inquit Vlpianus, tit. de petit. hæred. cap. 28.) re sua latius usus sit, contemplatione delatae sibi hæreditatis. Marcel. lib. 5. digestorum putat nihil eum ex hæreditate deducturum, si eam non attingat, &c. Gregorius Haloander Lautius legit, non Latius. & paulo post

post lautiū impēpere, & lautins ero gare. Ego verò La-  
tiū, & Latè, vbiique legendū cōten do: nec dubito, quin  
ea sit germana lectio. Horat.lib.Ser mo.2.Sat.2.

*Quo magis his credas puer hunc ego parvus ofellus  
Integris opibus non: non latius vsum  
Quād nunc accisis, &c.*

Seneca de breuitate vitæ. c.g. Annua congiaria homi-  
nes charissimi accipiunt: & in his aut labore m, aut ope-  
ram, aut diligētiam suam locant. Nemo æstimat tempus,  
vtuntur illo latius, quasi gratuito. Sallustius in Catil. lar-  
gus vti dixit eodem sensu: Plerique Syllani milites largi-  
us suo vī, rapinarum & victorij veteris memores, ci-  
tiale bellū Exoptabant eiusdem significationis est laxius  
viuere, aquid Liuū lib.8.dec.3. in hostico. laxius rapto  
suetis viuere, arctiores in pace res erant. Et hæc qui-  
dem emendatio mihi eo magis probatur, quod eam ple-  
risque eruditissimis mirum in modum placere intellexi  
ac præsertim R.Hayo nostro cuius ego iudicium & do-  
ctrinam minime vulgarem plurimi facio.

*Quantitas quid significet apud  
Iureconsultos.*

C A P V T VI.

**A**NTE quinquennium, cùm de in item iurādo cō-  
mentarium conscriberemus, in locum illum Pauli  
nobilem, de emendi & vendendi origine incidimus, in  
quo hæc verbaleguntur: Electa materia est, cuius publi-  
ca ac perperua æstimatio difficultatib⁹ permutationum  
æqualitate quantitatis subueniret, eaqué forma publica  
percussa, vsum dominiumquē præbet, non tam ex substā-  
tia, quād ex quantitate. Cumque dubitatum à plerisque  
intelligeremus de significatione huius verbi Quantitas,  
quo non semel vīsus est ibidem Paulus, & doctissimis no-  
stris ecclisi placere, Qualitatem potius quād Quantitatē  
dixisse

dixisse Paulum<sup>a</sup> admonuimus obiter, Quātitatem num- <sup>a Bud. in An-</sup>  
 mi propriè & rectè dici aestimationem illam publicè cō- no,  
 stitutā, qua quāti locabilis sit, intelligitur. Cuius quan-  
 titatis nota & signum est character, qui nummo imprimi  
 tur, vt Aristot<sup>l</sup>. lib. I. Politi. ostēdit his verbis <sup>b</sup> χαρακτήρ  
 τηθε ποσός σημεῖος Non me latet quosdam ex Neote-  
 ricis interpretibus Aristotelis τὸ ποσόν pondus intellexis-  
 se, atque ira vertisse, forma enim ponderis nota fuit, sed  
 quām rectè viderint alii. Cæterum Iuliani authoritate,  
 nostra quoque confirmatur opinio, qui denarios stipu-  
 lanti eiusdem quantitatis aureos spondentem obligari  
 scribit<sup>b</sup>. tit. de verb. oblig. cap. 65. Ex quibus locis (ni b l. que extrin-  
 fallor) facilè colligi potest interpretatio verborum VI-  
 pianī tit. de re iudi. cap. 15. <sup>c</sup> Si pignora quæ capta sunt secus.  
 c l. à dino Pio.  
 éptorē non inueniāt, rescriptū est ab Imperatore nostro  
 & diuo patre eius, vt addicantur ipsi, cui quis condem-  
 natus est. Addicant autem vtique ea quantitate quæ  
 debetur. Quæ verba quantum negotii exhibuerint om-  
 nibus interpretibus, satis norunt, qui in legendis eorum  
 scriptis versantur<sup>d</sup>. Quod igitur Vlpianus ait, Addican  
 tur vtique ea quantitate, &c. cō pertinet, vt pignora ad  
 dicantur tanta quantitate, id est, valore, (vt vulgo loqui  
 mur) & aestimatione quāta est summa quæ debetur. ne si  
 forte pluris aut minoris valeant, alteruter, id est, debi-  
 tor, aut creditor, afficiatur iniuria. Alii sic interpretan-  
 tur vulgo, Addicantur ea quantitate, &c. id est pro ea  
 quantitate, seu summa, quæ debetur. Qua interpretatio  
 ne nihil est ineptius, nec iniustius. Nostra autem æqui-  
 tate maxima nititur, nec à proprietate verborū recedit,

Citare, quid sit apud Iureconsultos veteres in  
 libris Pandectarum.

## CAPVT VII.

VVLGV S interpretum juris, Citare nihil aliud  
 esse putat, quām in ius vocare: quod Gallicè dici-  
 m<sup>o</sup> Adiourner, quasi diē dicere: Cūm tamē lōgē diuer-  
 sa hæc sint. Nā Citari dicit̄ reus, cū ipsa die cognitiōis,  
 quæ

que ante ei dicta fuit in foro, ac tribunali, per præconem euocatur, ut præsens sit, nec ne, appareat. Cuius rei ignorantia pleraque; Pandectatum loca perpera ab ipsis intellecta, atque explicata sunt. Ex quibus duoprincipia nunc veniunt in metem. Vnus est Vlp. tit. de iud. cap. 37. Et post edictum peremptorium impetratum, cum dies eius superuenerit, tunc absens citari debet, & siue responderit siue non responderit, agetur causa, &c. In cuius enarratione existimarentur interpres, post edictum peremptorium impetratum, denuo absentem in ius vocandum esse, itaque quarto opus esse editio. Verum haec oīno repugnantia sunt, & contraria, Cum ideo Peremptorium dicatur edictum, quod perimat disceptationem, nec ultra patiatur aduersarium tergiuersari eod. tit. cap. 70. Alter locus est Papiniani sub titu. de publ. iudi. cap. 10. Inter accusatorem & reum cognitioe suscepita, excusatio pro absente iustis rationibus admittitur, nec per triduum per singulos dies ter citatus reus damnatur &c. Quem locum elucidare dum conantur, sic obscurant & pervertunt, ut nihil a mente, sententiaque Papiniani excogitari possit alienius. Speremus ut nostram sententiam veterum linguae Latinae scriptorum autoritate defendamus. Marcel. tit. de in integ. restit. cap. 8. Et si nihil facilè mutandum est ex solennibus, tamen ubi æquitas euidens poscit, subueniendum est. Itaque si citatus non respondit, & ob hoc more solito pronunciatum est, confessim autem pro tribunali te sedentem adiit, existimari potest, non sua culpa, sed parum exaudita voce præconis defuisse, Tranq. in Tiber. Citatum pro tribunali voce præconis conuiciatorem rapi iussit in carcerem. Fab. lib. 6. cap. 5. In publico cicerone iudicis vox illa præconis præter patronos ipsu qui egerit citar, Gel. lib. xi. cap. 1. atque ita M. Varro verba haec legitima quibus minima multa diceretur concepit: Marco Terentio, quando citatus neque respondit, neque excusatus est, ego ei unum ouem multam dico. Lili. libr. 5. dec. 3. Plebs ita sciuit, si posthumus ante Cal. Maias non prodierit, citatusque eo die non respondisset, neque excusatus esset, videri eum in exilio esse. Ascon. pedias

pedianus 3. actio. in Verrem: Apud veteres, & iudices,  
& rei, & accusatores citabantur à præcone Prætorio. Ita  
enim locus ille in omnibus impensis codicibus emen-  
dandus esse mihi videtur. Possem alia non pauca ex Ci-  
cerone & aliis probatissimis authorib⁹ exempla huc af-  
ferre: verū aut hoc testium satis est, aut nescio quid sa-  
tis sit, vt Varus ille iudex dicere solebat, cuius meminit.  
Cicerō lib. 2. de Finibus. Obiiciet aliquis fortasse in Pō  
tificum rescriptis & constitutionibus, atque, adeo ipsius  
etiam Iustiniani, nonnunquam aliter hoc verbum accipi.  
Sed ego de proprietate, & vīo loquendi eruditorum,  
non de imperitorum abusū hic loquor.

*Locus Martiani explicatus aliter, quam à  
ceteris. Lib. XLVIII. Digest.*

*tit. de requir. re.*

CAPVT. VIII.

VERBA hæc sunt Martiani. tit. de requiren. re.  
cap. 1. Diuiseueri, & Antonini magni rescriptum  
est, ne quis absens puniatur: & hoc iure vitur, ne  
absentes damnentur. Neq; enim inaudita causa quen-  
quam damnari æquitatis ratio patitur. Si autem grauius  
quis puniatur, puta in opus metalli, vel similem pœnam,  
sive capitalem, hoc casu non est irriganda in absentem  
pœna: Sed absens requirendus adnotandus est, vt co-  
piam sui præstet. Præsidēs autem prouinciarum circa te-  
quirendos annotatos & hoc debent facere, vt eos quos  
adnotauerunt, edictis adesse iubeant, vt possit innoteſce-  
re, qui adnotati sint. Sed & literas ad magistratus, vbi cō-  
fistunt, mittere, vt per eos possit innoteſcere, requiren-  
dos eos esse adnotatos, &c. Accursius Annotare reum,  
interpretatur, bona eius publicè describere. Quæ inter-  
pretatio ab Accursianis è schola in forum perducta est,  
& adeo recepta, vt descriptionem obſignationēmq; bo-  
norū hodiē qui in foro versantur vocent, *Annotationes*  
*de biens*. Verū eos hallucinari in Latina dictionis si-  
gnifi

gnificatione non dubito: Nam Annotare dicitur iudex  
reum requirendum, cùm decernit, & in acta, seu commē  
tarios referendum ac prescribendum curat, vt is requira  
tur: Quod genus loquendi non à Iuris authoribus mo  
dò, sed ab aliis quoque usurpatum. Pli. lib. 10. Epistol. de  
Christianis loquens: Fuerunt alii similis amentiae: quos,  
quia ciues Romani erant, annotauit in urbem remitten  
dos. Tranquil. in Calig. Cùm ad saginam ferarum munc  
ri præparatarum carius pecudes compararentur, ex no  
xiis laniando adnotauit, & custodiarū seriem recogno  
scens, nullius inspecto elogio flans tantummodo intra por  
ticum, medium à calvo ad caluum duci imperauit. Hinc  
Annotatio, & Annotationis decretum, Annotare insu  
lam alcui, & aliae id genus locutiones crebro leguntur

¶ I.i.C.de preci  
imperat. offe  
rendd. vlt. C

de diuers. ref.

I.i.ff.de le. iii

I.i.ff quā ap.

I.i.C de quie  
mu. vel. pres.

I.i.e C. de his

qui a prici. l.f.

fran. ff. de iu  
re fisti. i. l.ff.

nil. inn. apel.

I.i. C. si nu  
ptie ex re

scrip. petat.

Explanatus Callistrati locus perquam ob  
scurus, de capit. diminutione.

C A P . IX.

**C**ONS V M I T V R existimatio (inquit Callistra  
tus, tit de extraord. cognit. cap. 5.) quoties magna  
capitis diminutio iuteruenit: id est, cùm libertas adimi  
tur: veluti cùm aqua & igni interdicitur, quod in perso  
na deportatorum euenerit: vel cùm plebeius in opus me  
talli, vel in metallum datur, &c. Illud sane mirum hic vi  
detur, quod deportatis adimi libertatē ait, sicut & iis q  
in metallum damnati sunt, cùm ab aliis juris authoribus  
non vno in loco scriptum sit, deportatos ciuitatem tan  
tum, in metallum verò damnatos, libertatem etiā amitte  
ntur. Quare non similiter ab eisdem Capite minui dicun  
tus pat pot. amittit, C<sup>t</sup> tit de ea. di  
mi. lib. instit. i.l. 5 de bo.  
damnat. tur vtrique: sed hi maximam, illi verò minorem seu me  
diam capitis diminutionem pati, quamuis hic non distin  
guat eas capitis minutiones Callistratus. Verum Antino  
eus Iustinianus, dicendum est vtramque capitis diminu  
tionem rectè magnam daci, tametsi una sit maior altera.  
Vnde

Vnde Vlpian<sup>o</sup> tit. ad S.C. Tertul.c.1 Si quis, inq*t*, antē delatā, siue post delatā capite minuat, ad legitimā hæreditatē admittetur, nisi magna capitatis diminutio interueniat, quę vel ciuitatē adimatur, vt puta si deportetur. & quod ait, libertatē adimi deportato, verum est, licet nō omnino redigatur in seruitutem. Nam & dolorem & senectā vires adimere ait poëta, quamuis minuant tantū eas, nec penitus auferat. Deportatus enim, qui peregrinus est, nō ciuis, iustum, ac plenam libertatem nō haber, vt pote qui nec testamentum facere, nec ex alterius testamento capere quicquam possit: nec eorum omnium aliquid habeat, quæ juris ciuilis magis quam gentium sunt<sup>b</sup>. Etenim iure ciuili (vt Boëtius in Topie. Cic, ait) fieri aliquid nō inter alios, nisi inter ciues Romanos potest. Quod & Theophilus docet, tit. de fideicommissar. hæred. lib. in-  
stit. 2. Id autem Ciceronis maloverbis confirmare, quam  
meis, in Oratiōe pro cecinna: Nihil, inquit, rationis ad-  
fers, quamobrem si libertas adimi nullo modo possit, ci-  
uitas possit. Nam & eodem modo de vtraque re tradi-  
tum nobis est: Et si semel ciuitas adimi potest, retineri li-  
bertas non potest. Qui enim potest iure Quiritum liber  
esse is, qui in numero Quiritum non est? &c. Boëtius ta-  
men in Top. Ciceronis Deportationem dicit, maximam  
capitis diminutionem esse. Sed quia in mentionem pe-  
regrinorum incidimus, sciendū est Peregrinum dici  
eum, qui ciuis non est, siue nunquam fuerit ciuis, siue  
amiserit ciuitatem, Eiusque conditio & status, Peregrini-  
tatis dicitur. Quod à nostris interpretibus animadver-  
sum non fuit. Qui deportantur (inquit A Elius An-  
tonius) si hæredes scribantur, tanquam peregrini cape-  
re non possunt. Vlpianus tit. de in ius vocan. c. 10. Si per  
pcenā deportationis ad peregrinitatem redactus sit pa-  
tronus, purat Pomponius eum amississe honorem &c.  
Dicuntur & ~~an~~ A Iureconsultis, quod ciuitate ca-  
reant<sup>d</sup>. Planè verbum hoc Peregrinus in pernulgata  
constitutione illa Fœderici, cuius initū est, Oēs pere-  
grini, aliter accipi fateor, sed per abusionem, vt & in

n ii aliis

b l. Si quis filio  
de iniusto rnp.  
l.i.de le. iii. l.  
Quidam , de  
panis.

c l.i. C. de hæ-  
re. in sti.

d dic.l. quidam.  
de por. & l.i.  
de leg. vi.

aliis quibusdam locis: pro eo scilicet, qui peregrinatur,  
& peregrè abest à domo sua. Nec aliter indoctorum &  
barbarorum hominum scripta (quales ferè seculo Fœde-  
rici extitere) interpretari debemus, ne eorū volūtas, quę  
verborum proprietati, si de ea constet, proculdubio an-  
e Arg.leg. nō reponenda est, perueratur<sup>e</sup>.  
*aliter. de leg.*

iii.

*Reparare verbum apud Iureconsultos, quo  
sensu accipi debeat.*

CAPVT X.

*C*ELEB R E est Scæuola responsum sub tit. de  
verb. obli. cap. 122. <sup>2</sup> in quo hæc verba leguntur.  
Callimachus mutuam pecuniam nauticam accepit à Sti-  
cho seruo Seii in prouincia Syria, in ciuitate Beryto, vñ  
que Brentesium, idque creditum esse in omnes nauigii  
dies ducentos, sub pignoribus & hypothecis, mercibus  
à Beryto comparatis, & Brentesium perferēdis, & quas  
Brentesio empturus esset. & per nauem Beryto inuectu-  
rus. Conuenitque inter eos, vt cùm Callimachus Brente-  
sium peruenisset, inde intra Idus Septembres, quæ tunc  
proximæ futuræ essent, aliis mercibus emptis, & in nauē  
missis, ipse in Syriam per nauigium proficiscatur, aut si  
intra diem supra scriptū non reparasset merces, nec ena-  
uigasset de ea ciuitate, redderet vniuersam continuo pe-  
cuniam. Quæsitum est in eo responso, quid sit R eparare  
merces, quod à nullo adhuc, nec Iureconsulto, nec Grā-  
matico explicatum comperi, eo que libentius feci, vt no-  
stram hic sententiam adscriberem. Igitur Merces reparā-  
re dicitur à scæuola, qui earum loco, quas in aliquem lo-  
cum importatas vendidit, alias comparat, aut eas aliis  
mercibus commutat: quasi iterum parare, seu compara-  
re. Horat. car. lib. 1. Od. 51.

Premant calena falce quibus dedit  
Fortuna ritem dives & aureis  
Mercator exsiccat culallis  
Vina syra reparata mercé.

Alfenus

Alfenus tit. de in rem verso. c. 16. Quidam fundum colendum seruo suo locauerat, & boues ei dederat. Cum hi boues non essent idonei, iusserat eos venire, & de his nummis, qui recepti essent, alios reparari. Vlpianus cap. 28. tit. de Pact. Prima actio sublata est & posterius pactum ad actionem reparandam inefficax est. Sene. ad Lucif. ep. 64. lib. 8. Satius est amicū reparare quā flere.

*Vtile, & inutile, quo sensu accipientur apud  
Iureconsultos: & locus Vlpiani declara-  
tus. lib. x v i. Dig. tit. depos. c. I.*

## CAP VT XI.

**V**LPIANVS edictum Prætoris interpretans, quo in duplum actio proponitur rerū ob tumultum, incendium, ruinam, naufragium depositarum nomine, cæterarum verò in simplum, ita scribit: Cum exigente necessitate deponat, crescit perfidiae crimen, & publica autoritate coercendum est, vindicandæ Reipub. causa. Est enim inutile, in causis huiusmodi fidem frangere. Atque ita ferè in codicibus non solum manus scriptis, sed etiam excusis per Typographos legitur, præterquam Haloandri, qui in ciuile, pro inutile repuduit, cum vim eius verbi non satis ( opinor ) perciperet. Itaque animaduertendum est, iura ad ciuium, & populi usum, ac utilitatem constituta esse, ad eundemque finem & scopū referri, quæcunq; tot, tantisque iuris volumibus continentur<sup>a</sup>. Quaratione utilitatē iusti & æqui, a l. pe. ff. de Iu- matrem scitè admodum vocat Horat. Ser. lib. 1. Saty. 3. fit. & iure.

*Atque ipsa utilitas iusti prop̄ mater & equi.*

Huius rei sexcenta possem ex libris Digestorum exempla in medium adducere. Sed quia pañsim legentibus obvia sunt, his impreseñiarum contentus ero, quæ sequuntur. Julianus titu. ad leg. Aquil. capit. 52. Multa iure

civili contra rationem disputandi, pro utilitate communis recepta esse innumerabilibus rebus probari potest, &c. pomponius titu. de prascr. verb. cap. i. Prator reddit actiones in factum accommodatas legi Aquilae, idque utilitas eius legis exigit. Paulus titulo de pig. cap. duodecimo. Quæ sententia propter utilitatem contrahentiū admittenda est. Ex quibus locis perspicuum est, hunc sibi finem proponere iuris authores, ut ciuium consulant utilitatem, & quæ eius rei gratia subtiliter inuenta, & excogitata sunt, quoties occurrit negotium, in quo deprehendunt nocere, ab ipsis ea contemni, & reiici. Atque ita ius ipsum nonnunquam supplent, adiuuant, emendant, interpretatur. Quæ maxima pars est iuris Pratorii, quod

- b** I.ius. aut ciu. & Honorarium dicitur b. Hinc Utilis actio appellata est le ff. de iust. que ex summo directo que iure non competit, ideoque et u. S. i. directa non dicitur, sed propter utilitatem aliquam, & inst. de bono. æquitatem datur c. Quod autem huic, de qua loqui poss. mur, utilitati contrarium est, Inutile à Iure consultis dici
- c** I. quia actio tur, vt in illo Vlpiani loco: Inutile est in huiusmodi cau num. de pra. sis fidem frangere. Nam sicut inimicus dicitur non is tan ver. l. 4. Si tūm, qui amicus & benevolus nō est, sed etiam malevolus: ita Inutile non id modo significat, quod non propaup. fec. dic. dest, sed etiam quod nocet d. Cic. in Partit. orato. Qua l. Si usfurrnc. renda etiam ratio, si qua poterit inueniri, quare non sit de aqua plu. exceptum, aut iniqua lex, aut inutilis futura dicetur, &c. arcen. Paulus. cap. 13. tit. de admi. tut. Nam & inutile est pupil d. Moschis. ff. lis si administratio eorum non seruatur nemine scili de iure sisci. cer emete, vt utrum hoc verbo sepe veteres authores qui e l. cum plures. de medicina latinè scripsérunt, vt Plin. & Cels. e. Plinius lib. 21. c. 20. Stomacho tamen inutile esse caputq; eo im pleri aliqui negant. Idem lib. 23. cap. 10. Vinum ieunios bibere nouitio inuento inutilissimum est Idem eodem lib. cap. 4. Hyoscyaminum emolliēdo utilius, neruis in uile, & c. 6. Ex his verna, acerba stomacho inutilia sunt Cornel. Cel. lib. 10. c. 5. omnibus inutilis est post cibū, aut contentio aut cogitatio animi. Idem eodē lib. c. 2. Sæpe inutilis nimia abilitätia, & paulopost, Cōdita oīa duab<sup>o</sup> de causis inutilia sunt. Sed quid opus est plura ex eodē authore

authore hic citare , cum his sexcentis in locis hoc verbum usurpet pro eo quod nocet , & inimicum dici solet , a latine loquentibus . vt apud Horat.

*Namque pila lippis mimicum & ludere crudis.*

Quanto autem nocentior sit is , qui in huiusmodi causis fidem frangit , quam qui rem absque illa necessitate , & periculo depositam suscipit , obscurum non est , cum de se non nihil queri debeat , qui nulla necessitate adactus rei sue custodē non idoneum elegit . At imminenter periculum cogit nos ad quamlibet personam confugere . Adde quod Cicero in oratione pro Roscio Amerino scribit , ea maximē anima duertenda esse peccata , quæ difficilimē præcauentur . Porro quod diximus finē huius iuris , totiusque artis boni & æqui esse utilitatem , sic accipiendum est , vt minimē secludatur honestas , sine qua nihil omnino potest esse utile . Cuius honestatis gratia pleraque legibus constituta esse animaduertimus , Ut filio , fratri , alumno , familiari , liberto & aliis huiusmodi personis denegetur accusatio f . vt filius patrem in ius non vocet , absque permisso prætoris , vt filius à patre libertus , à patrono , yxor à marito , non quicquid habet per iudicem extorqueat , sed victimū ei relinquat necessarium , &c . id genus g . Non enim hoc tantum spectant autores iuris nostri , vt nemo lèdatur , & cuique tribuatur suum , sed interdum etiam , ut honeste vivatur . Quamvis non quicquid honestum est , iure & legibus præcipi , alias à nobis dictum sit h .

*Quid sit finis , apud Iureconsultos : & respon-  
sa quædā Papiniani elucidata aliter  
quam ab interpretibus  
factum sit .*

f C. de his qui  
accns. non pos.  
g L. iii. ff. de in-  
uis noc. l. in co-  
dénatione . de  
reg iur. l. Sunt  
qui. de re iud.  
l. maritum sol.  
matri.

h l. Iustitia . ff. de  
iusti. & iure.  
Notavi in l. ff.  
de pacit.

PAPINIANVS libro 16. Pandectarum, tit. de compensatio, ita scribit in codicibus emendatis ab Haloandro . Debitor si pecuniam publicam seruo publico citra voluntatem eorum solui , quibus debitum recte solui potuit, obligatio pristina manebit , sed dabitur ei compensatio peculii fini, qua seruus publicus habebit. Quæ verba adeò obscura vulgo existimantur, vt nemo sit quin lectionem eam valde suspectam habeat, veteremque: quamuis mendoſissimam sequi malit. Ita que operæprætium me facturum putaui , si elegantem hanc, & iurecōſultorum principe dignam phrasim, quæ non indoctis modo sed mediocriter etiam eruditis durior & insolens videtur, iuris studioſe iuuentuti ostenderem ac explicarem. Idque eod libetius feci, quod eius rei cognitio quam necessaria ad aliorum locorum elucidationem effet, non ignorarem. Sed quid lectorē dicens fortassis audum pluribus moror? Hæc verba peculii fini qua seruus, &c. hoc significant, dari compensationem ad eum finem & modum, ad quem seruus habebit, scilicet peculium , & ( vt vulgo solemus dicere) quatenus erit in peculio serui . Quo genere loquendi vſus est idem Papinianus lib. 20. Pandect. tit. de pigno, c.1. Pacto placuit vt ad diem vſuris non solutis, fructus hypothecarum vſuris compensaret fini legitimæ vſuræ, id est, vſque ad modum legibus preſcriptum stipulatiōni vſurarum. Idem Papinianus cap. 5. titu. de dot. coll. Dotem scripto fratri conferre non cogetur, cum ea poſtſellio fruſtrâ petita ſit, & filia fratris voluntatem ſequata, fini virilis partis retineat, &c. Idē Papinianus, c. 15. ad leg. falcid. Quod filio deberur ſi ratio falcidiæ ponit cœperit fini quadrantis compensabitur &c. Sic etiam veteres non ſolum iurecōſultos, Sed alios etiam scriptores Latinos crebro loquutos fuſſe comperimus. Gell.lib.1.noct. Att.c.3. Quatenus quaque fini amicitiae venia dari debeat, &c. Idem eodem cap. hac fini ames, tanquam forte fortuna oſurus, hac itidem tenus oderis, tanquam fortasse post amaturus. Sext. Pompo. lib.16. Quatenus, significat qua fine. Haſtenus, hac fine.

Cato

Cato de re rust. c. 149. Qua vendas fini dicito. Senec. lib. 7. epist. Si hoc fine quasi bona valetudine delector, tam ridiculè facio, quam ille quisquis se viciſſe putat, cum vadimonium disſulit. Ex quibus locis satis nif fal- lor perspicuum est in his duabus dictionibus Quatenus & Haſtenus, abſtium fini vel fine subaudiendum eſte. Verū id Grammaticis diſcutiendum relinquamus. Ceterū aliquot in locis loco ablatiu huius fini, accuſatiu cum præpoſitione ad, legitur apud Iureconsul- toſ eodem ſenſu. Pompo. tit. de adimen. leg. c. 25. Alteri ex haſredibus præceptionem prædiū dedit, mox alteri præſtari aduerſus debitorem actiones, ad eum finem mādauit, quo prædiū fuerat comparatum. Papini. tit. Soluto matrimo. c. 42. Sumptus verò neceſſarios & vti- les in prædia, quæ dotalia videbantur factos, compen- ſatis fructibus perceptis ad fine ſuperfluſi ſeruari con- uenit. Quæ duo loca aliquanto poſtquam à me annota- ta haec, & ſcripta ſunt, reperi citata ab Alciato eximio noſtræ tempeſtatis iureconsulto, libr. Parerg. 10. cap. 17. Huic ſimile eſt quod idem Papinianus ſcribit. c. 16. tit. de caſtre. pecul. Legitimi haſredis exemplo cogetur ad fine ſpeculii perpetuò legata præſtare<sup>a</sup>. Alibi idem author admodum exilii dicit, pro ad fine exilii<sup>b</sup>. Ac eodem, ut opinor, ſenſu fine pretii excedere & fine facere erogationi apud eundem legimus<sup>c</sup>. fine quoque expenſarum, & fine præſtitutum, & fine certum actionis dixit Vlpianus, eadē ut videtur significatiō<sup>d</sup>.

Producere aduersarium quid fit  
apud Vlpianum.

## CAPVT XIII.

**A**LCIATI mentio facta in ſuperiori capite nos admonet, ut in quandam eius ſententiam inqui- ramus quā non cōtentus. lib. 2. Dispunctionū ſua- rum ſcripſiſſe, denuò in librū eum retulit, cui tit. Paſtey & iuriſ

<sup>a</sup> l. pater qui caſtrenſe.

<sup>b</sup> l. cui neceſſitas de libe- cauſa.

<sup>c</sup> l. ſi cum vendi- tor. §. vlt. de euict. l. qui a- liena de neg- gefſt.

<sup>d</sup> l. i. de curato- furio. l. cū hie ſtatus de do- nat. int. vi. & vxo. l. i. ſi que- test. lib. eſ. iu- ſue.

iuris, lib. 8. cap. 7. Quæstio autem est, quo sensu hæc Vlpiani verba accipienda sint libr. i. Pandect. tit. de eden. c. i. Eum quoque edere Labeo ait, qui producat aduersariū suum ad albū, vt demōstret, quid dictatur⁹ sit, &c. Et existimat Alciatus non pro eo cum quo lis est Aduersarium, sed pro tabulis rationum tumultuarie, & ad memorie subsidium confessis accepisse Vlpianum. Cui sententia sur ad stipulatum fuisse Erasmus Rote. in adagiis tantum non gloriaitur. Ego vero tametsi vtriusque authoritas non parum me moueat, studium tamen veritatis, quæ longè mihi antiquior est, ab eis me dissentire cogit. Nam, vt quæ Alciatus nullo negotio refellit, missa faciam, vt potè leuia, & cause (vt ita loquar) iugulum minimè prementia; imprimis velim mihi is respondat, apud quem Latinum authorē. Aduersarium, numero singulare vñquam, pro tabulis illis tumultuaris legerit. Nam Aduersaria, vbique apud Ciceronem & veteres omnes, in numero multitudinis, non aduersariū, in omnibus quæ mihi videre contigit exemplaribus, legitur. Quod ne ipse quidem (opinor) inficiari poterit. Deinde non vt Producere testes, ita etiam Producere literas, tabulas, instrumenta, rationes, aduersaria, sed Proferre potius latine dicimus: Idque adeò notum omnibus esse arbitror, quicunque priscos Romanæ linguae authores non oscitanter lectitāt, quales hodie sunt vbi-  
que terrarum non pauci, vt eius rei probatio minimè necessaria videatur<sup>a</sup>. Nam quod inter hæc duo verba

**Vide Budæū in Annos.** Ducere, & Ferre interest (quorum hoc de rebus inani-  
mis, illud de animalibus dicitur) hoc verbum Produce-

**b. li. ff. si quis re, à verbo Proferre differt<sup>b</sup>.** Nec me latet quid de  
ius dicen. non productione chartula scripsiterit Iustinianus. Verum ego  
obtem. l. ferri. consuetudinem loquendi imperitorum Latini sermo-  
niis, cuiusmodi eos fuisse constat, qui nomine Iustiniani  
ff. de verb. si- illas cōstitutiones ediderunt, in purissimo, nitidissimo  
gnt. que anthore enarrando, id est, Vlpiano spectandam esse  
nego. Accedit eodem, quod in eius capitilis initio Vlpia.  
de Editione actionis loquitur, quæ cum Editione ra-  
tionum nihil prorsus commune habet. Itaque Aduer-  
sarium

sarium intelligimus eum, vnde petitur, id est reum: quem qui ducit ad album Prætoris, in quo scilicet actionum descriptæ sunt formulae, ei que demonstrat, quā actionem dictaturus sit, edere intelligitur.

*Interpretatio. §. Mutuū datio. c. II. de  
reb. cred. lib. XIII.  
Pandeēt.*

## CAPVT. XIII.

**C**V M vtilitatum inter homines communicanda-  
rum causā contractus omnes comparati sint<sup>a</sup>, ad hunc semper finem eos referri necessē est<sup>b</sup>, vtilitas autem ea variè, vt in variis, diuersisque rebus, de quibus homines contrahunt, consideratur. Quarundam enim rerum vsum concedimus aliis, quæ viendo non pereunt, vt hominis, equi, libri, vestis. Et hoc agitur tametsi expressum non fuerit, vt ipsum corpus, quod concessum est, reddatur. Quod ita fieri debere suadet vtilitas, cùm id sine concedentis, qui alteri gratificari voluit, in commodo fiat, & cum aliquo eius, qui rem vtendam accepit, commodo. Nam si aliquid redderetur, vel generis eiusdem, veluti pro Sticho Pamphilus, id non sine captione ac damno cōcedentis fieret cui vel magis expedit fortasse, vel gratius est rem suam, quam aliam quamvis maioris pretii obtinere<sup>c</sup>. Et hoc genus contractus. Commodatum dicitur à iurisperitis, vel Preca-  
rium. &c. Sunt & aliæ res, quæ vtendo percutunt, & con-  
sumuntur, & quarum nullus ferè citra consumptionem est v̄sus, vt vinum, frumentum, oleum, & aliæ res pondere, numero, mensura constantes<sup>d</sup>. Huiusmodi res d<sup>e</sup> l. s. de v̄suf. ea re. quæ.

*§. ius autē gē  
tium. Inst. de  
iur. nat. l. qd  
si minor. §. nō  
semper. de mi  
norib.  
b l. sed an v̄c.  
de pignorib.*

*§ huic autem.  
Inst. de actio.*

modo

e l. cū quid. de modo vt eiusdē generis, & bonitatis rem accipiatur. Idq; rebus. cred.

propter naturale harum rerum similitudinem, atq; adeo (vt vulgari verbo yrar) quasi identitatem quādam, quæ in aliis rebus non æquæ reperitur. Et hæc contractuum distinctio magnoperè confert ad explicationem Pauli verborum c.2. de reb. cred. quæ ideo hic adscriptissimus cum breui & dilucida interpretatione nostra, quod ab interpretibus nondum satis explanatus ille locus videatur. Mutui datio consistit in his rebus quæ pondere, numero, mensura constant. Quoniam earum rerum datione possimus in creditum ire, quæ in genere suo fun-

f d. leg. ij. §. cre. Etionem recipiunt (per solutionem) quam specie. Nam ditum.

in ceteris rebus, ideo in creditum ire non possumus,

g l. singularia. l. quia aliud pro alio inuitio creditorū solui non potest.

non omnis. §. C O N S T A N T vini, olei, frumenti, pecuniae, &

b l. vlt. de reb. cre. aliarum huiusmodi rerum ea natura est, vt aliae res ab

b l. quod si ab aliis, quæ eiusdem generis sunt, non differre, sed eadem

initio de reb. potius esse videantur: adeo vt vnam non possis ab alia,

cre. nisi sola quātitate, discernere. Quātitas aut quia pōde-

i l. iij. §. vlt. ad re, nūero, vel mēsura definitur. Ideo pōdere, nūero vel

Maced. l. p. mēsura, cōstare dicūtur. Quapropter si eadē mēsura. (vt

curatoris. §. p̄cipit Hesiodus) numero vel pōdere mutuū reddatur,

planū, de idē redditū quodāmodo videri potest. IN C R E D I-

trib. ac. l. i na T V M I R E. Sicut verbū Credere, quāuis generalem

ue. loc. & habeat significationē, angustius aliquādo accipitur, ac

condit. tutor, mutuū dare significat: ita In creditū ire, more loquē-

ad Vell. ser. di à Iureconsultis recepto, mutuum contrahere specia-

uo inuitio. §. liter hīc significat, vt & alibi sāpēh: licet interdum pau-

vlt. ad Treb. lō latius accipiatur. Q V A E R E C I P I V N T

k l. in metallū. F V N C T I O N E M. Hoc verbum præter genera-

de pōen. lem & vulgō notam omnibus significationē, aliam quā-

l l. prætoria de dam peculiarem & reconditiorem habet apud juris au-

præto. stipul. tores. Nam fungi pēna dicitur is qui pōenam patitur. k

m d. l. prætoria. fungi pignoribus qui dat pignora<sup>l</sup>, fungi depositione

n l. iij. de colla. auri, qui aurum deponit<sup>m</sup>, fungi collatione dotis, qui

dot. dotem confert<sup>n</sup>, fungi tributione, qui tributum solvit

o l. filij ad mu- pensitātque Reipublice<sup>o</sup>. Nec solum ad personas sed ad

nicip. res etiam hoc verbum refertur, quæ tunc fungi dicuntur

cūm

cum eas ad usum conferimus cuius gratia comparatae sunt, id est, cum eas damus, aut soluimus, aut consumimus, &c. Sic Vlpianus in fragmentis quibusdam, opera Ioannis Tilii viri de literis optimè meriti nuper in lucem editis, tit. de dotibus. Dicit, inquit, quæ semel functa est, amplius fungi non potest, nisi aliud matrimonium sit, id est, res quæ in dotem data est, & quæ ut dotali usum sumus, solo matrimonio desinit dotalis esse, nec amplius in eum statum reuertitur, nisi denuo matrimonium contractum sit. Itaque res creditæ consistentes in pondere numero, aut mensura dicuntur fungi, vel functionem recipere, cum dantur ad usum, cum soluuntur, &c. Sed huiusmodi res functionem in genere suo magis quam in specie recipiunt, quia sunt eius naturæ ut præstando rem aliam eiusdem generis creditori satisfiat, ac inutiliter vtedæ concederentur, si speciem ipsam quæ data est reddere cogeretur debitor. Sunt qui aliter Functionem hinc interpretantur, duóq; alia Pauli nostri loca citat. c. 33. ad leg. Aquil. & c. 63. ad leg. Faleid. In quib; nulla functionis est mentio, certè in codicibus emendatis. Ait enim utroque Paulus, pretia rerum non ex affectione, nec utilitate singulorum, sed communiter fungi, id est (ut ego interpretor) estimari, ac iudicari. Cic. P Roscio Amerino. Homines antiqui, qui ex sua natura ceteros finge-rent, crediderunt, &c. Quod autem dicitur per solutionem, id κατὰ παρέβοτην legendum censeo. Nam ea functione ac præstatio propriæ, Solutio dici solet, cum vide-licet non idem, sed tantundem redditur. Quod ex Ann. Seneca didicimus, libr. de Benef. 6. cap. 5. Cum dicimus (inquit) Beneficium illi reddidi: non hoc dicimus, illud nos, quod acceperamus, reddidisse: sed aliud pro illo reddere, est enim rem pro re dare. Quid noster? Cum omnis solutio non idem reddat, sed tantundem. Nam & pecuniam dicimur reddidisse, quamvis numerauimus pro argenteis aureos, &c. NAM IN CAETERIS. In mutuo tametsi res alia reuera reddat, tam et creditoris satisfit omnino, rem eiusdem generis recipienti, cum eadem quodammodo rem habere videantur, quam dedit.

Sed

*Ldotæ de vir.  
dot.*

Sed hoc genus satisfactionis in iis tantum rebus locum habet, quæ pondere, numero, mensura constant, quoniam in eis nulla reperitur dissimilitudo. In ceteris vero non sola quantitate differentibus, quæ pondere, numero, aut mensura circumscribatur, non contrahitur mutuum: quia cum non possit res usquequaque similis periri, aliud pro alio solui necesse esset. Qua ratione creditor nequaquam satisfaceret debitor.

**I**N V I T O.

Quod dictum est aliud pro alio solui non posse, &c. non eo pertinet, ut debitor volenter creditori rem aliam soluendo, liberari non posset. Nam haec satisfactione, vim soluendam, liberari non posset.

**¶ I. si rem som tioneis obtinet⁹.** Id quod his verbis Paulus perpetuā abnis de pigno. Accursio intellectis, & à nullo ceterorū commodè adya. aff.

**De hac conditione, Si in Capitolum ascenderit.**

**CAPVT XV.**

**C**REBRA est apud Iureconsultos mentio huius conditionis, Si in capitolium ascenderit: eoq; exēplo ferē vtuntur, quoties de conditionibus differunt. Nam arcis Capitolinæ, quæ in Saturnio monte à Tarquinio superbo extructa fuit, solum præaltum erat, adeò ut precaturi in eo, aut sacrificaturi ascendere cogerentur. Qua de re ex priscis autoribus ea quæ sequuntur loca inter legendum aliquando obseruauimus. Tacit.lib. 14. Ex inæti Capitolium scandunt, deosque tandem venerantur. Idem lib. 19. Nec sibi poterant scandentes per coniuncta ædificia, quæ ut in multa pace in altum ædita solum Capitolii æquabant. Horatius Carm. lib. 3. ad Melpomenen.

*Non omnis moriar, multiaque pars mei  
Vitabit Libitinam, usque ego postera  
Crescam laude recens, dum Capitolium  
Scandet cum tacita virgine Pontifex.*

Plini.

Plini. in Paneg. Tibi ascendi de more Capitolium, ciuum clamor ut iam principi occurrit. Idem in eodem libro. Vbi vero coepisti capitolium ascendere, quam late omnibus adoptionis tua recordatio. Lamprid. in Alex. Capitolium septimo die, cum in urbe esset, ascendit, tempore frequentavit. Et alibi. Dimisso Senatu Capitolium ascendit, &c. Dion. Cassius in Nerua. Quare cum ob senectutem omnibus contemptui quodammodo esset, in Capitolium ascendit, atque Quod felix faustumque S. P. Q. R. & mihi ipsi sic, praefatus Marcum Vlpium Traianum adoptauit. Hac autem obseruatio tametsi curiosi nimium hominis & minutissima quæque, ac levissima persequentis forte quibusdam videatur, ea tamen est mea ratio, ut nihil esse in Romanis Antiquitatibus existimem, quod ius Romanum interpretantibus, quandoque usui esse non possit.

*De noui operis nuntiatione.*

CAPVT XVI.

DE OPERIS noui nuntiatione copiosus extat & celebris tractatus lib. 39. Pandect. Cuius primum caput ab Accursio, Accursianisque omnibus, tatis obductum est tenebris, ut nusquam magis insciam suam, & inopiam iudicii prodidisse eos liquidum confirmare possim. Conabor itaque non illi tantum capit, sed tractari vniuerso aliiquid, si potero, lucis adferre. Atque ut ea prætermittam, quæ percepta nostra sententia facile quiuis, ut spero, assequi poterit: illud imprimis sciendum est, Nunciare nouum opus eum dici, qui alteri ne nouum faciat opus, denunciat & prohibet. Nouum autem opus facere, quod Iustinianus lib. τωρ νερωπη̄ constit. 63. ιγανοτομη̄ appellat, est edificatio, vel detrahēdo aliquā pristinā loci vel operis facie mutare<sup>a</sup>. Proinde qui vnu vel alterū cemetū impónit, aut qui ventus adificiū ne corruat, suppositis tibicinib⁹ fulcit & sustinet,

*a l.i. 6. opus de ope no. nunci.*

- b l.j. § si q̄is ædi stinet, nouum opus facere nō dicitur<sup>b</sup>. Cæterūm Nuntiūciū. l. stipulatio noui operis, Speciem quandam appellationis halatio. §. opus. bet. Nā vt interposita appellatiōe, siue iurē, siue iniuriā, eod. tit.
- c l.j. nihil noua ri appell. p̄d. nihil noui operis facere permittitur. Et si factum quicquam fuerit, id postea destruitur, eōq; nomine aduersus eum qui fecit, interdictū datur à Prætore, Cuius verba hæc sunt: In quem locum nuntiatum est, ne quid noui operis fieret qua de re agitur, quod in eo loco, antequam nūciatio remissa fuerit, aut in ea cau-
- d l. Prætor. de fa esset, vt remitti deberet, factum est, restitutas.<sup>d</sup> Quod operis noui. si nuntiatione sibi facta quieuerit, mox iudice cognoscere appareat iustum nunciādi causam non fuisse, meritō condemnabitur nuntiator legitimis actionibus, si quæ fortassis ei competant plerunque integris manentibus.<sup>e</sup> Nam si quis, exempli gratia, ob seruitutem viæ nouum opus nunciauerit, eoque succubuerit, quod ea seruitus iusta nūciationis causa non videretur, non quod omnino ei non cōpeteret, actione confessoria vt non prohibetur<sup>f</sup>. Verūm hæc res multas habet cautiones, suo ac plerunque spreta nuntiatione ei qui confidit iuri cœptum opus impunè perficere licet. Veluti cùm reip. interest, vt primo quoque tempore opus fiat. Vt si quis riuos aut fontes purgare, vel reficere velit, quibus non refectis, vsus aquæ auferretur, & homines siti necarentur<sup>g</sup>. Aut cloacas quarum immunditia (vt Vlp. ait. c. I. de cloacis) non modò cœlum pestilens, sed etiam ruinas minantur. Id autem ad veteris R omæ situm referri debet, quæ tot, tantisque cloacis, & aquæ ductibus abundabat, vt eam ob causam penſilis à Plinio & subterranea uigata dicatur lib. 36. ca. 15. Qua de re etiam librum Iulius Frontinus conscripsit. Sed & cùm iussu Prætoris, cuius iurisdictioni post nuntiationem sese subiiciunt ligatores<sup>h</sup>, remittitur nuntiatio: tunc ea perfectionem operis non impedit: idque verbis Prætoris significatur. Antequam nuntiatio remissa fuerit<sup>i</sup>. Quæ remissio his demum prodest, quibus iure non est facta nuntiatio. Cùm enim ad obtinendam remissionem, Prætorem adire
- e l. sciendū. eo. tit.
- f l. qui viam. eo. tit.
- g l. v. §. si quis riuos. eo. tit.
- l. vlt. de riuis l. de fonte
- h d. l. j. §. et post operis. i d. l. prætor.

adire sufficiat, ne contemni ejus autoritas videatur: neque tum de iure litigatorum disceptetur, eatenus remissio facta intelligi debet, quatenus nuntiator ius nūcian-  
di non habuerit <sup>k</sup>. Quod formula illa, Prætoris de re-  
missionibus satis expressum est. Quod ius sit illi prohi-  
bere ne se inuito fiat, in eo nunciatio teneat. Cæterum  
nunciationem missam facio<sup>l</sup>, vt mirum sit, tot interpre-  
tes in re tam aperta prorsus nihil vidisse. Præterea côte-  
nitur iure nūciatio, cū q̄s vexatiōe & molestia Prætorē  
adeūdi postulādiq; vt missa fiat nūciatio, defungi vol̄ es  
satisfat se opus demolitum, si postea iudicatum fuerit  
iure nūciatum esse, aut certe per eum non stat quomi-  
nus satisfat<sup>m</sup>. Quō pertinent verba Prætoris, Aut in ea  
causa esset, vt remitti deberet<sup>n</sup>. Quamobrem Prætor eū,  
qui ita satisfat, interdicto tuetur, ne quis eum adifi-  
care volentem prohibeat<sup>o</sup>. Sunt & aliae exceptiones, de  
quibus in commentariis ad eum tractatum nostris dis-  
seruimus.

*I.i. in prime l.  
v. §. his cui. l.  
non solum. §.  
sciendū. eo. ti.  
I. j. de remiss.*

*m d.l.v. §. si is  
cui. d. l. pre-  
tor. §. si quis  
paratus.  
n d.l. prætor.  
o d.l. prætor. §.  
hoc iterdictū.*

### De dominio quod directum & vti- le vulgo dicitur.

#### CAPVT XVII.

**D**OMINIUM sic diffinim⁹, ius de re aliqua cor <sup>a</sup> *l. pignoris. §.*  
porali plenē ac liberē disponendi, extra quam si *de pignorib.  
b. l. pign⁹. C. de*  
quid lege prohibeatur. In qua diffinitione Ius disponē-*pignor. act. i.  
di, idcirco dicitur, quia licet pignus vel hypotheca, ius *l. interdū. §.  
in rem sit<sup>a</sup>, quia tamen creditor disponere non potest *qui tutelā. ff.  
de fur.*  
de re pignorata, non recte dominus appellatur<sup>b</sup>. Dici-*d. l. qui fundū.  
c. si tutor. ff.  
ratur, Plenē ac liberē, quoniam tametsi tutor & curator,*pro emplo.*  
alięque similes personae, procurationem habeant & *e. l. in re māda-  
dispositionem alienarum rerum<sup>c</sup>, plenam tamen & libe-*ta. C. manda.*  
ram non habent<sup>d</sup>, quod dominorum proprium est<sup>e</sup>. Di-*f. l. seruus. §. in-*  
citur, De re corporali, quia quamuis is, qui seruitutem *corporales ff.  
de acq. re. do.*  
habet, de ea pro arbitrio suo disponere non prohibe-  
tur, dominus tamē non est<sup>f</sup>, cū traditio qua dominium f  
acquiritur in res incorporales non cadat<sup>f</sup>. Extrema dif-  
initionis verba, propter eos dominos adiecta sunt, qui-  
o bus****

bus bonorum administratione lex interdicit, & alios hū  
 g. Ius cui bonis. iusmodīg. Dōminum vulgō partiūtur Accursiani in di-  
 ff. de ver. obl. rectum, & utile: quæ verba ab ipsi cōficta sunt, nec apud  
 & Inst. qb<sup>o</sup> veteres vsquam legūtur. Sed vt rem ipsam percipiamus,  
 alie. nō lic. li. 2 quam hac nouitate verborum, exprimere & docere vo-  
 b. §. nāq., Inst. luerunt, sciendum est, Ius quoddam aliquando reperiri  
 de act. l. j. ff. si dominio proximum, quale est exempli causa ius Emphy-  
 ager vest. vel teuticum, ppter quod datur actio in rem utilis, sicut di-  
 emphy. l. j. ff. recta ob verum dominium competit<sup>h</sup>. Et quia per abu-  
 desupficieb.  
 i. l. possesse. minē dicantur, contra rationem iurisk<sup>k</sup>, duplex con-  
 C. de fin. pat.  
 k. l. si ut certo. §.  
 si duobus. ff.  
 commod.  
 l. not. i. l. si quis.  
 vi. §. differen-  
 tia. de acqui-  
 pos.  
 m. l. si procura-  
 tor. l. cū i. cor-  
 pus. ff. de acq.  
 re. do.  
 n. l. i. j. ff. qb. mo.  
 v. us. amit.

bus bonorum administratione lex interdicit, & alios hū  
 g. Iis cui bonis. iusmodīg. Dōminum vulgō partiūtur Accursiani in di-  
 ff. de ver. obl. rectum, & utile: quæ verba ab ipsi cōficta sunt, nec apud  
 & Inst. qb<sup>o</sup> veteres vsquam legūtur. Sed vt rem ipsam percipiamus,  
 alie. nō lic. li. 2 quam hac nouitate verborum, exprimere & docere vo-  
 b. §. nāq., Inst. luerunt, sciendum est, Ius quoddam aliquando reperiri  
 de act. l. j. ff. si dominio proximum, quale est exempli causa ius Emphy-  
 ager vest. vel teuticum, ppter quod datur actio in rem utilis, sicut di-  
 emphy. l. j. ff. recta ob verum dominium competit<sup>h</sup>. Et quia per abu-  
 desupficieb.  
 i. l. possesse. minē dicantur, contra rationem iurisk<sup>k</sup>, duplex con-  
 C. de fin. pat.  
 k. l. si ut certo. §.  
 si duobus. ff.  
 commod.  
 l. not. i. l. si quis.  
 vi. §. differen-  
 tia. de acqui-  
 pos.  
 m. l. si procura-  
 tor. l. cū i. cor-  
 pus. ff. de acq.  
 re. do.  
 n. l. i. j. ff. qb. mo.  
 v. us. amit.

bus bonorum administratione lex interdicit, & alios hū  
 g. Iis cui bonis. iusmodīg. Dōminum vulgō partiūtur Accursiani in di-  
 ff. de ver. obl. rectum, & utile: quæ verba ab ipsi cōficta sunt, nec apud  
 & Inst. qb<sup>o</sup> veteres vsquam legūtur. Sed vt rem ipsam percipiamus,  
 alie. nō lic. li. 2 quam hac nouitate verborum, exprimere & docere vo-  
 b. §. nāq., Inst. luerunt, sciendum est, Ius quoddam aliquando reperiri  
 de act. l. j. ff. si dominio proximum, quale est exempli causa ius Emphy-  
 ager vest. vel teuticum, ppter quod datur actio in rem utilis, sicut di-  
 emphy. l. j. ff. recta ob verum dominium competit<sup>h</sup>. Et quia per abu-  
 desupficieb.  
 i. l. possesse. minē dicantur, contra rationem iurisk<sup>k</sup>, duplex con-  
 C. de fin. pat.  
 k. l. si ut certo. §.  
 si duobus. ff.  
 commod.  
 l. not. i. l. si quis.  
 vi. §. differen-  
 tia. de acqui-  
 pos.  
 m. l. si procura-  
 tor. l. cū i. cor-  
 pus. ff. de acq.  
 re. do.  
 n. l. i. j. ff. qb. mo.  
 v. us. amit.

bus bonorum administratione lex interdicit, & alios hū  
 g. Iis cui bonis. iusmodīg. Dōminum vulgō partiūtur Accursiani in di-  
 ff. de ver. obl. rectum, & utile: quæ verba ab ipsi cōficta sunt, nec apud  
 & Inst. qb<sup>o</sup> veteres vsquam legūtur. Sed vt rem ipsam percipiamus,  
 alie. nō lic. li. 2 quam hac nouitate verborum, exprimere & docere vo-  
 b. §. nāq., Inst. luerunt, sciendum est, Ius quoddam aliquando reperiri  
 de act. l. j. ff. si dominio proximum, quale est exempli causa ius Emphy-  
 ager vest. vel teuticum, ppter quod datur actio in rem utilis, sicut di-  
 emphy. l. j. ff. recta ob verum dominium competit<sup>h</sup>. Et quia per abu-  
 desupficieb.  
 i. l. possesse. minē dicantur, contra rationem iurisk<sup>k</sup>, duplex con-  
 C. de fin. pat.  
 k. l. si ut certo. §.  
 si duobus. ff.  
 commod.  
 l. not. i. l. si quis.  
 vi. §. differen-  
 tia. de acqui-  
 pos.  
 m. l. si procura-  
 tor. l. cū i. cor-  
 pus. ff. de acq.  
 re. do.  
 n. l. i. j. ff. qb. mo.  
 v. us. amit.

*De possessione tam naturali  
quam Ciuli.*

CAPVT XVIII.

INT E R cæteras Possessionis definitiones, quæ vul-  
 gō proditæ sunt, vt simplicissima, ita longè verissima  
 mini videat Theophili definitio, tit. de interd. lib. Inst. 4.  
 Νοιν ἴστι σωματικὲς τερψιματος κατοχῆς. Possessio est rei cor-  
 poralis detentio. Ac tametsi plerique non satis exactam  
 eam esse putent: si quis tamen maioris cuiusdam decla-  
 rationis causa hec verba adiecerit, cui affectus tenēdi &  
 opinio dominii vel pprio nomine vel alieno inest, nihil  
 in ea defyderauerim, Generis loco ponitur verbū κατο-  
 a. l. j. ff. de acq.<sup>m</sup> κατ, siue detentio, quod latè patet, & omnem possidendi,  
 pos. l. stipula tenendi; rationem complectitur<sup>n</sup>. Quod si quis obii-  
 tio ista. §. pl. ciat, Cūm à re possessa disceditur, animo nihilomin<sup>o</sup> re-  
 né, de verbo. tineri possessionē, nec tum ullam détentionē esse. Respō-  
 deo iuriis interpretatione, rem detentā videri, licet cor-  
 poraliter

poraliter non teneatur. Est enim quædam possessio quæ naturalis, seu corporalis, altera quæ ciuilis vocatur.<sup>b</sup> Naturaliter dicitur possidere is, qui corpore incubit rei, eo animo, ut vel suo, vel alieno nomine possideat<sup>c</sup>. Quod genus possidēdi non minus in seruum quam in liberum hominem cedit<sup>d</sup>. Ciuiliter vero, qui quamvis rei nō infistat, ciuilis iuris interpretatio eam tenere ac possidere intelligitur. Veluti cum quis proficiscitur ad Nundinas, nemine domi relicto, & nihilomin⁹ eundem animū possidendi, quem prius habuerat, retinet. Idque vtilitatis causa receptum est, ne testudinis more perpetuo domi nos cōtinere, aut ius nostrum amittere cogamur<sup>e</sup>. Similis est eorum hominū ratio, quorum coloni, procuratores, filii, serui, naturaliter, seu corporaliter rem ipsam tenet ipsorum nomine. Ciuali enim interpretatione hi possidere, plerunq; etiam ignorantes dicuntur, cum eorum nomine possideatur<sup>f</sup>. Hinc cōsequitur, rem eandem ab uno naturaliter, ab alio ciuiliter possideri posse, quod de eodem genere possessionis dici non potest<sup>g</sup>. Rursus oppugnari potest hec diffinitio, quasi ad eos quoq; pertineat, qui damni infecti nomine à Prætore in possessionem mittuntur, quos tamen veteres consulti nequaquam possidere aiunt<sup>h</sup>. Verum huic obiectioni ita occurritur, & si naturaliter possideant, simpliciter tamē eos dici solitos nō possidere, quia velut rei custodes à Prætore constituantur, ideoq; alieno nomine magis, quam suo tenent. Nam & eadem ratione vſuſtructarius modō naturaliter possidere, modō nō possidere absolute dicitur<sup>i</sup>. Huius rei demonstrandę gratia, quę non satis vulgo percepta, multas altercatiōes peperit, vtar similitudine, ut mihi videtur, non inepta. Finge Titium iusu Sempronii librum mihi dedisse. Nonne Titium & dedisse librum, & nō dedisse verē dicemus? Dedit enim, quia rem sua manu

<sup>b</sup> l. posſeſſio quoque ff de acq. pos. l. ij. §. qd. vulgo ff pro hārede. l. j. §. deiicitur. ff. de vi & vi arm.

<sup>c</sup> l. naturaliter ff. de acq. pos. l. cōi. §. neq;. ff. cōi diuid.

<sup>d</sup> l. stipulatio ista. §. hac quoque, de verb. oblig.

<sup>e</sup> l. ij. §. salt. l. clam. §. q ad Nūdinās ff. de acq. pos.

<sup>f</sup> l. j. §. it ē acq- rimus. §. per p̄curatorem. l. quicquid. l. generaliter.

<sup>g</sup> l. qd meo. l. si id quod l. qui pignor. ff. de acquir. pos.

<sup>h</sup> l. ij. §. ex con trario. ff. de acq. pos. l. se ut certo. §. si

<sup>i</sup> duob⁹. ff. cōmod. l. et habet. ff. de preca. l. si duo ff. vti possid. quis ante. ff. de acquir. pos. i. l. naturaliter. ff. de acq. pos. l. acquiritur. ff. de acq. re. do. l. certe. ff. de preca. l. celsus. §. Iulianus. ff. ad exhibe. l. officium. ff. de rei vind.

tradidit. Nō dedit, quia nomine Sempronii res est data, qui in ea danda, Titii ministerio vſus est. Hoc igitur inter haec duo interest, quod cū ab utroq; datam rem esse dicimus, Sempronius simpliciter dedisse intelligitur, Titius non simpliciter, sed alterius nomine. Cui sententiæ nostra magnoperè cōsentiant verba Theophilii, tit. quib. mod. tollit. obligat. & tit. per quas pers. nob. acq. κατέτηρ ήσι φυσικῶς κατέχειν νίμοθαι δὲ φυγῆς πεποντος κατέχειν. Tenere est naturaliter detinere, Posside-

**k.** L. posseſſio. ff. re verò dominantis animo detinere **k.** Deinde adiici-  
de acq. posſ. tur, Rei corporalis: quod res incorporalis non posside-  
**l.** l. iii. de acq. ri, sed quasi possideri dicatur<sup>1</sup>, Tangere enim (inquit  
posſ. Lucretius) aut tāgi, nisi corp<sup>o</sup>, nulla potest res. Atq; hinc  
iudicari potest, quam recte Neoterici quidam, AElium  
Gallum sequuti, definierūt Possessionem vſum rei à iure  
separatum esse. Ea siquidem diffinitio quasi possessionem  
(quam à possessione discerni, rerumque incorpo-  
rarium vſum, non detentionem esse, idem Theophilus  
ait) complectitur. Non ignoro, Possessionem aliquando  
rerum etiam incorporarium dici, sed καταχεισθως, & im  
propriè. At in diffiniendo (si vñquam alias) verborum

**m** L. §. adipisci  
mur. l. qui iu-  
re. ff. de acq.  
posſ.  
**n** d. §. adipisci-  
mur. d. l. qui  
iure.  
**o** l. vlti. de itin.  
act q; priua.  
l. si seruus de  
noxa. act.  
**p** l. j. §. deiici-  
tur de vi &  
vi ar. l. si eū  
qui de donat.  
inter vir. &  
vxor.

proprietati maximè seruendum. Postrema verba loco  
differentiae à nobis adiecta sunt, vt ostenderemus, nu-  
dam detentionem sine affectu & animo possidendi, vel  
sibi, vel alii, possessionem non esse nec naturalem, nec  
ciuilem<sup>m</sup>. Ut igitur breuiter & summatim ostendamus  
quid sit tenere. quidq; possidere tam naturaliter quam  
ciuiliter & quemadmodum hæc inter se differant sic di-  
cēdum est. Tenet rem furiosus, infans, dormiens, hospes,  
amicus, &c. quia corpore incumbit rei, sed nō possider,  
quia vel omni affectu caret, vel nullum se ius in ea habe-  
re cōtēdit, aut aliū cui<sup>o</sup> nomine teneat<sup>n</sup>. Possidet is qui  
ita tenet ut se dominum esse contendat, aut cum cuius  
nomine rem tenet<sup>o</sup>, idq; vel naturaliter vel ciuiliter.  
Naturaliter tātum dicitur possidere si corpore incumbit  
rei, nec ea possessio iure ciuili probatur, quia forte clan-  
destina est, aut violenta, aut alias iniusta<sup>p</sup>. Naturaliter &  
ciuiliter cū quis corpore infligit rei & iusta ex causa id  
facit,

facit, quamuis fortè nō sit dominus. Cùm enim lex eam possessionem comprobet ciuilis possessio cum naturali cōiuncta esse dicitur. Ciuiliter tantum cùm quis corpore abest à re possessa, sed eius retinendæ adhuc animum habet. Nam iuris ciuilis interpretatione is possi-

q. l. clam possi-  
dere. §. q. ad  
nundinas de  
acquir. poſſ.

### De interdictis.

#### CAPVT XIX.

**E**X HIS, quæ superioribus capitibus continentur, perspicuum est, nihil habere proprietatem cum possessione commune, sed res omnino diuersas esse, adeò ut nihil prohibeat possessorum esse eum, qui dominus non sit, & contraria. Vnde fit, vt sicut pro dominio ac p- a l. naturaliter priuata varia sunt prædicta iure ciuili iudicia, ita etiam pro possessione adipiscenda scilicet retinenda, aut recuperanda, qua Interdicta dicuntur, tit. de interd. Inst. lib. 4. Nam interdicta, possessionis causa ferè compara- rata sunt. Quod vel Fabius ostendit, lib. 7. oratot. Insti- tuit. Quoties (inquit) poterimus: efficiendum est, vt de re quacunque bene sentiat iudex: Sic enim iuri nostro libentius indulget: vt in sponzionibus, quæ ex interdi- ctis sunt, & si non proprietas est quæstio, sed tantum possessionis, tamen nō tantum possedisse nos, sed etiam nostrum possedisse dicere oportebit. Hæc ille. Quædā tamen reperiuntur interdicta, in quibus de dominio, & proprietate, seu iure queritur, vt de Itinere actuq; priuato, de Arborib. cædendis<sup>b</sup>. Interdictum igitur (si quis definitionē requirat) formula est à Pratore iudici pendaneo inter duos de possessione contendentes data, qua cognoscendi, pronunciandique rationem ei præscribit: ut docet Theophilus tit. de interd. lib. Inst. 4. Ad quem locum recte intelligendum, videnda sunt ea, que de ve- teri dandorum iudiciorū ritu apud Romanos, alias an- notauiimus<sup>c</sup>. Atque hinc animaduerti potest, quid Edictum ab Interdicto differat. Nā Edicta generalia erant,

§. nihil. cōmu-  
ne. Lexit⁹ ff.  
de acq. poſſ.  
l. j. ff. vti. poſſ.

b l. i. §. quædā.  
ff. de iterd. l.  
iij. §. hoc aut.  
ff. de itine.  
act. l. i. ff. de  
arbo. Cæd.  
c in l. iurisgen-  
trium, vers. a-  
ctionē à Pra-  
tore dādā. ff.  
de pac̄t.

*d* L. ff. de iterd. non sicut Interdicta personalia<sup>d</sup>. Quæ pponerent Pre-tores & magistratus ut intelligerent ciues, quod ius de quaere re quisque dictius esset: id est, de quibus rebus

*e* l. ii. §. eodem actions & interdicta daturi essent, aut denegatur<sup>e</sup>.  
tempore. ff.  
de ori. iur.

*De interdicto vnde vi, disputatio aduersus aliorum sententiam.*

CAPVT XX.

**D**VPLEX fuisse interdictū Vnde vi, testatur Ciceron in oratione pro Cecinna, & nos multis argumen-tis compertum habemus. Vnum de vi priua-ta, id est, sine armis, quam Cicero Quotidianam vocat. Huius principium caput De restituendo eo, qui deie-citus est, in possessionem, haud dubiè fuit<sup>a</sup>. Tametsi apud Vlp. nō reperiatur c. i. de vi & vi armata, videturque ita conceptum fuisse, Vnde tu, vel familia tua, vel procura-tor tuus, illum vi deiecit, cùm nec vi, nec clām, nec pre-carior, à te posideret, eò restitutas. De eo quod tunc ibi habuit, &c. Hanc autem exceptionem adscribendam es-se interdicto, prater Ciceronem in ea oratione, Paulus quoque lib. 5. sententiarum auto<sup>r</sup> est. Qui vi, vel clām, vel precariò possidet, ab aduersario (inquit) impunē dere. §. qui à deicitur. Quorum autoritas eò magis nos mouet, quod meuo. l. Sed Papinianum, Paulum, atque Vlpianum iureconsultos in si vi armata plerisque Pandectarum locis idē sensisse obseruauim<sup>sb</sup>. l. cū fundum. Alterum interdictum De vi publica, siue armata, apud vers. nō enim Ciceronem integrum extat, cum luculenta singulorum ab ipso. ff. de verborū interpretatione. Est autem sine villa exceptione vi & vi ar- conceptum hoc modo: Vnde tu hominibus coactis, ar-matis, illum vi deieci, aut familia tua, aut procura-tor tuus deiecit, eò restitutas. Eiusque interdicti expref-si si vi ar-mata, ff. de vi quæ inscribitur, De vi & vi armata, tum in veterū iure et vi armata. consultorum commētariis ad edictum<sup>c</sup>. Quæ cùm ita se d. §. recuperan-habent, quod Iustinianus lib. 4. Instit. scribit, tit, de in-terdict<sup>d</sup>. Interdictū vnde vicopetere deiectione de posses-sione,

sione, licet is ab aduersario vi, vel clam, vel precastio pos-  
sideat: facilè adducor, vt credá de eo qui vi armata de-  
iectus est accipiendum esse nisi malis hoc ius quod in Pá-  
dictas relatum est immutatum fuisse constitutione ali-  
qua qua in codice Iustiniani, vt plareque alia, nunc de-  
sideretur. Nam Institutionum liber ad emendandū cor-  
rigendumque ius antiquum compositum non est.

*Explanatum Diocletiani rescriptum, de in-  
terdicto vti possidetis.lib. viii.*

*Cod.Iustinianæ.*

*C A P V T XXI.*

INTER DICTVM Vti possidetis, ita conceptū  
fuit à prætore, Vti eas ædes: de quibus agitur, nec vi,  
nec clām, nec precastio alter ab altero possidetis, quomodo  
nus ita possideatis, vim fieri veto<sup>a</sup>. Idque verbis rescri-  
pti Diocletiani, lib. 8. Iustin. Cod. significatur: Vti possi-  
detis fundum, de quo agitur, &c. In quo rescripto cæte-  
ra satis perspicua sunt. Illud non temerē inuenias qui ex  
plicet: Ac satisfactionis, vel transferendę possessionis edi-  
cti perpetui forma seruata, &c. Certè scriptorum nullus  
ad hanc diem eorum verborum, sensum percepisse no-  
bis videtur. Itaque admonendi sumus, Diocletianū his  
verbis officium iudicis, de hoc interdicto cognoscentis,  
demonstrare: quod tale est, vt iubeat eum, qui succubuit  
aduersario satisfare, se nullam ei molestiam exhibituru<sup>b</sup>,  
nec eum impediturum, quominus ea re liberē vtatur, do-  
nec de iure suo docuerit<sup>b</sup>. Quod ita accipiendum est, si b l pen. ff de a-  
aduersarium duntaxat inquietauerit, nō etiam si spolia-  
uerit eum sua possessione. Nam si deiecerit (quo casu  
potest aliquando hoc interdictum competere aduersa-  
rio, scilicet animo retinente ciuilem possessionem) cura-  
bit iudex in eum, qui deiectus est, possessionem trāsfer-  
ri. Quod cū perfectū fuerit de proprietate cognoscetur,

o iii Nec

Nec ad rem pertinet quod de transferenda possessione apud Papinianū legitur, quem citat Accursius & apud Paulum lib. I. sentent. tit. de satisfact. Quia de possessione causa custodiæ loquuntur quæ ab hoc interdicto aliena est. Nec vsquam scriptum extat eum qui vicit in hoc interdicto, satisfare debere & eo nō cauente possessionē in aduersarium transferri. Sūt tamen qui pertinacissime id affirmant immodicum quendam suum contradicendi alii affectum non hic tātum, sed etiam alibi passim in scriptis suis mirabiliter prodentes, tametsi eius vitii cāteros odiose admodum insimulare damnareque non du-bitent.

*Publica vis, ac Priuata, à iuris auctoribus quamobrem dicatur.*

### CAPVT XXII.

**C**V M annos abhinc ferè septemdecim, in Gymnasio Tolosano iuriis professoribus operam darem, ac quidam ex his primi nominis verbosissimè (vt fit) & magno cum fastu, de vi tum Publica tum Priuata disserendo vociferandoque integrum horam transegisset: memini consultum à nobis, cur Vim Publicam iuris authores vocarent, quæ armis, Priuatam quæ sine armis aduersus aliquem infertur<sup>a</sup>, primū obmutuisse: deinde cùm discendi cupiditate flagrans vrgerem, Respondisse (grauerit & accounte scilicet) nō omnium, quæ à maioribus constituta sunt, rationem posse reddib<sup>b</sup>. Quid enim aliud faceret homo vni addictus Accursio, vt arte aliqua ex manifesta inscritiæ sua cōfessione, elaberetur? Nam nec Accursius, nec Accursiano, quisquam de ea re verbum scriperat. Quos omnes venia forfassis aliqua, dignos iudicarem, si eius rei explicatio ex aliorum potius libris, quām Iureconsultorum quos haberent in manibus, petenda fuisset. Verū id à iuris Authoribus nullo negotio ediscere poteant. Nam Iustinianus in lib. 1. t̄rōp. vi. p̄p̄ōn conslit. 85. tit. m̄p̄i. t̄rōp̄. i. p̄p̄ōn, priuatis hominibus interdicit armorum usu, ac commercio: eaque

<sup>a</sup> §. sed ex cōstitutionib<sup>9</sup>. In fit. de iterd.

§. itē lex iuria. Inst. de pu. iudi.

<sup>b</sup> l. non omniū. ff. de leg.

eaque in publicis armamentariis ad belli usum reponi,  
 & custoditi præcipit. Quod & lege Iulia cautum fuisse,  
 scribit Martianus, tit. ad legem Iul. de vi publica, c. i. ex-  
 trat etiam hac de re breuis admodum Theodosii consti-  
 tutio in hæc verba. Nulli prorsus nobis insciis, atque in-  
 consultis, quorumlibet armorum mouendorū copia tri-  
 buatur, tit. vt armorū usus, lib. cod. XI. Cōmemoratur &  
 à vetustis authoribus magni Pompeii in tertio Consula  
 tu Edictum, quo prohibuit, ne vllū in vrbe telum esset<sup>c.</sup> c Pli. li. 34. c. 14

Cæcum posse iudicem dari, aduersus  
*Accursij, & aliorum om-*  
*nium sententiam.*

## CAPVT XXII.

**V**LPIA NVS lib. 3. Pandeſt. titu. de postul. c. i. de  
 his personis differens, quas Prætor apud se pro a-  
 liis postulare prohibet, Cæcum, inquit, utrisque lumini-  
 bus orbatū Prætor repellit, videlicet quod insignia ma-  
 gistratus videre, & reuereri non possit. Refert etiā La-  
 beo Publum cœcum Asprenati Nonii patrē auera fel-  
 la à Bruto deslitutū, cum vellet postulare. Quamvis au-  
 tem cœcus pro alio postulare non possit, tamen & sena-  
 torium ordinem retinet, & iudicandi officio fungitur.  
 Nunquid ergo & magistratus gerere possit? Sed de hoc  
 deliberabimus. Extat quidem exéplum eius, qui gesit.  
 Appius denique Claudius cœcus consiliis Publicis in-  
 tererat, & in Senatu seuerissimam dixit sententiam de  
 Pyrrhi captiuis. Sed melius est vt retinere quidem dica-  
 mus iam acceptum magistratum posse, aspirare autem ad  
 nouum penit<sup>o</sup> prohiberi, &c. Accursius autem quod ab  
 Vlpiano dicitur, cœcum iudicandi officio fungi, sic in-  
 terpretatur, Modò ante cœcitatem iudex datus fuerit.  
 Veritus puto, ne aliter intellectus ille loc<sup>o</sup> verbis sequen-  
 tibus repugnaret de magistratu, &c. Quæ sententia mihi  
 non probatur. Nam nec vlla lex est, quæ iudicē dari eum  
 pro-

prohibe at, nec iudicio caret, ut ceteri, qui à munere iudicandi idcirco remouentur.<sup>a</sup> Alba, fateor, & atra lumenibus amisisis discernere nequit: sed protinusne ad iusti, atque iniusti cognitionem, discretionemque minus erit idoneus? Cuius rei exempla inquirere volentibus non deerunt<sup>b</sup>. Verum Accursius ignoratione antiquitatis lapsus est, qui quid inter iudicem & magistratum interesset in hoc Vlpiani loco ne per somniū quidē vñquam cogitauit: Quod à nobis non indiligerenter alibi demonstratum est<sup>c</sup>. Ratio autē huius diuersitatis hæc est: Quia in iudice priuato nihil aliud, quam iudicium, prudentiam, doctrinam, virtutem requirimus: In magistratu deligendo prater hæc omnia, decoris eiusdem: & splendoris l. rescripto. ff publici habendam rationem esse, sapientissimus quisque de munere & honor<sup>d</sup> semper iudicauit<sup>e</sup>. Vnde quibus apud Prætorem non licet postulare, ii nihilominus apud iudicem priuatum siue pedaneum postulant. Quod supra attigimus, cap. i.

*De sumi immissione, ex Aristonis,  
Pomponiique sententia.*

*CAPVT. XXIII.*

*a I. sicuti. §. Ari  
sto. ff. si ser.  
viii.* **D**E FVM immissione magna est cōcertatio inter nostros iuris interpretes, ob Aristonis Póponiūque apud Vlpianum non satis adhuc perceptā sentiam<sup>a</sup>. Scripsit autē Aristo, quod & Vlpianus probat, ex taberna casearia in ædificiū alienū, quod superius est, Fumum iure non immitti, nisi fuerit nominatim constituta seruitus, alioqui vicino negatoriam actionē cōpetere, &c. Quo in loco Tabernam caseariam accipere debemus, in qua fumigari solent casei. Quod Accursiano-rum nemo intellexisse videtur. Moris enim fuit veterib<sup>b</sup> Rom<sup>c</sup>, ac in plerisq; Italiae locis, colorandi, siccandi que casei gratia fumū, aut ex culmis, aut ex malignis viridi-busque lignis facere. Plin.lib.ii.ca.42. Et caprarum gregibus sua laus est Agrigenti maxima, ea augente gratia fumo

fumo qualis in ipsa vrbe efficitur , cunctis preferendus.  
 Columella lib.7.c.8.de casei faciendi ratione loquens:  
 Est etiam,inquit, non ingratissaporis muria perduratus,  
 atque ita maligni ligni vel culmi fumo coloratus . Qui  
 igitur non constituta seruitute , ex huiusmodi taberna  
 fumum immittit in superius ædificium, actione negato-  
 ria recte conuenit, ut diximus. Quod si animo iniuriæ  
 facienda id fiat, iniuriarum quoque agi poterit <sup>b</sup>. Sed  
 prohibitus à vicino, si eam tabernam cōduxerit, aduer-  
 sus locatorem meritò experietur, cùm ad eum vsum lo-  
 cata sit <sup>c</sup>. Cæterū in foco suo fumum facere, qui vici-  
 no noceat,tametsi grauis non sit, ut qui ex taberna cas-  
 aria ad superius ædificium ascendit, nemini permitten-  
 dum arbitror. Itaque utilis est huius seruitutis constitu-  
 tio, & poterit eo nomine agi confessoria , sicut pro aliis  
 seruitutibus,idque exemplo cuniculi , per quem vapor,  
 qui non adeò grauis est, ex balineo ad vicinum usque  
 manat,comprobatum est. Nam de huiusmodi cuniculo  
 habendo, seruitutem constitui posse placuit <sup>d</sup>. De his <sup>e</sup> d.l.sicuti. §.  
 autem quæ ne leuiter quidem officiūt vicino, & cuiuis,  
 iure conceduntur . Cuiusmodi hæc sunt, in suo ignem  
 facere, sedere, lauare inutiliter seruitus constituitur , &  
 actio confessoria non competit <sup>e</sup>. Et hæc est nostra de  
 verbis Pomponii subobscuris,opinio.

<sup>b</sup> l.penul ff. de  
iniur.

<sup>c</sup> d.§.Aristo.l.  
si merces. §. se  
vicino. ff.loca-  
ti.

<sup>d</sup> apud Pompo-  
nium.

<sup>e</sup> d.§.apud Pō-  
poniū.l. quo -  
ties. ff.de serui

Defumorum venditoribus, & qua  
pœna plectantur.

### CAPVT XXV.

**A**F V M I immissione ad fumorum venditionem  
 tráseamus . Fumos vēdere dicebātur à veteribus,  
 qui cùm magistratibus siue iudicibus familiares essent,  
 aut se tales esse mētirentur, simulato cōmendationis of-  
 ficio, cumentum sententiæ accepta pecunia vendebant li-  
 tigatoribus: quos vtiq; dubiū non est grauiter delinque-  
 re, tametsi iudicem non corruperint , ac ne tentauerint  
 quidem

quidem. Idque rescripto Diocletiani significatur, cuius  
haec verba sunt: Qui explicandi negotii spem, cuius finis  
in iudicis potestate ac motu situs est, pollicetur, non  
minus ob illicitam sponsonem crimen contrahit, quam  
qui ad huiusmodi promissionis commercium contra di-

*a l. qui explicat sciplinam publicam aspirat.* Nam & eos iniuriam fa-  
di. C. de Ac cere iudici, cuius sententiam venditant, ideoque coer-  
cendos esse, Vlpianus ait<sup>b</sup>, Ac talem describit Lampri-

*b litem apud.* dius in Heliogabalo, Zoticum quendam nomine prin-  
*§ idem ait, de cipis ipsius familiarissimum.* Cuius verba, quod rescri-  
ptum Diocletiani mirum in modum illustrent, hic ad-

scripsimus. Zoticus sub eo tantum valuit, ut ab omnibus  
officiorum principibus sic haberetur, quasi domini ma-  
ritus esset. Erat præterea idem Zoticus qui hoc fami-  
iliaritatis nomine abutens, omnia Heliogabali dicta ac  
facta venderet, sumis quam maxime diuitias enormes  
sperans, cum aliis atque aliis polliceretur, omnes falle-  
ret. Egrediensque ab illo singulos audiret dicens, De te  
hoc loquutus sum, hoc de te audiui, hoc de te futuru est  
ut sunt homines huiusmodi, qui si admissi fuerint ad ni-  
miam familiaritatem principum, famam non solùm ma-  
lorum, sed & bonorum principium vendunt: Et qui stu-  
titia, vel innocentia imperatorum, qui hoc non perspici-  
unt, infamia rumigeratione pascuntur. Haec ille. Sed qua-  
poena huiusmodi impostores plecedi sint, questum est.  
Et existimo si ex eorūibus magistratum sint, eos lege Iu-

*e l. in comites. ff ad leg. iul. re-  
petund.* Alioquin eadem poe-  
na, qua pecuniam eis dātes hoc nomine, vel promitten-  
tes, dignos esse verba rescripti (cuius supra mentionem  
fecimus) ostendunt<sup>d</sup>. Estque ea poena extraordinaria, que  
olim fuit legis Cornelie de falsis, nempe aduersus eum,

*d vide. l. si que  
quam. C. de  
Epis. & der.* qui quod in se fuit, iudicem corrupti. Paulus, lib. 5, sen-  
*e l. i. l. qui duo  
bus. ff. ad le.  
Cornel. de  
falsi. § idem  
ait.* tent. tit. ad. leg. Corneliam testamētariā. Si qui de iudicis  
unicitiis vel familiaritate mentientes euentus senten-  
tiarū eius vendant, quidū obtētu nominis eius agunt  
conuicti p modo delicti aut relegātur, aut capite puniū-  
tur. Quod si nō iudicis, sed principis familiaritate quis-  
piā hoc modo abusus sit, severi<sup>e</sup>, atq; atrocius id vindicā-  
dum

dum esse Imperatoris Alexandri exemplo admonemur. Quod vtinam principes nostri temporis aliquando imitari in animum inducant. Ita namque de eo scribit Lampridius: Solus post meridiem vel matutinis horis idcirco nunquam aliquos videbat, quod ementitos de se multa cognouerat. Speciatim Vertronum Turinum, quem cum familiarem habuisset, ille omnia vel fingen-  
do sic vendiderat, vt Alexandri quasi stulti hominis, & quem ille in potestate haberet, & cui multa persuaderet, infamaret imperium: sicque omnibus persuaserat, quod ad nutum suum omnia faceret. Denique hac il-  
lum arte deprehendit, vt quandam immitteret, qui a se quiddā peteret, ab illo autē occulte quasi præsidū po-  
stularet, vt pro eo Alexandro secreto suggereret. Quod cum factum esset, & Turinus suffragium promisisset, di-  
xissetque se quædam imperatori dixisse, cum nihil di-  
xisset, sed in eo pendere, vt adhuc impetraret euentum vendens: cunq[ue] iterum iussisset Alexander interpellari, & Turinus quasi agens aliud nutibus annuisset, neque tamen interim quicquam dixisset, impetratum autem esset quod petebatur. Turinusque ab illo qui meruerat sumi vēditor ingentia præmia percepisset, accusari eum Alexander iussit, probatisque per testes omnibus, & qui bus præsentibus quid accepisset, & quibus audientibus quid promisisset, in foro transitorio ad stipitem illum ligari præcepit, & fumo apposito, quem ex stipulis atque humidis lignis fieri iussicerat, necauit, præcone dicente: Fumo punitur, qui vēdedit fumum. Ac ne in vna tantum causa vidererū crudelior fuisse, quæsivit diligenter antequām eum damnaret: & inuenit. Turi-  
num sēpe & in causis ab utraque parte accepisse, cum euentus venderet, & ab omnibus, qui aut præposituras, aut prouincias acceperant.

*Apud Papinianum sub tit.de compensat. Edu-*

*litatis legendum esse, non Aedilitatis,*

*contra Budæum, & Alciatum.*

CAPVT

PAPINIANVS lib. 16. Pand. tit. de compens.  
 cap. 17. Ideo, inquit, condemnatus quod arctiore  
 annonam edulitatis tempore prabuit, frumenta-  
 tariae pecuniae debitor non videtur, & ideo compensa-  
 tionem habebit. Budaeus noster in suis Annotatio. legit  
 A Edilitatis, rejecta Accursii opinione, legemque Ci-  
 ceronis quandam pro 12. tabul. lege citat. Quam le-  
 ctionem sequutus est Alciatus <sup>a</sup>, nec ea displicuit Ha-  
 loandro. At ego veterem vulgaremque lectionem ma-  
 gis amplector. Edulitas enim quamvis apud Latinos au-  
 thores, qui nunc extant, raro admodum reperiatur, ta-  
 men seculo Papiniani Vlpianiisque visitata fuisse vocem  
 animaduerti, pro rerum scilicet edulium largitione, &  
 donatione, qua à principe in populum, cum magna ef-  
 fet annonae caritas conferri solebat. Cuius rei fidem fa-  
 cit Lampridius in Alexand. Cum edulitatem, inquit,  
 P.R. ab eo peteret, interrogauit per Curionem, quam  
 speciem caram putarent. Illi continuò exclamauerunt,  
 carnem bubulam atque porcinam. Tunc ille non qui-  
 dem edulitatem proposuit, sed iussit ne quis suminaram  
 occideret, ne quis lactantem, ne quis vaccam, ne quis  
 damalionem: tantumque intra biennium, vel propè an-  
 num porcinæ carnis fuit & bubula ut cum fuisset octo-  
 minutalis libra ad duos, vnumque vtriusque carnis libra  
 redigeretur. Sanè ob negotium copiarum expeditio-  
 nis tempore mandatum curatorem cōdemnatum com-  
 pensatione non vti, idem Papinianus respondit <sup>b</sup>. Quo  
 in responso Copias accipimus commeatum, siue anno-  
 nam exercitui necessariam. Galli vulgo Munitiones vo-  
 cant. Cornel, tacitus: contraque prodiderit Corbulo  
 parthos inopes copiarum, & pabulo attrito reliktos  
 oppugnationem. Pli. in epistol. Suggerunt affatim ligna  
 proximæ sylvaæ, cæteras copias Ostiensis colonia mini-  
 strat. Hinc Copiari verbū castrense Gell. esse scribit lib.  
 17. ca. 2. Porfirion Grammaticus enarrans illum Ho-  
 rati locum,

<sup>b</sup> l. ob. negotiū.  
 de compens.

*Proxima campano ponti quæ villula tectum.*

*Prabuit & Parochi quæ debent*

*ligna salemque &c.*

Parochi, inquit, copiarii dicuntur, ἀπὸ τῆς παρεγένετος, ho-  
dieque à copiariis præstantur hæc iis, qui reip. causâ iter  
faciunt. Non negauerim tamen rerum in foro venalium  
ac præsertim annonæ curam ad ædiles spectasse, non  
Romæ tantum, sed et in municipiis quoque, ac ædium,  
præterea & viarum publicarum. Nam & horum ea  
fuit authoritas, vt iniquas mensuras frangere, merces  
improbas & adulterinas disiucere, aut discindere, ea-  
rumque negotiations coercere, summaria tantum co-  
gnitione adhibita, ipsis liceret. Paulus cap. 12. de peric.  
& com. rei vend. Lectos emptos & dilis, cùm in via pu-  
blica positi essent cōscidit, si traditi essent emptori, em-  
ptoris esse periculum placet, &c. Vlpianus c. 14. loc. &  
cond. Si quis mensuras conduxit, easque magistratus  
frangi iuss erit, si quidem iniquæ fuerint, Sabinus distin-  
git, vtrum sit conductor, an non, &c. Callistratus titu-  
de Decurio. c. 12. eos qui vtrensilia negotiantur, & vñ-  
dunt, licet ab ædilibus cedantur, non oportet quasi vi-  
les personas negligi. Iuuenal. Satyr. 10.

Theoph. Inst.  
de iure, natu.  
gen. l. Ae-  
diles ff. de  
via publ.

*Huius qui trahitur prætextam sumere mauis,*  
*An fidenarum, Gabiorumque esse potestas,*  
*Et de mensura ius dicere, vasa minora*  
*Frangere, pannosus vacuis adilis vlabris.*

Perf. Saty. I.

*Sese aliquem credens Italo quod honore supinus*  
*Fregerit heminas Arreti adilis iniquas.*

Plautus in Ruden.

*Neptunus ita solet quāvis fastidiosus adilis est.*  
*Si quæ improbè sunt merces iactat omnes.*

Idem in sticho.

*Aedilitatem gerit sine populi suffragio.*

Quod

Quod de eo dici solet, qui imperiosior est in alienis ædibus, vt rectè admonuit Erasmus. Suet. in Claud. Item scribam quæstorium, itemque prætura functum Senatorem, inauditos & innoxios releguit, quòd ille aduersus priuatum se intemperantius affuisset. Hic in ædilitate inquilinos prædiorum suorum contra vetitum coetæ vendentes multasfet, villicumque interuenientem flagellasset. Qua de cauâ etiam coercitionem popinarum ædilibus ademit. Ceterum de venditionibus tantum non etiam de locationibus ædiles ius dicebant d. Sed d l. scidum. de hæc aliâs opportunius, ac diffusius.  
edil. edic.

*Probationis diffinitio, atque diuiso, ad tractatum de probationibus intelligentium per necessaria.*

### C A P V T      XXVII.

P R O B A R E est rei controuersia testibus, aut tabulis iudici fidem facere. Hac diffinitione admonetur litigator, vt eius rei, de qua lis est, & de qua iudicem pronunciare oportet, probationem adferat: atque ideo qui sit causæ status, consideret, quodque Græci κρινομένοι vocant, ne aut minus idonea sit, aut superuacanea probatio a. Illud quoque ex eadem diffinitione a l. Patronus. l. annotandum est, neque confessionem, neque iuriurante omnia. ff. dum probationis vocabulo propriè contineri, licet vim de probat. & effectum probationis habeant b. Abusivè tamen v- b l sed & si pos trunque probatio dici potest, quia tam is qui fatetur seffori. §. vlti. intentionem aduersarii, quam qui ipso deferente iurat, leum qui ff. de tellis quodammodo in propria causa esse intelligitur c. iurejur. Ne illud quidem otiosum est, quod dicitur in diffinitione iudici, &c. Hæc enim particula ostendit iudici c l. vlt. C. defi dei com. ipsi, non aduersario probandum esse: id est, à litigatore efficiendum, vt ipsius intentio, defensioue si minus aduersario, at certè iudici proba, recta q; videatur d: Vnde d l. quinquagin ta. ff. de prob. & quæ sit huius verbi ἵτυμολογία cognosci potest. Dicitur præ-

tur præterea indiffinitione, Testibus aut tabulis: quoniam nullum genus probationis est, quod testium, aut instrumentorum fide non constet. Nam & probatio <sup>e cforus.de ver.</sup>  
 inartificialis, de qua mox dicturi sumus, nisi testibus aut <sup>bo.signifi.</sup>  
 tabulis aliquid probatum sit, ex quo ducantur argumenta, non consistit. Quid igitur, si euidenter, & ex aspectu ipso iudici appareat, ita se rem habere, &c? Respondeo:  
 Non nisi impropriè hanc dici probationem, sicut &  
 cùm fatetur aduersarius, vt iam admonuimus, vt cunque  
 sit disputatio hæc, de verbis tátum est: quæ si res intelligantur, non adeò magni est momenti. Sequitur probationum diuisio valde ad docendum accommodata,  
 quam nos partim adinuenimus iphi, & nostro Marte  
 confinximus, partim à Rhetoribus mutuati sumus. Proba-  
 tio omnis aut directa est, aut Obliqua, Directa, cùm  
 testimoniis vel tabulis id ipsum nominatum continetur  
 quod intendimus: quæ ἀτιχεῖον dicitur. Obliqua, cùm  
 aliud quiddam eis continetur, ex quo consequitur id  
 quod intendimus: & hæc ἀτιχεῖον non male dicetur,  
 cùm artis cuiusdam sit videre quæ quibus propositis  
 sint, quæque non sint consequentia. Qua in re Diale-  
 tice atque Rhetorica necessariū Iurisconsulto artū  
 præcepta nos iuabunt. Posterioris tria genera sunt <sup>f</sup>, <sup>f Fab.li.5 c.8.</sup>  
 una est necessaria, alia Verisimilis seu creditibilis, alia Nō  
 repugnans. Necessaria cùm ex eo quod tabulis conti-  
 netur testimonissū, efficitur necessario quod intendi-  
 mus: veluti eam, quæ lac in mammis habet, virginem nō  
 esse: Qui certo die Biturigibus fuit, eodem die Parisis  
 non fuisse: Cùm obscura, & illunis esset nox, quod <sup>g</sup> L. optimā. C.  
 noctu factum esse dicitur, testes non vidisse. Qua ratio-  
 ne testes quosdam Athenis falsi conuictos fuisse scribit  
 Plutarchus in Alcib. Hæc enim sunt certissima signa at-  
 que indubitate, quæ τραχεῖα Aristoteles appellat. Ita-  
 que huiusmodi probatio sufficit ad condemnationem <sup>h</sup> b l.vlt. C.de  
 Verisimilis probatio est, cùm ex eo quod in testimo-  
 niis extat, præsumptione quadam iuris, non physica, & <sup>probat.</sup>  
 necessaria ratione infertur quod probare volumus: vt  
 exempli gratia, Filium alicuius esse, qui ex eius vxore  
 p. constante

i filiū. ff. de his constatē matrimonio nascitur<sup>1</sup>: Filiū in patris sui pō qui sunt sui testate esse: Voluntatem mutatam non esse: Eum qui vel alii iur. pacificatur, sibi & suis hereditibus consulere: Quod nunc k. l. si pāctū. l. cū est, ante hoc tempus quoque fuisse: Qui pecuniae sum qui se. l. si fili⁹ man testamento legatam repetit in codicillis, legatum l. cū tacitū. l. duplicare voluisse: Chirographo cancellato, debitorem nō es̄ necesse. liberatum esse: & cætera id genus, quæ à quo quis studio l. qui quagin- so lectore obseruari possunt k. Cūm igitur hæc probata. l. si chiro- tio ex certis signis nō oriatur, sed probabilibus tantum, graphū. l. cū quæ ἔντεκτα dicuntur à Græcis, meritò probationi con de indebito. traria cedit<sup>1</sup>. Non repugnantem probationem, veteres l. Procula. ff. sequuti Rhetores, hic vocamus, quæ non firmissima iude probat⁹ ris præsumptione, sed leui aliqua suspicione nititur: vt, l d. si chirogra Furtum factum ab eo qui domi fuit: Seruum qui ab emp̄bū. l. vlt. ff. ptore aufugit, fugituum antequām emeretur fuisse: Le de eo quod gitimum filium non esse, quem irata mater ut spuriū in metus caus⁹ actis professa est: Pecuniam ei deberi, cui testator ut m. l. Emptorem debitam solui iussit supra eam quātitatem ad quam vs l. cū probatio que capere poterat: Ingenuam esse eam, cuius patrem l. Imperato- ex natalibus ingenuum esse constat, vel cuius fratribus res. l. qui testa nulla mouetur status quæstio: Seruum esse, cuius mater mentū. ff. de fraterque seruilia fecisse ministeria dicuntur m. Et hæc probat⁹ neq; quidem signa tametsi per se admodum infirma sint, nec onus probandi reiiciant in aduersarium, plerunque ta natales. l. ma men aliis adiuncta prosunt ad condemnationem, etiam trem. l. ad pro bationē serui in criminali iudicio<sup>n</sup>. Quod totum relinquendum est arbitrio iudicis, vt quidam ex interpretibus non leuis tutis. C.e. authoritatis prudenter admonet, cùm nulla juris regula de probal. in strumenta. l. posint<sup>o</sup>.

vlt. C. eodem.

Fratri testimonium iure ciuili admitten-

dum, non esse, contra rece ptam opinionem.

C A P V T      XXVII.

o l. cū de ætate. ff. de probal. l. testium. ff. de tesl. Lucius ff. de his qui not. infia. Panor. in c. quanto . de præsumpt.

CVM

**C**VM ab Vlpiano iuris authore literis proditum sit, testes idoneos esse ommnes, quibus lege non interdicitur testimonium<sup>a</sup>, vulgo receptum est, fratrem <sup>a</sup> L.iff. de testi. à testimonio non repelli, quod nulla lege prohiberi videatur. Verum hæc sententia nobis displiceret, qui certò iure improbari domesticum testimonium scimus<sup>b</sup>: Domesticus enim testis, non is tantum dicitur, qui in eadem domo habitat, sed & qui eiusdem familiae, gentis, agnationis est<sup>c</sup>. Vnde apud Virgil. Domus Assaraci pro gentilibus eiusdem, & agnatis accipitur huiusmodi testimoniū qui de domo accusatoris producitur, Cicero Mūtum accusatorem vocat in oratione præ Rosc. Amer. Græcis ἔχοθη δικῆς dici solet.

*Explicatus Venulei Iureconsulti locus. cap.*

**XIII.** de testibus, reiecta Budæi lectione, & interpretatione.

**CAPVT** **XXIX.**

**V**ENULEIVS c.23. de testi. Producit, inquit, testis non potest, qui ante in eum reum testimonium dixit. Quem locum Budæus noster mutilatum esse, aut inuersum censem. Sicque legi debere: Producit testis non potest in reum, qui antè in eum testimonium dixit. Sed vetusti codices omnes refragantur, & Haloandri præsertim editio, qua merito cæteris integrior, & emendatior habetur. Deinde ratio iuris non permittit, vt ideo quis à testimonio aduersus alium dicendo repellatur, quod in eundem ante dixerit testimoniū. Quod si Budæi lectionem ita accipiamus, vt produci testis nō possit in reum, qui scilicet reus in eum testimoniū aliquando testificatus est, sanè non video quid habeat incommode ea interpretatio. Sed contra fidem exemplarium omnium ita legere vereor equidem, ne forte audax nimis ac temerariū sit. Itaq; vt nihil ex verbis immunitus Venuleii, Reū hic interpretor postulatū alicuius criminis, vnde Reatus dicit, in eos recipere, è reis exi-

p. ii mere

<sup>b</sup> l. testes. ff. de  
testib. l. etiam.  
C.e.

<sup>c</sup> l. respiciendū.  
ff. furta. ff. de  
pæn. Theo-  
ph. tit. de te-  
sta. In fit. lib.  
2. hitem eorū  
ff. q. cuiusq. v  
niuer. na. l.i.  
C. de emend.  
propin. C. lib.  
2. de Orat.

- mere<sup>a</sup>. Qui igitur in reum, id est, accusatum semel te-  
 merc<sup>b</sup>. *l.* si quis diuti stimonium dixit, quia eiusdem inimicus esse præsumi-  
 no. ff. de pœ- tur, idoneus testis non est. Nam veteres testem & accu-  
 nus. *l.* vlt. ff. satorum, quantum ad inimicitias pertinet, eodem penè  
 ad. *l.* *Iu.* maie loco habebant<sup>b</sup>. Ac fuit quorundam sententia, eorum-  
*l.* *hi tamen.* *l.* que sapientiæ studiis debitorum, cùm quis aduersus a-  
 hos accusare. micum testis producitur, dare eum operam debere, vt  
 gloſſ. c. in cri- amici crimen celet. Verùm id Christiano homini non  
 minali. *4.* que conuenit, Sed periclis exemplum potius sequi debet,  
*ff. 3.* ff. de ac qui cùm ab Amico rogaretur, vt pro re causaque eius  
 cusat. falso testimonium diceret. Δε μὲ συμπάττηπ τοῖς φία-  
*b.* *l.* qui cū ma. λοις, inquit, ἀλλὰ μίχη θῶρ. Ceterum illud nos moue-  
 ior. ff. de bo. re non debet, quod oratio hæc mutila est, (vt Budæo  
*lib. c. cum P.* videtur) cùm in pandectarum libros velut fragmenta  
*c. meminimus* quedam ferè congesta reperiantur, non plenæ perfec-  
*de accus.* Etæque juris authorū sententiæ, vt sæpe alibi ostendimus.

*Quid Testari sit, & Testatio, apud  
 Iureconsultos : & de Si-  
 gnatoribus.*

C A V T     XXX.

**A**LIVS est locus eiusdem authoris, nempè Ve-  
 nuleii, sub eodem tit. cap. 22. pessimè, & ineptissi-  
 mè ab aliis explicatus: in quo ita legitur: Curent magi-  
 stratus cuiusque loci testari volentibus, & seipso & a-  
 lios testes vel signatores præbere, quò facilius negotia  
 explicitur & probatio rei salua sit. Nam quid testari  
 sit, quique dicantur Signatores, minimè omnium intel-  
 leixerunt. Est enim Testari, non modò testamētum con-  
 dere, sed de quounque negotio tabulas, quæ ad pro-  
 bationē valeant, confiscere. Huiusmodi autem testatio-  
 nes olim non à personis aliquibus publicis, id est, tabu-  
 lariis sive tabellionibus, sed à priuatis hominibus, sicut  
*l ad testiū. ff.* & hodie testamēta fieri nemo est qui nesciat<sup>a</sup>. signabā-  
*de testam.* tur. Quarum testationum ob-signationumque præter  
 Iurecon-

Iureconsultos<sup>b</sup>, meminerunt Cicero, Quintilianus, & b  
alii. Cic. in Quintiana: Tabulae maximae signis hominum  
nobilium consignantur, disceditur. Idem in eadem ora-  
tione: Eius rei conditionis que tabellas obsignauerunt viri  
boni complures, res in dubium venire non potest. Idem  
actione. 7. in Verr. Ipse in tabellas referit, obsignat signis  
amicorum, Prouidens homo, ut contra hoc crimen, si  
quando op<sup>o</sup> esset, hac videlicet testificatioe vteretur. Fab.  
lib. 5. ca. 5. Contra tab. quoque saepe dictum, saepe dicen-  
dum est, cum eas non solum refelli, sed etiam accusari,  
sciamus esse visitatum. Cum sit autem in his aut scelus si-  
gnatorum, aut ignorantia: tutius, ac facilius id, quod se-  
cundo loco diximus, tractatur: quod scilicet pauciores  
rei sunt: Et cap. 7. eiusdem libri: Sæpe inter se collidi-  
solent, inde testatio, hinc testes, locus utrinque. Hæc e-  
nim se pars iureiurando, illa consensu signantium tue-  
tur. Idem lib. 12. cap. 8. Promittit litigator omnia, testem  
populum, paratissimas consignationes, ipsum denique  
aduersarium quedam non negaturum. Et paulopost:  
Denique linum ruptum, aut turbata cara, aut sine agni-  
tione signa frequenter inuenies. Iuuenal. Saty. 10.

*l. capite quin-  
to ff. ad l. Iul.  
de adult. l. lu-  
ciu. ff. de his  
qui notan. iu-  
fa. l. si pater.  
C. de fideiis.  
l. penul. ff. de  
dona iter vir  
et ux. l. mo-  
ris. ff. de pe-  
nis.*

*Veniet cum signatoribus auspex.*

Seneca lib. 3. de benefi. c. 15. O turpem humani generis  
fraudis ac nequitiae publicæ confessionem annulis no-  
stris plusquam animis creditur. In quid isti viri ornati  
adhibiti sunt? in quid imprimunt signa? Nempe, ne ille  
neget accepisse se, quod accepit hos incorruptos viros,  
& vindices veritatis existimas. At his ipsis statim non  
aliter pecunia committuntur Vlpianus c. 9. tit. de pœn.  
solet & ita interdici ne instrumenta omnino forment  
ne ve libellos concipient vel testationes consignent. Sed  
nemo melius, nemo dilucidius hunc testandi obsignan-  
diique morem describit, quam Paulus, lib. 5. Sententia-  
rum, tit. ad leg. testa. his verbis: Amplissimus ordo de-  
creuit, eas tabulas, quæ publici, vel priuati contractus  
scripturam continent, adhibitis testibus ita signari, vt

in summam marginis ad medianam partem perforatae tripli lino constringantur, atque impositum supra linum certæ signa imprimanur, ut exteriores scripturæ fidè interiori seruent. Sed & decreta quoque magistratum isto modo obsignari solita fuisse innuit Cicero lib.<sup>16</sup>, epist. ad Att. his verbis: Butthrotios cum Cæsar decreto suo, quod ego obsignauit cum multis amplissimis viris liberauerisset, ostendissetq; nobis se cùm agrarii mare transissent, literas missurum, quem in agrum deducerentur, accidit ut subito ille interiret. Sanè principes Romanos annulum habuisse constat, quo epistole rescriptaque eorum obsignarentur. Cuius annuli testatur Trogus Pompeius patrem suum sub C. Cæsare curam habuisse<sup>6</sup>. Morenatem quoque sub Augusto huic muneri atque officio præfuisse significat Horatius, Sermo. lib. 2. Saty. 2. Sed de his aliás.

*c. vide Iustinia. lib. 43.*

*Differentia Itineris, Actus, Via, aliter  
explicata, quam vulgo soleat.*

*CAPVT XXXI.*

**V**ERBA Vlpiani hæc sunt, cap. i. de seruit. rust. præd. Iter est ius eundi, ambulandi hominis, non etiam iumentum agendi, vel vehiculum. Actus, est ius agendi iumentum, vel vehiculum. Itaque qui iter habet, actum non habet: qui actum habet, iter habet, etiam sine iumento. Via est ius eundi, & agedi, & ambulandi. Nam iter & actum Via in se continet. In huius capituli explicacione quarti solet, qui fieri possit, ut Via, iter & actum in se contineat, cùm is qui habet actum, iter quoque habere dicatur, idéoque tam latè videatur patere Actus, quam Via, quæ hic diffinitur ius eundi & agendi esse. Verum iis omissis, quæ præter rationem omnem vulgo hac de re dicuntur, sic respondendum censeo: Si proprietatem verborum spectemus, quæ vel ex ītrum ipso cognoscitur, iter ius eundi significat, vel cum equo,

*¶ Inter actum vel sine equo: non agendi, siue ducendi. Actus ius agendi, de seruit. rust. di tantum, non etiam eundi, vel ambulandi. Via tam præd.*

agendi, quām eundi. Itaque Via, actum & iter merito  
continere dicitur. At enim ius eundi etiam sine iumento  
habere dicitur is, qui actum habet. Fateor: sed ex pre-  
sumpta mente pacifcentium, non ex Vi, & proprietate  
verbi, cūm sit verisimile, eum qui agendi iumenti, aut  
vehiculi ius concedit, eundi quoque quod minus est )  
concedere. Idem in alienatione ac donatione animad-  
uertere licet, vt simile exemplum huius rei elucidandæ  
gratia adducamus. Nam tametsi Alienatio verbum ge-  
nerale sit, donationem, & venditionem complectens:  
tamen, qui ius habet donandi, eundem & vendēdi quo-  
que ius habere constat: atque ita effectu & potestate  
plus non cōtinet Alienatio, quām Donatio, ob presum-  
ptam voluntatem cōtrahentium. Licet quantum ad ver-  
borum proprietatem attinet, secus dicendum sit. Qui-  
dam idcirco Viam plus continere, quām actum aiunt;  
quod Viam habēs, non eundi modō, & agendi, sed tra-  
hēdi quoque lapidē, aut tignum, & præterea has: tam re-  
tam deferendi ius habeat. Quod quāquam Verum sit<sup>d</sup>, d Lqui cella de  
tamen aliò hīc Vlpiānum respexisse obscurum non est. fser.ruſt præd.

b li.Cor.de fū.  
dot.  
c Lcui ius.dere  
gu.iu.

*Explicatum Scæuolæ responsum sub ti-  
tu.de seruit.vrb.præd.  
cap.vlt.*

C A P V T      x x x i i .

ANVAM in publico aperire, sicut & stolidum  
habere cuique licet, modo id absq; vicinorū incom-  
modo fiat, vt Scæuola respondit. Quod priscis tēporib;  
Romæ pmissum non fuisse arguēto est, quod memo-  
riæ proditū est, cūm bene meritis de repub. Imperatori-  
bus publicè decernētur areæ, ad exēdificādas domos,  
summum illorum honorem fuisse adiici decreto, vt fo-  
res extra aperirentur, & ianua in publicum reiiceretur<sup>a</sup>. a Aſcon. ſor. Cic. in P. ſo.  
Scæuolæ verba hæc sunt, cap. vlt. de seru. vrb. præd. Lu-  
cius Titius aperto pariete domus suæ, quatenus ſilici-  
jī rigor, & tignorum protectus competebat, ianuam in  
p. iiiii publico

P. li.36.c.15o.  
Ariſto. lib.  
2.æcons.

publico aperuit. Quæro cùm neq; luminib<sup>9</sup> Publ. Mæ-  
uii vicini, neq; itineri officeret, neq; stillicidium in vici-  
ni domo caderet: an aliquam actionē Publ. Mæuius vi-  
cinus ad prohibendum haberet? Respondi, secūdū ea  
quæ proponerentur, nullam habere. Cæterū stillicidii  
rigorem hic accipe quatenus labitur aqua per protectū,  
*b. l. ff. de flum.* antequam vergere & flecti deorsum incipiat<sup>b</sup>. Nam ri-  
gidum flexo opponitur apud Latinos autores. hinc Ri-  
gorare verbum, quo Plinius vtitur. Quod autem refert  
Scæuola Lucium Titium quatenus stillicidii rigor & ti-  
gnorum protectus competebat, ianuam in publico ape-  
ruisse, non ita accipiendum estē arbitror, vt vulgus pu-  
tat, quasi ob stillicidium, vel pfectū id ei licuerit. Nam  
de stillicidio nō minus apud Scæuolam dubitatur, quām  
de ianua. Sed quōd non ultra protectum solerent vete-  
res ianuas suas in publicū reiicere: veritis claret, ne plu-  
via, & aēris intemperie corrumperentur.

*Locus Pauli enucleatus, ca. xv. tit.  
de ser. vrb. præd.*

CAPVT      x x x i i .

*a. liij. de seruit.* S ER V I T V S luminis, est ius habendi fenestram  
versus ædes alienas<sup>a</sup>. Nam absq; constituta seruitu-  
te lumen à nobis immissum non cogitur vicinus ex-  
cipere<sup>b</sup>. Cui consentaneum est quod Xenocrates dice-  
*b. l. eos. tit. eod.* bat, Nihil tiferre, oculosne, an pedes in alienū inferas<sup>c</sup>.  
*c. Plutarch. i. li.* Qui hanc seruitutem debet, non prohibetur altius ædi-  
cando obscurare ædes, aut prospēctū offendere, modō  
lumé totū non auferat. Itaque vitādī huius incommodi  
gratia, per utilis est seruitus, ne luminibus aut prospēctui  
*d. l. iter seruitu* officiatur<sup>d</sup>. Sed videndū est, quis sit sensus Pauli verbo-  
rum, c. 15. de serui. vrb. præd. quæ sub obscura habentur.  
*e. l. lumen. eod. tit.* Lumen, id est, vt cœlum videatur, & interest inter Lu-  
men, & Prospectū. Nam Prospectus etiam ex inferiori-  
bus locis est: Lumen ex inferiore loco esse non potest<sup>e</sup>,  
Et existimo Paulum non de luminum seruitute loqui, vt  
vulgò censem alii: sed de seruitute, ne luminibus offi-  
ciatur, potius. Nam Vlpianus lib. 19. ad Sabinum de ea  
seruitute

seruitute differuerat, ostendere volens, quid inter eam,  
& seruitutem, ne prospectui officiatur, interesset: ex eó  
que Vlpiani loco sumptum esse caput 14. & 16. eiusdem  
tractatus ex inscriptione virtusque satis perspicuum est:  
inter quæ duo capita hæc verba Pauli interiecta sunt,  
quibus differentia illa ab Vlpiano tradita fusius explica  
tur hoc modo: In pspctu ideo pl<sup>o</sup> quis habere dicitur,  
quia pspctus non tñtum ex superioribus, verùm etiam  
ex inferioribus locis est: Lumen ex cœlo tantum, & su  
periore loco est. Proinde qui debet seruitutem ne lumi  
nibus officiatur, iuxta ædes vicinas quiduis facere po  
test, modo lumen ex cœlo veniens non impedit.

*De Vſucapione seruitutem: & an titu  
lus in ea sit necessarius.*

CAPVT XXXIIII.

**S**E R V I T U T E S omnes<sup>a</sup>, tam urbanorūm pre-  
diorum, quām rusticorum, eius sunt naturæ, vt non  
possint vſucapi<sup>b</sup>. Non possunt enim possideri, cùm  
res sint incorpores<sup>c</sup>, ac sine possessione, eaque conti  
nuata nulla est vſucapio<sup>c</sup>. Vtilitatis tamen causa rece  
ptum est, vt tempore, & diuturno vſu acquirantur<sup>d</sup>.  
Nam vſus earum possessionis loco est<sup>e</sup>. Vnde huiusmo  
acquisitio tametsi propriè vſucapio non sit<sup>f</sup>, tamen pro  
vſucapione habetur, & quasi vſucapio quædam est, vti  
lisque actio eo nomine competit<sup>g</sup>, & quasi seruitus di  
citur acquista<sup>h</sup>. Tempus autem hoc non aliud esse pu  
to, quām quod rerum immobilium acquisitioni consti  
tutum est<sup>i</sup>: id est, decem annorum inter presentes, virgin  
ti inter absentes<sup>k</sup>: idque; generaliter accipiendo de om  
nibus seruitutibus, tam iis quarum vſus aliquando inter  
mittitur, vt itineris & viæ, quam alii quibuscumque<sup>l</sup>. Qua  
de re Longouallius accuratè differuit. Sed an tiru  
de interdi.lib. Inst.4. f d.l.iii.de vſuca. g d.l.si quis diuturno. b l.j.  
h de aq.plu.ar. i l.ii. C.de ser. & aqua. k l.i.C.de vſucap.transfor. l.  
vlt. C.de praf.long.temp. l l.l.h.vlt.de aq.plu.ar.d.apparet.de iun.act.  
priu.cum aliis suprà citatis.

*a l. seq*uitur*. §.  
vlt. ff. de vſu  
cap. d. seruitu  
tes. deser.*

*b l.seru<sup>o</sup>. §. in  
corporales ff.  
de acq. re. do.*

*c l.iii.l. sine pos  
seßione. ff.  
de vſucap.*

*d l. si que diutur  
no. ff. si ser.  
vind. j.ij.C.  
de ser. & a  
qua.*

*e l. quoties via.  
ff. de seru*

*Theoph.tit.*

*lus*



Ius in hac acquisitione necessarius sit, queri solet. Et vulgo receptum est, necessarium non esse propter Vlpiani verba, c. 10. tit. si seru. vind. Si quis diurno vslu. & longa quasi possessione ius aquae ducendae naestus sit, non ei necesse est docere de iure quo aqua constituta est, (veluti ex legato vel alio modo) sed utilem habet actionem, vt ostendat per annos (forte tot) vslum se non vi, non clam, non precario. Verum ego hanc sententiam probare nūquam potui, Vlpianumque aliter, quam cæteri, interpretari soleo. Scendum est igitur, in actione confessoria, de qua sub eo titulo differitur, de iure tantum quarti, non de facto: id est, eam actionem ei tantum dari, qui seruitutem sibi competere docuerit, nec villam vslu, seu pos-

*m 1.ij. §. vlt. eo.* sessionis rationem haberi<sup>m</sup>. Hoc autem ita accipiendo est Vlpianus hic admonet, nisi diurna fuerit ea possessio, nempe decem annorum inter præsentes, viginti inter absentes, vt antè diximus. Idq; locum habet, si cæteria concurrant, ad vslucionem necessaria, scilicet Ti-

*m. l. nullo. C. de* tulius, & bona fides<sup>n</sup>. Nam qui hanc velut longæ posses-  
*rei vid. l. Cel* sionis prærogatiuam habet (vt verbis vtar eiusdem Vlp.  
*fus. ff. de vslu-* c. 5. de itin. act. pri. quibus non leuiter confirmatur no-  
*cap.* stra opinio) non cogitur docere de iure quo seruitus co-  
stituta est, vt ipse hic ait: id est, vt nos interpretamur,  
nō cogitur probare, sibi acquisitam esse iure seruitutem

*o l. v. ff. de seru.* his modis, quibus iure ciuili acquiritur, puta à domino  
prædii venditam, donaram, aut legata fuisse<sup>o</sup>, hanc enim

*l. vii. ff. de v-* acquisitionem, quæ iure ipso non fit, tueretur Prætor, utile  
seru.  
*p l. j. §. vlt. ff. de* actionem dando, vt quasi seruitus acquisita esse intelli-  
aq. plu. arc.  
*q l. ii. §. vlt. si ser.* gatur<sup>p</sup>. Quod autem Accursiani, Ius pro Titulo hic acci-  
piunt, in eo vehementer falli nobis videntur, cum longe  
amplius, & maius sit in hoc tractatu ius, quam titulu ha-  
bere, atque ita passim, eo verbo vlos fuisse veteres com-

*vid. l. i. §. vlt.* perimus<sup>q</sup>. Itaque probabilius est, in rebus quoque in-  
corporalibus longo tépore acquirēdis, titulo opus esse,  
*de aq. plu. ar.* cum præsertim nulla satis firma ratio sit, cur à iuris regu-  
*l. apparet. de la* de rerum vslucione recedamus<sup>r</sup>. Nec enim verum  
*itin. act. pri.* est quod pro ratione vulgo adfertur, res nō magni mo-  
*r d. l. nullo.* menti seruitutes prædiorum à iuris autoribus habitas  
esse,

esse, cùm nullus in iure ciuili locus maiore cura, ac studio  
ab eisdem tractatus reperiatur. Et satis constat ex Cice-  
rone causas, in quibus iura piædiorum versarentur, olim  
centuariales, & inter grauissimas numerari solitas fuisse<sup>s</sup>. ; lib.i.de orat.

*Ciuale iudicium, & Crimina-  
le quid sit.*

C A P V T XXXV.

**I**UDICIA quæ pro maleficiis comparata sunt, quæ- a l vlt.C. de in  
dam Criminalia dicuntur, alia verò Ciuria<sup>a</sup>. Nam ad iur. §. in sum  
maleficia vindicanda, quibus magnoperè publica tran- ma. Inst.co.  
quillitas turbatur, variè sunt pœnae legibus & iure ciuili tit.  
constituta, de quibus sub tit. de pœnis, & alibi. Et quia b §. inst.de pe  
accusatio ad eam rem valde est necessaria, vt testatur Ci bl.iud.  
cero in oratione pro Roscio Amer. permisum est, non c l.litteratio. §.  
solum ei, cui nocitum fuerit, sed interdum etiam cuius è quod illicet.  
populo nocentem hominem deferre. & accusare b. Estq; ff.de pub.  
huius accusationis finis & scop<sup>b</sup>, vt Reip. quam leges vio  
lando non mediocriter offendit, pœnas debitas persol- d  
uar, non vt accusatori quicquam praestet c. Quisquis au- e nota in l.iii.  
tem ita accusatur, criminaliter dicitur conueniri. Nec ff.de sepul.  
quicquam referre puto, corporalisme sit, an pecuniaria  
pœna, qua eius audacia coerceatur d. Sed cùm hac crimi  
nis executione, Reip. tantum consulatur, non etiam accu- f l.i.ff.de incé.  
satori, grauiter fortassis læso. Prodix sunt priuæ quoq;  
& forenses actiones, que ad priuatum ipsius agentis, com  
modum intendantur: vt Furti actio, vi bonorum rapto- rui.nauf.l.  
rum, legis aquilæ iniuriarum, & similes, quæ Ciuiiles, non vlt.de priua.  
Criminales dicuntur, propterea quod humanius, atque deli.l.vlt.de  
ut ciuem decet, tunc agatur e. Dicuntur etiam pecuniarie furt.l.vlt.C.  
huiusmodi causa, quod agens ad pecuniarium proprium de iniur. &  
que commodum principaliter respiciat f. In criminali au  
tem iudicio hoc potissimum spectatur ut admissum pu  
blice utilitatis causa in exemplum vindicetur, tametsi e  
ius rei gratia plerunque pecuniaria sequatur condem  
natio

*g d. §. quod il-* natio *z.* Ex quo perspicuum est, non sat probabilem esse  
licitate. quorundam alioqui eruditorum opinionem, ideo conté-  
dentium, cùm pœna pecuniaria fisco adiudicatur, civile  
iudicium esse, quòd pecuniaria causa crebrò opponatur  
criminali apud iuris authores<sup>h</sup>.

*b. Io. Gillotius<sup>i</sup>*

*Isagog.*

*Civilium iudiciorum diuisio.*

CAP. XXXVI.

**C**I V I L I V M iudiciorum quædam Priuata sunt  
quædam Popularia. Priuata dicuntur quæ ei tan-  
tum, cuius priuatim interest: competunt: de quib<sup>a</sup>  
sub tit. de priuat. delic. Huius generis est Furti actio, Co-  
dictio furtiva, Vi bonorum raptorum, Iniuriarum, & a-  
liæ similes. Popularia iudicia seu populares actiones di-  
*a. l.i.de pop. act.* cuntr. quæ dantur cuius ex populo publici iuris tuendi  
causa<sup>b</sup>. Harum nonnullæ ad commodum publicum prin-  
*b. l.siquis id qd* cipaliter spectant, ut quæ aduersus album Prætoris cor-  
de iuristi. rumpentem proponitur.<sup>b</sup> Ac si plures agere volent, iudi-  
*c. l.si plures, de* ciis erit eam controversiam dirimere, & magis idoneum  
popul. actio. eligere, quod genus iudicij à veteribus, Diuinatio vo-  
*d. l.penul. dc po* batur<sup>c</sup>. Itaque nemo ex populo eas dicitur habere in bo-  
pu. act. *l.s. qd* nis suis<sup>d</sup>, nisi litem contestando excluderit, quo casu lu-  
pro eo §. vit. cro eius cedit victoria<sup>e</sup>. Aliæ ad priuatam alicuius, iniu-  
de fidei*us*. riariam principaliter pertinent, ut sepulchri violati actio, &  
*e. l.si cui. dever.* similes: quas qui habet, recte dicitur eo locupletior esse,  
sign. l.eu qui. Nam cæteris agere voluntibus, si velit, prefertur: & pro  
§ in populari curatorem constitutre potest, licet in aliis non possit<sup>f</sup>.  
b. de iureiu. Item mulieri & pupillo hæ dantur, aliæ non item<sup>g</sup>.  
*fl.in. de pop.*

*Criminalium iudiciorum diuisio.*

CAP. XXXVII.

*viol. l.licet. l.non cogendum. §. qui ita de procur. l.si vero. de his qui deiec. vel*  
*effud. g l.vi.de pop. act.*

**C**RIMINALIVM iudiciorum quædā sunt publica, quædam non publica seu priuata.<sup>a</sup> Ac ne homonymia verbi nos fallat, animaduertendum est, Publīcum iudicium aliquando dici omne iudicium criminale, licet criminis executio non cuius permittratur.<sup>b</sup> Idq; ad differentiam iudicij Civilis & Priuati, in quo scilicet de re familiari, & priuata agitur.<sup>c</sup> Nam alioqui Furtum, & alia id genus maleficia, publici iudicij nō sunt.<sup>d</sup> Et hoc sensu iudicium de famosis libellis publicum dici potest,<sup>e</sup> quamquam nonnulli ad legem Iuliam maiestatis, id referant.<sup>f</sup> In nostra autem diuisione publica iudicia intelligimus quæ certis legibus populi Romani constituta sunt.<sup>g</sup> Eaque variis ex causis sic appellata videntur.

I. quia leges huiusmodi publicæ dicuntur<sup>h</sup> II quia populi ipsius cognitio & animaduersio erat priscis temporibus, vt docet Pomponius c.2. de orig.iur. III quia maxime ad Republicam pertinet eorum facinorum vindictatio. IV. quia legibus illis executio & accusatio publica effecta, id est, cuilibet ē populo permitta est.<sup>i</sup> Asconius Pæd.in 1.actio. Cic.in Verrem; Causæ etiam priuatae sunt, sed Repetundarum, Ambitus, Maiestatis, & cæteræ, Reip.causa constitutæ sunt, Cic. pro Rabirio. Misera est ignominia iudiciorum publicorum, Misera multatio bonorum miserum exilium, Idem publicarum quæstionum sepe meminit, sicut & Pomponius noster capite posteriorē de origine Iuris. Nec igitur populares actiones in hunc numerum referuntur, tametsi publicationes aliquando dicuntur<sup>h</sup>, quia criminales non sunt, nec accusationem continent, vt ex iam dictis constat: nec suspecti tutoris accusatio, quæ quamvis patet omnibus, ex illis tamen legibus non descendit, quæ horum iudiciorum exercendorum ordinem, vim, & potestatem continent.<sup>j</sup> Ideoque dicitur non publica, sed quasi publica accusatio, vnde suspectus, remotus à tutela non continuo infamis fit, cum publico damnatus iudicio notetur infamia<sup>k</sup>. Et vt summatim dicam, quæ iudicis publicis attribuunt illæ leges, non conueniunt accusationi suspecti tutoris, hoc vno excepto, quod omnibus patet. Falluntur ergo

<sup>l</sup> i.de pub. in.<sup>l.s.</sup> de po.l.<sup>quis sit fugi-</sup><sup>tuus acil.</sup><sup>edit.</sup><sup>b</sup> l.interdū. de<sup>publ.ind.</sup><sup>c</sup> l.iii. de crifel.<sup>d</sup> l.vl: ff.de<sup>furt. l.stellio-</sup><sup>nat<sup>o</sup>. ff.de ex</sup><sup>traor. crimi-</sup><sup>e</sup> l. qd senatus.<sup>ff. de iniur.</sup><sup>f</sup> Alciat. inl.<sup>hac stipulatio</sup><sup>de ver. signifi-</sup><sup>g</sup> l.3. de puari,<sup>h</sup> l.vlt. de colle.<sup>l.i. ad le cor.</sup><sup>de sic. l.i.c.</sup><sup>vbi senato.</sup><sup>vel clariss.</sup><sup>i</sup> l.i. Inst. de<sup>publ.indic.</sup><sup>b</sup> l.eum qui.de<sup>ireiuran.</sup><sup>l.ordo. ff.de</sup><sup>publ.indi l.</sup><sup>iii. de puari.</sup><sup>k</sup> l.i. §.conse-<sup>quæs. de susp.</sup><sup>tut.</sup><sup>l</sup> l.infamem.de<sup>publ.iudi</sup><sup>§ su</sup><sup>spect<sup>o</sup>. Inst.de</sup><sup>suspect.tut.</sup>

- ergo qui putant à Iustiniano, lib. 4. Inst. publica Iudicis  
 diffimiri, quorum executio cuiusvis est populo datur <sup>m</sup>: cùm  
<sup>m</sup> §.i. Insti.de  
 publi.iud. iusti. uad. i. ap tradat Iustinianus non dissimulationem. Hæc  
 iudicia recensentur ab Vlpiano. c. i. de publ. iud. & à Iu-  
 stiniano, sub titu. de publ. iud. Insti. lib. 4. Quibus iudiciis  
 de hereticæ impietatis criminis addendum est ex Archa  
 dii constitutione <sup>n</sup>. Sed & Prævaricatio nonnunquam  
<sup>n</sup> l. manichæos publici iudicij esse dicitur. Sepulchri violati iudicium,  
 C. de hæret. & Concussionis inter publica non numerantur, nisi for-  
<sup>o</sup> l. iii. de præ- tè violando vel concutiendo vis facta esse proponatur,  
 uar. vel quicquam aliud admissum, quod ad leges publicoru  
<sup>p</sup> l. sepulchrivio iudiciorum pertineat <sup>p</sup>. Publicorum iudiciorum quedam  
 lati criminis. de capitalia sunt, quedam non capitalia <sup>q</sup>. Capitalia sunt, ex  
 sepulc. viol. l. quibus poena est mors <sup>r</sup>. Item Exilium quo scilicet amit-  
 u. de concus. titur libertas, aut ciuitas. Nam Relegatio, poena capitalis  
<sup>q</sup> l. ii. ff. de pu. non est, nec propriè exilium dicitur <sup>s</sup>. Vnde Ouidius ad  
 tu.  
<sup>r</sup> L. capitalium. Quippe relegatus, non exilior in illo  
 de poenis. Parcaque fortunæ sunt tibi verba mea.  
<sup>s</sup> d. l. ii. l. editio de bo. possi. Deportati autem verè exules sunt, qui carent ciuitate,  
 u. de poe. l. li. ideoq; modò Apolides, modò Peregrini dici solent <sup>t</sup>.  
 et capitalis. Exiliis tamen appellatio nonnunquam latius patet, pro re  
 de verb. sig. legatione scilicet, quæ salua ciuitate contingit <sup>u</sup>, vt apud  
<sup>t</sup> l. quidam. ff. Ciceronem in ora. pro Cecina, & eundem Ouidium,  
 de poe. l. i. C. cùm ita librum suum alloquitur,  
 de hæred. in-  
 sit. l. fd si Vade sed incultus, qualem decet exulus esse:  
 bac. ff. de in Inselix habitum temporis buius habe-  
 ius voc.  
<sup>u</sup> l. fd & si Non publica, seu Priuata dicuntur, de quibus nihil cau-  
 quis. ff. si quis tum est legibus illis, de quibus ante diximus, eaque lib.  
 cautio. l. exi- Digesto. 47. continentur. Ac ex iam dictis facile collin-  
 liu. de interd. gi potest, in huiusmodi iudiciis non quemlibet ex popu-  
 & rele. lo idoneum accusatorem esse: sed eum duntaxat, ad que  
 res pertinet, tametsi iure non satis id expressum reperia-  
 tur

tur<sup>x</sup>. Ceterū quæ his tribus capitibus continētur, quāuis in speciem leuia sint, tamen tota hæc diuīsio dilucidè studiosis vtilis admodum futura est, præsertim ad eam iuris ciuilis partem intelligendam, quæ ad crimina pertinet. Quam ex recentioribus Iurisperitis quidam sanè acutus, quadam (vt reor) incogitania magis, quam iudicij aut doctrinæ inopia, Sanctionem vocauit: cum Sanctio non iuris scientia quam nobis scriptam reliquit Iustinianus partem aut tractatum aliquem significet, sed cuiusque legis partem illam postremam, qua aduerlus eos pena statuitur, qui legi non obtemperauerint <sup>y</sup>.

Falsum esse quod vulgo dicitur, Neminem sine accusatione damnandum esse.

## CAPVT XXXV III.

**A**CCVSATI O est maleficii alicuius apud iudicem delatio, ad vindictam publicam solenniter facta. Dicitur Ad vindictam publicam: vt intelligamus actionem, quæ ad priuatum alicuius commodum, vel vindictam priuatam intenditur, accusationem propriè non esse: quod vel ex diffinitiōe actionis satis appetat: Actio est ius persequéndi, &c. <sup>a</sup>Impropriè tamen aliquādo pro accusatione accipitur <sup>b</sup>, vnde Perduellionis actio Ciceroni <sup>c</sup>, sic & accusatio pro actione nonnunquam apud eū <sup>d</sup>. Crimen apud iures consultos atque adeò veteres omnes Latinos authores pro accusatione, siue criminacione crebrò usurpatur <sup>e</sup>. Dicitur, Solenniter facta: quoniam absque libello inscriptionis nemo admittitur ad accusandum <sup>f</sup>. Denuntiatio tamen quæ ab accusatione non parum differt, citra inscriptionis vinculum recipitur. Ea autem magistratibus fieri olim consuevit, per certos homines, quibus id munus publicè mandatum fuerat, ne grauiora facinora, deficientibus fortè accusatoribus, impunita manerent: hi dicebantur Stationarii, siue irenarachæ <sup>g</sup>. Quo argumento & Procuratoribus quos vulgo,

Regios f. libellorū ff. de accu l.iii. C. de his qui accus. non poss. g. l. ea quidem. C. de accus. l.i. §. quies. de offic. præse. vrb. l. diuus adrianus. de cust. reo. l.i. C. de cu. T. sta.

<sup>x</sup> rot. in l. vlti.  
ff. de priua. de  
li.

<sup>y</sup> §. sanctæ ini-  
st. de re. di. l.  
sanctio. de pa.

<sup>a</sup> §. i. inst. de  
act.  
<sup>b</sup> l. i. ff. de cri.  
stellio. & C.  
quā. ciui. ac  
crimi.  
<sup>c</sup> not in. l. qui  
accusare. C.  
de eden.  
<sup>d</sup> in part. orat.  
<sup>e</sup> l. nullū crimi.  
ff. de reg. in.  
l. si cui erimē  
ff. de accus.

b d.l.ea.quidē. Regios seu fiscales hodie vocamus, hæc inscribendi ne-  
 cessitas remitti debet, hocque iure vtimur. Verum ne  
 d.l.i de curio prætextu muneris sui innocentibus negotium facessant,  
 d.l diuus A si quid calumniose, & fraudulententer denuntiasse depre-  
 accussator. ad hensi fuerint, & notoria falsa, id est, elogia, & testifica-  
 Sen.turpi- tiones falsas ad præsidem misisse, impunitam eorum au-  
 i l.rescripto. daciā remanere non oportet<sup>n</sup>. Quod si quis vulgare  
 si quis accusato regulam obiciat, qua dicitur, Neminem sine accusatore  
 rē. ff de mu. damnandum esse<sup>l</sup>: ideoque denuntiationem solam, ut co-  
 & hono. gnoscat præses, & judicer, non sufficere. Respondebo:  
 x d.l.rescripto. vulgus interpretum eam regulam confinxisse, nec apud  
 l.reus dela- vllum iuris authorem extare. Nam Vlpianus, quem eius  
 tus. e.tit. l.i. regulæ authorem citant, non prohibet, quominus crita  
 C. de re post. accusationem facinorosus puniatur: (id enim publicav-  
 l li. §. quies.de tilitati maximè aduersarium esset, nemine fortassis accu-  
 offic. præfe- sare volente) sed antequam sit reus delatus, interim ab  
 vrb.l.iii.dig. honoribus cum arceri vetat<sup>k</sup>. Quinetiam iubetur ma-  
 ad leg.iul.pe. gastratus, latrones, & alios quietem publicam turbantes  
 cul.iii.l.con- conquerere, & seuerissimè in eos animaduertere<sup>l</sup>. Et  
 gruit. ff. de hanc sententiam consuetudo quæ optima legum inter-  
 of.præf. §. pres dicitur, cōfirmat<sup>m</sup>. Vnde optimus imperator Tra-  
 vlt.de collat. ianus ad Plinium, Christianos, quibus fauere videbatur,  
 in nouel. l.i. conquirendos non esse: sed si deferantur, & arguantur,  
 C. de custo. puniendos scribit<sup>n</sup>. Qui locus innuit moris fuisse, vt  
 reo. l.si quis alioqui nocentes & scelerati, nemine deferente conqui-  
 in hoc. C.de rerentur à iudicibus. Veruntamē consultius fecerit quæ  
 episc. sitor, si non nisi fama publica, aut alia non leui causa  
 m l.si de inter- motus, ad huiusmodi inquisitionem accesserit, vt se o-  
 pretatione. mnem calumniæ suspicionem amoliatur<sup>o</sup>. Ob eam e-  
 fl.de legib. nim causam excusabitur, quamvis reus forte convictus  
 n lib.10.epist. non fuerit<sup>p</sup>.

Plinii.

o l.i. ff.ad legē Plures simul ad accusandum admitti posse, si inter  
 cor.de sicar.c ipsos conueniat, contra receptam opinionem.  
 qualiter CAPVT XXXIX.  
 & quando.

de accusatio. p Arg.l. habitator ff.locat.l, si quis fumo ff.ad leg.aqui.  
 SVPE

**S**VPERIORI capiti illud addendum esse duximus: quod cum aliis publice docendo acriter tueremur, ~~παρεπομπαῖς~~ quibusdam visum est, nec facile recipiendum, quos Bartoli, ceterorumque eiusdem notæ scriptorum authoritas magis, quam rationes nostra cōmouebant. Id autem est (ut breuiter ac simpliciter refaram) plures simul ad eundem hominem accusandū, eiusdemque maleficī, admitti posse, si inter ipsos cōueniat<sup>a</sup>. Nec enim rei contradictionem morari me dicebam, cuius nihil interest, an ab uno, an à pluribus simul, qui loco vnius sint, deferatur. Quinimo videtur hoc ei expedire, ut plures ad damna & sumptus in item factos, si vice-rit obligatos habeat<sup>b</sup>. Quæ tametsi vera sint, non tamen inficias eo, cum quis ab uno accusatus est, & receptus inter reos, à nemine alio accusari posse, ne diuersis iudicis sp̄ciis de salute sua periclitetur<sup>c</sup>. Quod si non conueniat inter accusatores ut simul omnes accusēt, iudicis officio dirimetur ea controvērsia, & magis idoneus praeferetur habita ratione dignitatis, morum, ætatis, eius quod interest, & aliarum huiusmodi rerū, de quibus apud Ciceronem luculēta & copiosa est disputatio in diuinatione in Verrem, & apud nostros authores variis in locis: quæ nos aduersus aliorum omnium sententiam sic intelligenda esse cēsemus<sup>d</sup>. Quo casu tamē oīm & quæ inter-estet, omnesque suam iniuriam persequerentur, corū neminem ab accusatione summovendū esse constat<sup>e</sup>. Sed an, insolidum pēna singulis adiudicabitur? Puto adiudicandam esse, sed ita demum, si nihilo sit leuior vni facta iniuria, quod eadem opera ceteris quoque illata sit<sup>f</sup>.

ce. l. si. plures ff. de popul. actio. l. ii. §. vlt. ff. ad leg. In. l. de adult. se. pul. viol. f. l. si. plures ff. arbo. furt cas. l. cū qui nocēt. §. si in xta. ff. de inim.

l. si accusato-ribus. C. de accusatio.

b. l. si quis dece-dēs. §. vlt. de lib. leg.

c. l. qui de crimi-ne. C. de ac-cu. l. hi tamē. §. vlt. ff. eo. t:

d. l. si plures. ff. de accusa. l. in. ff. de lib. ho. exhib. l. si vero. §. hac autem. ff. de his qui detie-

e. l. iii. ff. de

Theodosianæ constitutionis de iure liberorum  
interpretatio. C A P. XL.

**N**VLLA vñquam res maiori cura fuit sapientissi-mis quibusque reipublicæ gubernatoribus quam q. libero.

liberorum quibus repleatur ciuitas procreatio, & educatione.<sup>a</sup> Hac enim ratione humanum genus alioqui breui interitum immortale quodammodo redditur<sup>b</sup>.  
 a L. ff. solut. ma tri. l. cum ratio. ff. de bo. dān. b Gale. lib 14 de vñ part.

Qua de re ita Iustinianus noster scribit in quadam conditione: ΕΙ Κό γάμος θύτως ίσι σιμνόρ δω τῶ δινηρωπήν νόμινε δοκέηρ διδαγοίαρ εποτειχυντηρ ειογένεθει, κή της παιδωτοῖς διναιτούμενα τὰ ίεν μέν δινετηρ, τῆς τὸ διδε φιλανθρωπίας; καθ' οσορ, ίσι δικνατορ, τη καθ' ήμετρος διδάνατορ χαριούντης φυσι, ίκότως ήμετρος παιδωτούδεσα τὰ περι τῶρ γέ λαρη ίσι. Τὰ μέτρα τῶρ νομοθετεῖνετωμ, ίεν πάσι τῷσι στάκηι, οὐτε ἀνθρώποις, οὐτε τοράμασι, οὐτε καρροσ. Τὸ δὲ περι τῶρ γάμωμαρ σπουδασμα πάσισ ίσιρ (ως ίπτερ) τῆς δινηρωπίνης γονής, εξ οὗ η διανοίαται μόνη, κή πλίνοντος τῶρ ἄλλωρ φροντίδος καθίσκητε ἄρτορ. Hinc Horatius sapientiam suis se quondam ait, Concupitu prohibere vago, dare iura maritis, &c. quod ea res procreationi non parum office re soleat. Ac eò maius semper fuit veterum circa eam ré studium, quod maximè vererentur, ne ciuitates suas absque ciuium copia, & multitudine tueri ab hostibus, & a tronibus non posset. Vt autem de Hebræis, Persis, Atheniensibus, Lacedæmoniis, aliisque populis, gentibusque barbaris sileam, ac de Romanis tantum verba faciam, à quibus hoc ius, quod interpretamur, profectū est, huius rei fidē facit oratio Metelli illius Numidici apud Gelium, quam in censura ad populum habuit, vt ostenderet ciuitatem saluam esse sine matrimoniorum frequentia non posse. Si sine vxore possemus. Quirites, esse, omnes ea molestia careremus. Sed quoniam ita natura tradidit, vt nec cum illis satis commodè, nec sine illis ullo modō vivi possit. saluti perpetuae potius, quam breui voluptati consulendum. Sed multò illustrior est, & vberior Augusti de ea re ad Pop. Romanum oratio apud Dionem lib. 56. quam qui voler inspiciat. Est enim ea prolixior, quam vt commodè hue transferri possit. De vtroque autem, id est, Metello & Augusto ita scribit Florus in epitome Titi Liuī. lib. 59. l. Metellus censor censuit vt ducere vxores omnes omnino cogerentur liberorum creandorum causa. Extat eius oratio, quā Augustus Cæsar cum de maritandis ordinibus ageret velut eo tempore

pore scriptam in senatu recitauit. Ceterum iure Romano maxima iis qui nuptias contraherent, liberosque haberent, proposita suisse præmia, iam inde ab Augusti tempore apud varios authores comperimus, quorum lethio ad iuris nostri cognitionem magnopere conducit. Nec eo contenti, poenas etiam aduerlus cœlibes & orbos excogitauere, quas sustulerunt deinde quidam Christiani principes, cum virginitatem & cœlibatum Deo gratiorē esse, & acceptiorē coniugio didicissent à Theologis. Sed verba ipsa authorum præstat hic adscribere:

## Mart.lib. 2.ad Cæsa.

Rerum certa salus, terrarum gloria, Cæsar,  
Sospite quo magnos credimus esse deos:  
Si festinatis toties tibi lecta libellis  
Detinuere oculos, carmina nostra tuos.  
Quod fortuna vetat fieri, permitte videri,  
Natorum genitor credar ut esse trium.  
Hæc, si displacui, fuerint solatia nobis:  
Hæc fuerint nobis præmia, si placui.

Idem in Nœvolum lib. 3.

Nunquam dicas Aue, sed reddis, Nœvole, semper,  
Quod prior & Curius dicere sœpe solet.  
Cur hoc expectas à me? rogo, Nœvole dicas.  
Nam puto, nec melior, Nœvole, nec prior es.  
Præmia laudato tribuit mihi Cæsar uterque,  
Natorumque dedit iura paterna trium, &c.

Idem lib. 9.ad Iulium.

Rumpitur inuidia quidam charissime Iuli  
Quod me Roma legit, rumpitur inuidia.  
Rumpitur inuidia quod turbæ semper in omni  
Monstramur digito, rumpitur inuidia.  
Rumpitur, inuidia tribuit quod Cæsar uterque  
Ius mihi natorum, rumpitur inuidia.

Nescio quid, de te non belle Dento fateris  
 Coniuge qui ducta iura paterna petis  
 Sed iam supplicibus dominum lassare libellis  
 Desine, & in patriam serus ab urbe redi  
 Nam dū tu longo deserta uxore diuque  
 Tres queris natos quattuor inuenies.

## Idem lib.9.ad Fabullum.

Vxor cum tibi sit formosa pudica puella  
 Quid tibi natorum iura Fabulle trium?  
Quod petis à nostro supplex, dominóque deóque  
 Tu dabis ipse tibi si potes arrigere.

Hinc ille iocus in Munnam. qui paucissimos habebat discipulos apud eundem lib. 10.

Iura trium petiunt à Cæsare discipulorum  
 Assuetus semper Munna docere duos.

## Cornel.Tacit.lib.2.Annal.

De prætore in locum Vipsanii Galli, quem mors abstulerat, subrogando, certamen incessit. Germanicus atque Drusus (nam etiam tum Romæ erant) Haterium Agrip Pam propinquum Germanici fovebant. Contrà pleriq; nitebantur ut numerus liberorum in candidatis præpolleret, quod lex iubebat. Lætabatur Tiberius cùm inter filios eius & leges senatus disceptaret. Viæta est sine dubio lex, sed neque statim & paucis suffragiis, quomodo etiam cum valerent, leges vincebantur.

## Idem lib. 3.

Relatum deinde de moderâda Papia Poppæa, quam senior Augustus post Iulias rogationes incitandis cælibum

bum penis, & augendo æario sanxerat, nec ideo coniugia, & educationes liberorum frequentabantur praua lida orbitate. Cæterum multudo periclitantium gliscet cum omnis domus delatorū interpretationibus subuerteretur.

Idem lib. 15.

Percrebuerat ea tempestate prauissimus mos cum propinquis comitiis aut forte prouinciarum, plerique orbificis adoptionibus adsciscerent filios præturasque, & prouincias inter patres sortiti statim emitterent manu quos adoptauerant. Qui magna cum inuidia senatu aduent ius naturæ, labores educandi aduersus fraudem, & artes, & breuitatem adoptionis enumerat. Satis pretii esse orbis quod multa securitate nullis oneribus gratiam, honores, cuncta propta & obvia haberent. Sibi promissa legū diu expectata in ludibrium verti, quando quis sine sollicitudine parens, sine luctu orbus longa patrum vota repente adæquaret. Factum ex eo senatus consultū, ne simulata adoptio in vlla parte munieris publici iuuaret, ac ne usurpandis quidem hæreditatibus prodeisset.

Sueton. in Augusto.

Leges retractauit, & quasdam ex integro sanxit, ut sumptuariam, & de adulteriis, & de pudicitia, de ambitu, de maritandis ordinibus. Hanc cum aliquanto quam certas seuerius emendasset, &c.

Plin. ad Priscum lib. 2. epist. de quodam Voconio loquens. Equidem iuuenis statim inueui, quantum potui par æatem auidissime contuli, & nuper ab optimo principe trium liberorum ei ius impetraui: quod quanquam parcet & cum delectu daret, mihi tamen tanquam eligere, indulxit.

Idem ad Traianum lib. 10.

Exprimere domine verbis non possum quantum mihi gaudium attulerit, quod me dignum putas iure trium liberorum. Quamuis enim Iulii Seruiani optimi viri, tunc amantissimi precibus indulseris, tamen etiam ex rescripto intelligo libentius hoc ei te præstítisse, quia pro me rogabat. Videor ergo summam voti mei consecutus,

cum inter initia felicissimi principat<sup>9</sup> tui probaueris me ad pecuniam indulgentiam tuam pertinere, eoque magis liberos concupisco, quos habere etiam illo tristissimo seculo volui, sicut potes duobus matrimonii meis credere.&c.

Idem eo.lib.ad eundem Traianum.

Suetonium Tranquillum probissimum, honestissimum, eruditissimum virum, & mores eius secutus, & studia iam pridem, domine, in contubernium adsumpsit, tantoque magis diligere cepi, quanto hunc propius inspexi. Huic ius trium liberorum necessarium faciunt duas causas. Nam & iudicia amicorum promeretur, & parum scelis matrimoniū expertus est: impetrandumque à bonitate tua per nos habet, quod illi fortunae malignitas denegauit. Scio, domine, quantum beneficium petam, quod peto a te, cuius in omnibus desideriis meis plenissimam indulgentiam experior. Potes autem colligere quanto pere cūpiam, quod non rogarem absens, si mediocriter cuperem.

Idem lib.7.ad Fab.

Calestrium tyronem familiarissime diligo, & priuatis mihi & publicis necessitatib<sup>9</sup> implicitum, simul militamus, simul Questores Cæsaris sumus, ille me in Tribunatu liberorum iure præcessit.&c. Plutarchus in libro. πι:ρὶ τῆς φιλοσοφίας. Ορεπι:ρὶ τοῦ γάμου, ὅστε τι:ρὶ λόγωις ρι:κατὰ θύσιμη. περιτομὴ οὐκ ἀναμένει νόμος ἀταράς η:ρι: γάμος καταπέποικον θύσιμον ποδίται η:ρι: Σόλωνος, οὐδὲ ἀτιμίας ἀτικνωμέδειοικεμ, οὐδὲ τιμᾶς διάκονης τριταῖδας, λογίων μαρτιώρ πολλοὶ γαμοῦσι η:ρι: γεννῶσιμ, οὐχ ινα κακρονόμους ξχωσιμ, αλλὰ ινα κακρονόμεμ δύνωνται.

Seneca lib.3, de benef. cap.34.

Licet tibi inquantum velis extendere beneficia filii cum paternum munus & simplex sit & facile nec danti votarium. Quid necesse est multis? Dedit etiam quibus dedisse necicit, in quo consortem habet, in quo spectauit legem patriam, præmia patrum, domus ac familiæ perpetuitatem, omnia potius, quam eum cui dabat.

Musonius

*Musonius apud Stob.*

ἢ δὲ γομοθέται ὁις ἀνὴρ πότῳ γέγονεν ξέργον, οὐδὲπέρ τί μέρ  
δεσμὸν τελεῖ, τι δὲ κακοῦ, καὶ τι μέρ ἀφιλεῖ τί δὲ βλάπτει τὸ κοι-  
νὸν, ὃνχι δὲ οὐδέποτε παντες συμφερότατορ μέρ ταῦς τελεστ  
ἴνομισθε ως πληνίνεσθαι τὸς τῶν πολιτῶν οἰκος βλαβερώτες  
τόν δὲ τὸ μιτσεῖδαι οὐ ἀπαιδίαιρ μέρ ἢ ὀλιγοταπειδίαιρ τῶν πο-  
λιτῶν ἐπιλαβόντες ἵνατο ἀλυσιτάτες, το δὲ ξέρει τοῦτο, οὐδὲν διεῖ  
τελλεῖται ξέρει τούτους, πότο μέρ γάρ ἀμβλίσκειρ ἀπειπειρ,  
ταῦς γνωσθεῖ, οὐ ταῦς ἀπαιδεύειται ξέρειται ξέρειταιρ, πότο δὲ ἀπό-  
κια προσέβασι οὐδὲν κακοῖς ξέρειται ξέρειται ξέρειται ξέρειται  
δὲ πολιτευόμενος ἔτεσται ξέρειται ξέρειται οὐ γνωσθεῖ τοῦτο ἀπαι-  
δίαιρ ξέρειται ξέρειται.

*Eusebius in vita Con-  
stantini.*

Τὰς ἀπαιδίας παλαιοῖς νόμοις τερψίς εἰ τῆς τῶν γονίμορ θεατο-  
χεῖτι μαρτυρεῖτο, οὐδὲν διεπειπειρ τῷρ δεικνυειρ, ἀποκνὺς νόμωρ, οὐ  
ταῦτη πατελημεληκότες ἀποτοις ζημία κολαζειρ, λύγεις διη συγ-  
χωρεῖ κλεψονομέτρ τοῖς προσόκοτας, τοῦτο βασιλεῖς ιτει γό-  
δσιορ μεθάρμετες τοῖς κατά γνωμήρ παλημετεντασίτεωρ, τῇ  
προσηκούσης μέριο σωφρονίειρ κολασσοι. ἀπαιδίας μέρ πολ-  
λούς η φύσις δινέσθειρ, ινέμενές μέρ πολυτεαίδίας ιντυχῆσατο.  
τερπητέας δὲ φύσιος οὐδεινίσια, ἀλλοιδίν ἀπαιδίας γεγνάσιρ, οὐ  
παραιτέονται παίδιωρ θεατοκῆς, γνωπειάς δι' ἀποσροφῆ μη-  
ξιωσ, ἀρ σφοδροτάτω φιλοσοφίας έρωτι προσθεντο, ἀγνίσαιρ δὲ  
οὐ παντελή παραβενταιρ γνωμής ιερωσυνή διέ καθιρρωμέναι  
μιτηλεύθ, ἀγνῶν οὐ παναγειρ διώ, φυκῆ οὐ σῶματι σφεῖς δευτέρ  
καθιρρωθεσαι. Τι οὖμ, τιμορίας έξιορ οὗτος, οὐδειματοκή ἀπο-  
μοχῆς ξέρκη ηγέσιδαι, οὐ μέρ γάρ προδινμία, πολλῆ άξια, γο δὲ  
κατόρθωμα, ηρέτηρ φύσιος παίδιορ ιτειδημήσιας τερμάνοις,  
ξελεισθαιδλλ οὐ πμωρεσθαι προσκη. οὐρ δὲ πο κρίτηνος ξ-  
ρασκηρ ξειορ ξιναι ηπειραμαθειρ, άλλ οὐ κολαζειρ.

*Sozomenus lib. I. Ecclesiast.*

*bislo. cap. 9.*

Νόμος ήρ ὁμαδίοις παλλαιός ξεπό ξικοι οὐ πινέ ξτομ, πο ξιωρ,  
δεξιούσθαι, κολύωρ τούς ξγάμους τοις μή τοισύπε, πιει άλλα  
q iiiii τι πολλά

τὶ πολλὰ καὶ χρήματα περιπλάνησεν ἐκ Μιασθήτου τοῖς μὲν γένεσι ἔγγυτάτως περισκοντας. τὸς δὲ ἄποινας ζημιῶν χρήματα τῷρες καταπλεύμενων, ἔθιντο δὲ οὐτόποιοι επίλαι ἀρμάτοις, πολυάγροις οἰστοῖσι τὴν ὁδούνταν καὶ χρυσόνταν οἰομένοις, ιερόποιοῖς τῷρες πολλά τὸ νόμδιοντας ἀποβαλλόντες τὰ σώματα ἡραφούλιοις πολέμοις. ὑπεροῦν δὲ βασιλεὺς παρὰ πέτοχεν πράγματας τοὺς παρεπινέαρ καὶ διατάσσεις ποιεῖ θεραπεύεταις, λυπθεὶς ἐνόμισερ εἰς τοιμείας καὶ στάσιμης ἀντρωπωρού μέντος θεατῶν τούτων γένος ἄνευρος, τῆς φύσεως δὲ κατά τὴν ἀνωθεὶρ ἴστιμετρησιν φθοράρη καὶ αὐτοῖσιν μιχομένης, καὶ νέμορ τῶν δίκαιων προσφύγοντεργάστησεν τὰς πάντας πάντας τῷρες εἰς τοιμείας πολεμός, καὶ πολλάκις οὐδὲν τούτων τοιμείας, οὐ μάρτιον καὶ πλέον ἔχειν οὐνομοδέτης τοὺς ἵγκρατες καὶ ταρθενίας βιβλίατας, ἀπειλεῖς δὲντες μούς ἔργοις τι καὶ πελεῖας καὶ ἀνίβοις δύσις μιατίθισθαι παρὰ δὲ κοινῇ πεποιητέρην τῇρες ἐρωματώμων πολιτίας. τοιρὶ παίαντωρ γάρ τοιμενίδες ἀκάθιτοις ἔργοις δεῖσιοι θεῖοι θεραπεύεντες, καὶ οἰλοσοφιάρη δοσκέντηρ, τοιμενίτοντας χάρεις καὶ οἱ παίανοι ἐρωματώμων μιατίθισθαι τὰς διατακυρές παρεπινέας καὶ ἔργατας δύσις οὐνομοδέτης. τοιμενίοις δὲ κακέντονοι μέγιστοι τῆς πολεισθίας ποιεῖται τὴν μιρροκίαν αἰδούσις, τοὺς μὲν τὸ παντακῆ κληρικούς δύσις νόμος ἀπταῖταις ἀνήκει. τῶν δὲ ιπποκότωρων ιππογλάσσεσθαι τὴν κερτίνην ιππέτρῳ τῆς μιατίθισθαις ζομένσις, ἥπερ βούλωνται τοὺς πολιτηκούς ἔρχοντας παρεπινέας. κυρίαρη δὲ ἵνατην ἀντεῖρην φορεῖ, καὶ κρείττω τῆς πολιτείας μετανοῶρ, ὡφελεῖς παρὰ πολεισθίας ἔργοντας ιππέτρῳ τὴν κερινόμενα ἀγαρύποις τοὺς ἔρχοντας, καὶ τοὺς μιακονκάνινος δύσις σραπιώτας, ὀμιτατρέπτες ἵνατην τῷρες συνόδιον τοὺς ὅρης, οὐτέ πέρ δὲ μετροπολιθόντας γραφῆς ἔξιορ μη παραπλεύειν τὰ νεονομοδέτημένα τοῖς ὀφελεῖσι, πολιτείας ἐρωματικῆς τυγχάνειν, τάντης τῆς ιππέθοις ἔργωρέστως, οἵτινες νῦν ὁ χρόνος φέρει τὸρ ἰλιγχορ, οὐδὲ πρασπότες τοῖς πεζοῖς τούτης νόμοις προγράφασθαι οἷς τοῖς γραμματέσις τῷρες ἐλευτερώδηροι. ὅμην δὲ πονταντίνος τοιμενίταις ἐνομοδέτης, καὶ διὰ πάντωρ οἰστούμιαζε τὴν θευσκέαρ γεραίρεθρον. ἥπερ δὲ καὶ παῖδες ἵππητην ἐνκλείεις, μιάτηρ δρεπάκη τῷρες τότε μιτόντωρ ἀντήμη.

Extant autem duas Constantini & Theodosii Imperatorum

ratorum constitutio[n]es lib.8. Cod. Iustin. titu[er] de infir.  
 p[ro]c. ecclib. quibus p[en]as omnes aduersus ecclibes at-  
 que orbos statutas antiquarunt, & sustulerunt, ac prae-  
 pu[er] p[en]a legis Papie Popea, seu de marit[us] ordinib[us]  
 ab Augusto quondam latr[et], vt si vir & vxor liberos non  
 haberent, eius, quod alter legasset alteri, decimam par-  
 tem fiscus caperet. cuius legis Tacitus & Tranquillus in  
 locis supra citatis meminerunt. Meminit & Vlpianus in  
 libello nuper inuenio rit. de solidi capacitate. Eiusque  
 legis multa fuerunt alia capita quo[rum] est frequens men-  
 tio in iure ciuili. Veluti vt non liceat post quinquaginta,  
 sexaginta[us] annos matrimonium contrahere.<sup>a</sup> Ut in- a l[eg]ancimus.C.  
 ter senatores & libertas no[n] permittur matrimonium de nup.  
 b. Ut qui duos filios in potestate habuit obligatione o- b l[eg]it. C. de  
 perarum liberetur.<sup>c</sup> Ut iusurandum remittatur quod nup.  
 liberto in hoc impositu[er] est ne vxorem ducat d. Ut si li- c l[eg] 7. C. de o-  
 berta ab inuito patrono diuertat, alii nubere inuito pa- per.liberto.  
 trono no[n] possit, e. Et alia id genus qua[rum] inter legendu[er] à d l[eg] adigere, de  
 quo quis studioso obseruari possunt. Ad hanc autem le iur.patrona.  
 gem allusissime Iuuenalem recte censuit Alciatus cum ait, e tit. vnde vir.  
 & vx.

*Iura parentis habes, propter me scriberis haeres,*

*Legatum omne capis.*

Verum quod idem scribit, Theodosii & Honori[us] lege  
 sub titulo de iure liberorum lib. Cod. Iustin. 8. sublata  
 esse priuilegia omnia liberos habentibus concessa, & à  
 coniugio, ac fecunditate nihilo diffire orbitatem, &  
 ecclibatum, mili non modo falsum (pace eius dixerim)  
 sed etiam perabsurdum videtur<sup>f</sup> cum in codem Codi- f Alci.l.ter.e-  
 ce extent duo tituli de his qui numero liberorum se ex- nixa de ver.  
 cusant, lib. 5. & 10. Idque ius in libris Institutionum, quæ  
 post codicem illum edita fuerunt, reperitum sit, titu-  
 de excus.tuto. Sed & in libris Pandectarum quedam  
 huiusmodi priuilegia reperiuntur<sup>g</sup>, quæ si Theodosii g l[spurj].de  
 lege sublata dicamus, stultitia damnemus Iustinianum  
 necesse est, qui post eam legem Codici suo insertam  
 Pandect sig.

Pandectas conscripsit & publicavit. Adde quod hæc sententia legis Theodosiane verbis non cōuenit: NE  
 M O pos hac à nobis ius liberorum petat, quod simul  
 hac lege omnibus concedimus . Quis enim non vi-  
 det longè aliud esse ius liberorum omnibus concede-  
 re, quam liberos non habentes habentibus pares & æ-  
 quales reddere? Existimo autem de his, qui legitimū  
 numerum liberorum habent, loqui Theodosium , eōl-  
 que ante illam constitutionem solitos à principe vaca-  
 e l.vlt.C.de his tionem & immunitatem imperare: quod quum vide-  
 qui numer. li retrum superuacaneum, ac principi ipsi per molestum, &  
 ber.lib.10. graue, semel omnibus id ius indulgere voluit. Idemque  
 Leo Imperator in specie non dissimili aliquādo fecisse  
 d I.ā.C.de thes. legitur, boni principis functio officio. Principē enim (vt  
 de Iudice Cato dicebat) nec de iustis orari, nec de ini-  
 stis exorari decet. Illud verò haud scio an fefellerit Al-  
 ciatū, qd existimauit, ius liberorū tantū dici quod à prin-  
 cipe liberos non habētibus datur. Nam ius liberorum is  
 e I. Inst. de Se- quoque habere recte dicitur, qui liberos habet. Pau-  
 na. Tertul. §. lus lib. 4. senten. titu. de Intel. succel. Matres tam inge-  
 i. l. qui testa- nuæ, quam libertinaæ, ciues Romanæ, vt ius liberorum  
 mēto de ex- consecutæ videantur, ter & quater peperisse sufficiet,  
 cus.tuto. dummodo viuos & pleni temporis pariant. Quæ semel  
 uno partu tres vel duos filios edidit, ius liberorum non  
 consequitur, &c. Idem codem lib. titu. Ad Senatuscon.  
 Tertullia. Ius liberorum mater habet, quæ tres libe-  
 ros aut habet, aut habuit, aut neque habet, neque ha-  
 buit. Habet, cui supersunt: habuit, quæ amisit: Neque ha-  
 bet, neque habuit, quæ beneficio principis ius libero-  
 rum consecuta est.

*De iuris & facti questionibus: & ex-  
 plicatus Vlpiani locus.c.*

LXIX.tit.

*de Iudi-  
 cij.s.*

CAPVT

OMNIS quæstio, quæcunque apud magistrum sive iudicem inter duos litigatores incidit, aut juris esse dicitur, aut facti. Quæstio juris est cùm constat factum esse id, de quo lis est, nec villa est inter litigantes controversia an factum sit, sed cause status finitus est, aut iuridicalis, &c. Ut est rhetorum loquendi consuetudo. Nos enim omnes causarum constitutiones, excepta coniecturali, hoc verbo complectimur. Continetur autem omnis quæstio juris aut verborum proprietate, aut æqui disputatione, aut voluntatis coniectura, vt Fab. ait, libro 12. Nec verò dubium est, olim non modò iureconsultorum fuisse munus, de hisce controversiis respondere consulentibus: sed etiam magistratum, si forte à iudicibus consulerentur<sup>a</sup>. Sed & principum quoque ea fuit consuetudo, vt satis demonstrant ea rescripta quæ Iustinianus noster in codicem suum congregavit. Quem morem retinuisse Pontifices etiam Romanos, Imperatorum exemplo indicant epistole, quæ Decretales vulgò dicuntur. Iulius Capitolinus in Macrino: Fuit in iure, inquit, non incallidus, adeò vt statisset omnia rescripta veterum principum tollere, vt iure non rescriptis ageretur, nefas esse dicens leges videri Commodi & Caracalli & hominum imperitorum voluntates, cùm Traianus nunquam libellis responderit, ne ad alias causas, facta præferrentur, quæ ad gratiam composita viderentur. Illud observatione indignum non est, huiusmodi rescripta non ita concipi solita fuisse, vt quæstionem omnem consultationemque completerentur, sicut hodie ea concipi videmus, quæ à principe, aut Cancellaria principis impetrantur. Vulgus Literas patentes appellat. Consultor enim, sive is litigator esset, sive magistratus, aut Index, libellum offerebat principi, vel iis, qui libellis præfecti erant ab eodem, quales hodiè sunt Magistri requestrarum in Gallia. Cui libello subscribebat princeps, quid libi videretur iuri, æQUITATIQUE consentaneum.

*a. I. cum quem.  
ff. de Ind.*

**b** §. i. *Instit.* neum. Argumento est, quod huiusmodi rescripta sub-  
quib. non est scriptiones à iuris authoribus vocantur<sup>b</sup>. Ac plerum-  
permissa test. que magna in huiusmodi rescriptis hodie reperitur ob-  
l. si quis obre scuritas, quod quæstio illa, & relatio, ad quam princeps  
pserit ff. ad l. rescriperat, defyderetur in codice Iustiniani. Cæterum  
corn. de. fat. l. in his controværsiis iudices de iure pronunciare, & ita  
i. C. quom. et sententiam ferrè solebant.<sup>c</sup> Quam iudicandi rationem  
quæd. iud. l. minimè obseruant nostri temporis iudices: sed ita abso-  
luit. &<sup>d</sup> s. C. cō luunt reum, aut cōdemnant, vt prorsus ignoret, quæ res  
mi. epist. pro- iudicem ad sententiam ita ferendam impulerit. Quæstio  
gram. facti dicitur cùm non cōstat, an id factum sit, super quo

**c** *Cic. in ora. pro Cecinna. l. si expreßim. ff. de appell. l. iff. que s' esté. sine app. l. ii. C. quan. prouo. non est neces. l. q. testameto de excu. tuto.* lis orta est, quodque inficiatur reus. Et hanc causæ con-  
stitutionem Rhetores vocant Coniecturalem, quod  
expreßim. ff. coniectura tunc verūm queratur. Qua in re nullus sanè  
est iuris scientia locus, vt testatur permultis in locis Ci-  
cero: sed quemadmodum gladiator in arena consilium  
capere dicitur, veteri prouerbio: ita bonus ac prudens  
iudex ex re nata statuet, perpensis diligenter omnibus  
circumstantiis, an satis probatum fuerit, nec ne<sup>d</sup>: magis-  
que eum instruerit in hoc negotio Rhetorum, quam Iu-  
riconsultorum libri. Ac si quid apud nostros authores  
reperitur, quod ad eam rem pertineat, id à Rhetoribus

**d** l. iii. ff. de test. l. 7. c. de fidei com.

**e** l. nō statim. ff. ad le. fa. de ff. l. ev. quæ. pla. de Iud l. seue. H. vlt. de instruct. leg.

**f** *Cic. in orat. p. Fon. l. 3. ff. de testib. l. mora ff. de vñsur. l. quod dicitur de impen. in re. dot fact.* Iureconsulti de huiusmodi questionibus, nec magistra-  
tus, nec principes olim respondere solebant<sup>e</sup>. *Cice. in Top.* Admonet hic locus, vt queratur, quid ante rem,  
quid cum re, qui post rem euenerit. Nihil hoc ad ius ad  
Ciceronem, inquietabat Gallus noster, si quis ad eum ta-  
lè quid retulerat, vt de facto quereretur, &c. Denique  
quicquid est vbiique talium præceptionum, siue apud  
Rhetores, siue Iurisperitos, ita instruit iudicem, vt certa  
tamen regula minimè eum astringat, sed omnia potius  
eiusdem relinquat arbitrio<sup>f</sup>. Verūm vbi cognita causā,  
ac discussio negotio factum iudici probatum esse, aut  
non esse, vñsum fuerit, pronuntiabit, ita factum esse, vel  
ita factum videri, aut contrā. Fuit enim hic vetus feren-  
dæ sententiæ mos, vt si constitutio causæ iurisdicinalis  
eiset, de iure, si conjecturalis, de facto pronuntiaretur, vt

supra

supra diximus. Ex iam dictis satis planum, perspicuum-  
que esse arbitror, quārō laxiores habenas iudex in que-  
stionibus facti quām iuris habeant. Facti quæstio, (inquit  
Papinius) est in arbitrio iudicantis.<sup>h</sup> Et Paulus, Facti  
quæstio, inquit, in potestate iudicatiū est: iuris autem  
autoritas non<sup>i</sup> est. Idq; sumptū videtur esse ex Aristote-  
le, cuius hæc verba sunt, lib. 1. Rhetor. īn dē φαντάρι, ὅπ  
πό μέρη ἀμφισβετήστος, δύστερι τις ἔστο τὸ δέδειαι καὶ πρᾶγμα  
ἔπι τις, ἢ ὁκτιστι, ἢ γέγονερ, ἢ οὐ γέγονερ, ἢ δέ μηχανικόρι, ἢ  
μηχανικός ἀδίκορι, ἢ τοῦ νομοθετῆς δικαιώματι, ἀντιού, διὰ πτῶ του  
μηχανικοῦ λεῖ γενέσκειρ, ἢ οὐ μηχανικοῦ ταφετ τῷρ ἀμφισβη-  
τούντωρι. Μαλισα μέρη δρι προσάκι δύτος ὄρθως κικάνως γόμης  
ὅτε ενέρχεται πάντα μηχανικοῦ δυτός, ἢ οὐ λαχίσα καταλι-  
πειρ τις τοις κρίνσις πρώτορι μέρη, ὅτι ιναλαβέρι ηδίκης  
ἔρχορ, ἢ τολλούς ἵν φρονέντος, ἢ μὴ δυναμίνες νομοθετεῖρης  
μηχανικόρι, τις τις δικέρη νομοθετεῖρις εἰς τολλάχρον σκηνήμα-  
νωρ γένοται, ἀτ δὲ προσεις εἰς τεσογύς, ὡς χαλιπόρι ἀποδιδόνεις  
ἡ μηχανικός ἢ δη συμφέρορ κατούς κρίνοντας, πό δὲ πάντωρ μέγι-  
σορ, ὅτι η μέρη πό νομοθετεῖρις προσις οὐ κατα μέρος, θυτι το  
παρόντωρι, ἀλλά τις μελλόντωρ ηκαθέλετις. ὁ δὲ ιναλασι-  
σης η μηχανικός ήδη, τις ταρόντωρ ηδη ἀφωρισμένωρ κρίνσις,  
πρός οὐς ηδη φιλερη ηδη ηδη μιστέρη, ηδη ιδιορι συνί-  
ρηται πολλάκις, ὡς τι μηκέτι μηνασθειτι θεωρετι ικανοδηρό δικ-  
οίς, ἀλλά τις ιπτισκοτερηρή προσορ ηδητορ, ηδη ιαπτηρέρη πριμέρ οὖν  
τῷρ ἀλλωρ ὕστεροι λέγοντει, μέτρης ιλαχίσορ ποιερη κρίσιορ ηδη  
κριτηρι. Τερι δὲ πό γέγονεις η μὴ γέγονεις, ηδη ιστοδαι, η μὴ ιστ-  
οδαι, ηδη ιναι, η μὴ ιναι, άναγκη τις τοδεκριτι καταλεπτειρ.  
δη η δινορηρ ταῦτα ηδη νομοθετηρ τροποδηρ. Itaq; maiorem  
gratia, vel ambitiois materia præbet facti quæstio, q; iu-  
ris, vt ait Vlp. sub tit. de iudic. c. 79. Qua de re ita disse-  
rit Cic. in oratione p. Cecinna, vt grauius nihil, elega-  
tiue dici possit. Cui<sup>j</sup> verba eò studiosius hic adscripsi,  
q; locum illū Vlpiani, qui suboscur<sup>k</sup> est, mirum in modū  
illustrant. Nam qui ius ciuile contemnendum putat, is  
vincula reuellit non modò iudiciorum, sed etiam utili-  
tatis vitaq; communis: Qui autem interpretes iuris vi-  
tuperat, si imperitos iuris esse dicit, de hominibus, 'non  
de iure ciuili detrahit: Si peritis non putat esse obtem-  
perandum,

<sup>l.</sup> viro ff. fo-  
lut. matr. l. j.  
ff. que sente.  
sine appell. re.  
l. j. ff. ad  
Turp. l. Dini  
fratres. ff. de  
libe. caus. l.  
2. 4. de falsi. l.  
maritus. de  
quæst. l. si p-  
ses de pen. l.  
filio de adim.  
leg. l. 4. de mu-  
ner. patrimo.  
latit<sup>m</sup> de ver-  
bo. sign. Cic.  
l. Aca. quæ-  
stio. ad finem  
et in Verr.  
lib. 4. et 7.  
Seneca lib. ii.  
de benef. c. 7.  
l. j. ad S. C.  
Turpil.  
l. ordine. ff.  
ad municip.

<sup>k</sup> d. leum quem  
tenere.

perandum , non homines lœdit, sed leges , ac iura labent factat . Quod vobis venire in mentem profectio necesse est , nihil in ciuitate tam diligenter , quam ius ciuile retinendum . Etenim hoc sublatu , nihil est quare exploratum cuiquam possit esse , quid suum , aut quid alienum sit: nihil est : quod æquabile inter omnes , atque vnum omnibus esse possit . Itaque in cæteris controversiis atque iudiciis , cum queratur , aliquid factum , nec ne sit , verum an falsum proferatur , & fictus testis subornari solet , & imponi falsæ tabule , nonnunquam honesto ac probabili nomine bono viro iudici error obiici , improbo facultas dari . vt , cum sciens perperam iudicarit , testamentum , aut tabulas sequutus esse videatur . In iure nihil est eiusmodi . Recuperatores , non tabule false , non testis improbus : denique nimia ista , quæ dominatur in ciuitate potentia , in hoc solo genere quiescit: quid agat , quomodo aggrediatur iudicem , quæ denique digitum proferat , non habet . Illud enim potest dici iudici , ab aliquo non tam verecundo homine , quam gratiose . Iudica hoc factum esse , aut nonquam esse factum , vel cogitatum . Crede huic testi : Has comproba tabulas : Hoc non potest : Cui filius agnatus sit , eius testamentum non esse ruptum , iudica : Quod mulier sine tutori auctore promiserit , deberi : Non est aditus ad huiuscmodi res neque potentia cuiusquam , neque gratia . Denique quod maius hoc , sanctiusque videatur , ne pretio quidem corrumpi iudex in eiusmodi causa potest .

*Conciliatio duorum locorum Domitiij Vl-  
piani de crimine stellionatus  
in speciem pugnan-  
tium .*

CAPVT XLII.

Variis

**V**ARIIS modis infamia quis notari potest: imprimis hominum opinione. Nam is qui apud bonos & graues viros male audit, infamis dicitur, licet ei & legibus nulla irrogetur infamia<sup>a</sup>. Itaque eum, qui restitutus est famæ, hac nota adhuc laborare existimo, verumque esse, quod ait Plautus in Persa,

*Hominum immortalis est infamia:*

*Etiam tum vivit, cum esse credas mortuam.*

Hinc Claudius Cæsar, cum cuidam notam appositam deprecantibus familiaribus admissit, Litura tamen (inquit) extat sentiens, remissa culpa, infamie prioris vestigium manere. Hæc infamia tametsi neminem à postulando repellat, nec tam efficax sit, quam ea quæ iure irrogatur: effectu tamen non caret<sup>b</sup>. Alterum est genus infamie, quæ irrogatur alicui iure ciuili, & si forte apud bonos viros non sit grauata eius existimatio: eaque iuriis infamia vulgo appellatur, superior verò facti. Dupliciter autem id contingit: uno modo cum lex factum ipsum notat, non sententia<sup>c</sup>: vt, si quis ab exercitu ignorante causa dimissus sit: Si artis ludicrae causa in scaenam prodierit: si lenocinium fecerit: idque prætoris edicto expressum est<sup>d</sup>. Aliquando factum ac personam notat non lex, sed sententia<sup>e</sup>, vt is demum hanc notam subeat, qui fecisse iudicatus est, cum in exemplis subscriptis, factum ipsum sufficiat, nec sit necessaria sententia. Cuius rei exempla in prætoris edicto extant<sup>f</sup>. Quibus addendum est, eum qui iudicio publico damnatur, infamia quoque notari<sup>g</sup>. Nam damnatus ex crimine, quod publici iudicii non est, ita demum notatur, si ex eodem maleficio ciuiliter & priuato iudicio damnatus, infamis eset<sup>h</sup>. Itaque stellionatus crimen regulariter dicitur famosum non esse, quia publicis iudiciis non numeratur<sup>i</sup>. Vt, si emptor, exempli gratia, venditorem accuset, quod sciens, prudensque rem alii obligatam vendiderit<sup>k</sup>: aut creditor debitorem, quod rem alii obligatam pignori dederit<sup>l</sup>. Sed cum stellionatus i*l. i. ff. de crimi-*

*lob hæc verba. ff. de his q not. ifa. l. ea. l. verbū. l. inter loquatio. C. ex qb. cau. ir no. infal. honori. ff. de ob se. d. lib. d. l. honori. l. eos ff. de decu. l. infamia. C. e. tit. l. ii. C. de digni. l. fratrib. C. de inoff. testi. l. te sta. l. testi. l. ob carmē. ff. de testi.*

*c. l. palā. §. que in adulterio. ff. de ritu nup. l. imperator. ff. de his qui no. infamia.*

*d. l. i. ff. de his q not. infal.*

*e. d. §. que in a- dulterio.*

*f. d. l. i. ff. de his qui not. infal.*

*g. l. infamē. ff. de publ. iud.*

*h. d. l. infamē.*

*crimen stellio.*

*¶ l. i. ff. de crimi. stellio.. l. i. tutor. § contrarium. ff. de pigno. actio.*

crimen obicitur ex ea causa, ex qua competenter actio  
*m. l.i. de his ff.* famosa, puta de dolo<sup>m</sup>, merito damnatus eò criminis  
*qui not.infia.* §. infamia notabitur<sup>n</sup>. Nec aduersatur huic sententiæ quod  
*vlt. Instit. de Vlpianus ait,* criminis stellionatus infamiam irrogat dam-  
*perp. & tēp.* nato, quamvis publicum iudicium non est<sup>o</sup>. Non enim  
*acti.* hæc verba significant, quisquis hoc iudicio damnatur,  
*n d.l.infamem.* infamia notari: sed mendoſe colligi publicum iudicium  
*o l. quid ergo.* non est, nō igitur infamat. Estque orationis genus pref-  
*§ vlt. ff. de his sum, elegans, & Iureconsulto dignum, cuius simile apud*  
*qui not.infam.* Paulum legitur sub tit. de paſt. c. 28. Nam nec nouare  
*p l. si. vnus.* alium posse quamvis ei rectè solvatur, P &c.

Explicatus præter aliorum sententiam tracta-  
*tus de Interrogatorijs actionibus*  
*lib. X. Pandect.*

CAPVT XLIII.

**O**LIM cogebatur is, qui nulla actione conuentus fuerat, interrogatori ab alio sibi factæ in iure, id est, apud Prætorē, respondere. vt sciret actor quantū ab eo petere deberet, & quomodo iudiciū cōstituendū es-  
*a Prætore:* vt putā, interrogabatur reus, an esset hæ-  
*res, vel bonorū possessor: & quota ex parte ex testamé-*  
*to, an ab intestato an in potestate haberet eū, cuius noīe*  
*iudicio noxali agendum erat: an quadrupes, quæ paupe-*  
*riēm fecit, sua esset: an esset XX V. annis minor: an fun-*  
*dū possideret, & quota ex parte: an loci dominus esset,*  
*ex quo damnum timeretur, &c. Ac tametsi id Præ-*  
*toris edicto contineatur, quod Vlpianus & cæteri*  
*Iurisprudentes interpretantur sub titu. de interroga-*  
*actio, lib. Pandect. 10. Callistratus tamen hunc morem*  
*in iure interrogandi ante iudicium constitutum in de-*  
*suetudinem abiisse testatur: quod nemo cogatur ante*  
*iudicium de suo iure aliquid respondere. Proin-*  
*a l.i. de interrog.* de actiones interrogatoriæ sublatæ dicuntur<sup>r</sup>. Inter-  
*act.* rogatoriā autem non hic vocamus, qua interrogati-  
*oni*

tioni cogitur respōdere aduersarius, vt quidam opinantur: quorum nomini parco, ne crabrones excitare velle videar: nulla enim eo nomine vnquam fuit actio, nec actionis nomen huic rei conuenit. Sed dicitur Interrogatoria, quæ ex interrogati responsione datur, perinde ac si obligatus esset<sup>b</sup>, & hæc etiam actio Confessoria dicitur<sup>c</sup>. Verùm loco huius interrogationis, quæ à Prætorie siebat, hodie post iudicium constitutum interrogari potest reus, actore postulante, si id æquum iudici visum fuerit, proderitque confessio actori ad probationem<sup>d</sup>. Ac si rem principaliter deductam in iudicio respiciat, confessio ea pro condemnatione habetur. Illud magno- perè doctissimos quoque turbat, quod per totum illū tractatum fit mentio actionis interrogatoria, edictum- que Prætoris de ea actione propositum interpretantur. Iureconsulti perinde ac si sublata non esset: hac (vt opinor) ratione, quia nō omnino fuerat hæc actiones subla- tæ, sed minus frequentabantur<sup>f</sup>.

<sup>b</sup> l. de etate. l.<sup>vlt. eod. tit.</sup><sup>c</sup> l. prænde. ff.<sup>ad leg. aquil.</sup><sup>d</sup> l.i.l. vbiq;<sup>de iterro. act.</sup><sup>e</sup> toto tit. ff. de<sup>confes.</sup><sup>f</sup> l.i.eod.tit.

*Cur de alimentis ex contractu debitibus recte  
transigatur absque Prætore, de iis quæ  
testamento relicta sunt  
non item.*

## CAPVT XLIV.

**S**CRIBIT Vlpianus, cùm ii, quibus alimenta reli-  
cta erant, facile transigerent, contenti modico præ-  
senti, Diuum Marcum oratione in Senatu recitata effe-  
cisse, ne aliter alimentorum transactio rata esset, quām  
si autore Prætore facta sit<sup>a</sup>. Et quia de alimentis relicitis  
locutus fuerat Marcus (quod verbum ad testamento re-  
fertur) subiicit idem Vlpianus de his, quæ ex alia causa,  
quām ex testamento, aut vltima voluntate debentur, re-  
cte transigi. Cuius diuersitatis varie solent rationes ad-  
duci, quas referre supersedeo. Ipse arbitror, ita ius con-  
stitutu fuisse, vt volūtas testatoris seruetur<sup>b</sup>. Quem ve-  
risimile

<sup>a</sup> l. cum hi. ff.<sup>de transact.</sup><sup>b</sup> l.i.C.de sacr.<sup>eccl. l.vel ne-</sup><sup>gare. ff. quæ-</sup><sup>ad.testamen.</sup><sup>aper.</sup>

risimile est alimenta potius legatario particulatum, qui fortassis frugi nō est, sed segnis, & inertis vita, vt de ali-  
 e d. l. cum hi. §. mentis omnino penderat, quām summam aliquam pecu-  
 modus. nia semel præstari voluisse: quod ipsi prospectum velit,  
 ne deuorata magis, quām comes ea pecunia (id quod  
 Sallustio obiecit Cicero) tandem esfure, aut mendica-  
 d arg. l. eu qui. re cogatur. Quæ ratio cessat in his, quæ ex contractu  
 ff. de annu. debentur. Obligatio enim quæ ex consensu contrahé-  
 leg. l. multi. tium orta est, cur eorundem consensu non dissoluetur?  
 ff. de liber. Hanc opinionem nostram confirmare soleo, venustissi-  
 & positi. mis & festiuissimis Versibus Val. Martialis in Philomou-  
 e l. prout. ff. de sum lib. epigramma. II I.

solutio. l. ni-  
 hil tam natu-  
 rale de reg.  
 iur.

Constituit philomuse pater tibi millia bina  
 Menstrua, pérque omnes præstitit illa dies.  
 Luxuriam premeret cùm crastina semper egestas,  
 Et vitiis effent danda diuina tuis.  
 Idem te moriens hæredem ex affe reliquit,  
 Exhæredauit te Philomuse pater.

*Quid sit Epistola apud iuris autores.*

CÆPVT XLV.

R E S C R I P T U M est à Vero & Antonino, licet  
 Epistola additum non sit, stipulatum esse eum cui  
 cauebatur: tamen si res inter præsentes gesta est, cre-  
 dédum esse præcedentem stipulationem vocem spon-  
 a l.i. C.de cont. dentis subsequtam esse. Quæ verba enarrans Accur-  
 & cō stipul. sius, Res inquit, id est, stipulatio nō epistolæ missio, quis  
 enim cùm coram est, epistolam mittit? & hæc interpre-  
 tatio Ciceronis autoritate cōfirmari posse videtur, qui  
 inuentam esse epistolam, vt certiores faciamus absentes,  
 scribit in quadam ad Curionem Epistola. Verū non  
 ideo assentimur Accursio, cùm Epistola præter vulga-  
 tam illam significationem interdum pro cautione, siue  
 chirographo accipiatur. Cuius appellationis hanc exi-  
 stimo rationem esse, quia moris fuit veteribus salutatio-  
 nes huiusmodi cautionibus p̄ponere, & ad exemplum  
 literarum

literarum quæ absensibus mittuntur, eas cōcipere<sup>b</sup>. Scē-  
uola cap. vit. de const. pec. Lucius Titius Seiorum de-  
bitor decessit: hi persuaserint pupillo Mænio quod he-  
reditas ad eum pertineret, & fecerunt ut epistolā in eos  
exponeret, debitorē esse, &c. Marcel. cap. 34. de pig.  
act. Titius cūm credidisset pecuniam Sempronio, & ob  
eam pignus accepisset, futurumque esset, ut distraheret  
id creditor, quia pecunia non solueretur: petitiū à credi-  
tore, ut fundum certo pretio emptum haberet: & cūm  
imperasset epistolam, qua se vendidisse fundum credi-  
tori significaret, emisit, &c.

*Cause coniectio quid sit apud Paulum. cap. I.  
de diversis regulis iuris antiqui.*

## CAPVT XLVI.

**V**ID sit Cause coniectio apud Paulum c. I. de  
diversis regulis iuris antiqui cūm ait, Per regu-  
lam igitur breuis rerum narratio trāditur, & vt  
ait Sabinus, quasi causa coniectio, &c. Primus omnium  
(nisi fallor) demonstrauit in commentario, quem ante  
biennium edidi, in tractatū de Pactis, & quorundam  
nostrī seculi Iurisconsultorum sententiam cōfutauit, ex-  
st̄imantium Cause coniunctio legendum esse apud Pau-  
lum, non coniectio<sup>a</sup>. Admonuimus enim Conicere cau-  
sam, forense verbū esse, nec aliud significare, quam cau-  
sa argumentum iudici, apud quem agenda est, summa-  
tim exponere. Itaque Sabinus ostendere volēs regulam  
quæ iure constituta sunt breuiter & summatim complecti,  
eam cause coniectioi comparat. Ita enim interpreta-  
tur hoc verbum Asco. Pædianus, cuius est & apud alios  
authorēs crebra mentio. Author Rhetor. ad Herenniū  
libro. 2. Afran. apud quosdam Grammaticos veteres,  
nam is author (ut verum fatear) nunquam à me lectus  
est. Gellius libr. 5. cap. 10. & libr. 17. cap. 5. Duabus au-  
tem de causis id denuo hīc ponēdūm duxi: vna est, quod  
contradicere volētibus, si qui sunt, quos à nobis dissen-  
tientium authoritas commoueat, satisfacere, eorumque

<sup>a</sup> Alci. lib. 5.  
parerg. ca. 1.

objeta diluere cupiam. Altera est, quia ex cōmētario  
de pactis, si à typographis iterum excudatur ille liber,  
quasi paulò alienius à proposito id eximere decreui.

*Dicis causa, aliquid facere: apud Iure-  
consultos quid sit.*

CAPVT XLVII.

**E**ADEM ratio nos impulit, ut quod in eodē cō-  
mentario scriptum à nobis extat de hac forma lo-  
quendi, Dicis causa, iterum hīc adscriberemus. Est au-  
tem Dicis causa facere, nec bona fide, nec serio, & verè,  
sed p̄functoriè tantum, & per simulationem quandam  
facere, ut ex locis, ad eius rei confirmationem à me ci-  
taris, & in eum commentarium congregatis appareat, nem-  
pe Caii.c.4. Commo. Vlp.c.1. de senatusc. Sila eiusdem,  
c.5. ex quib.caū.maior. Cicer. in Verrem lib.7. Plinii.l.  
28.c.2. Dicis autē legendum esse, non Ditisi, ex M.Varr.  
didicimus lib.5. de lingua Latina. Quo generē loquen-  
di usus est quoq; Arnobius aduersus gentes, cuius ver-  
ba hēc sunt lib.3. vt mihi quidem videtur, nam in enem-  
data sunt exemplaria. Nisi fortē dicetis alias quidem in-  
esse diis formas & honoris & dicis causa species vos eis  
accommodeauisse mortalium quod maioris multo est cō-  
tumelia quam erroris aliquid ignoratione fecisse. Idem  
lib.4. Interrogare vos lubet ipsoſque ante omnia Ro-  
manos dominos rerum ac principes, vtrūmne existime-  
tis pietatem, concordiam, salutem, honorem, virtutem,  
felicitatem, ceteraque huiusmodi nomina quibus aras  
videmus à vobis cum magnificis exædificatas delubris  
vim habere diuinam cœlique in regionibus degere? an  
ita ut assolet Dicis causa ex eo quod optamus & volu-  
mus bona ista nobis contingere, superorum retuleritis  
in censum.

*De actione, que aduersus corruptentes edi-  
cta, publicè proposita datur.*

CAPVT XLVIII.

EDICTA

**E**DICTA Prætorum quædam erat perpetua, quæ  
jurisdictionis ppetuæ causa proponabantur. Quod  
tum siebat, cùm Prætor generaliter ediccebatur, quibus de  
rebus, aut quomodo in omnibus causis, & omnibus  
personis ius esset dicturus, quādiu magistratu fungere-  
tur<sup>a</sup>. Ut enim Prætores ex edictis suis perpetuis ius di-  
cerent, cautum fuerat lege Cornelia, ut Pædianus scri-  
bit. Alia erat quæ in singulas personas aut causas appo-  
nebantur ab eodem, prout res inciderat, veluti quibus  
absens in ius vocabatur<sup>b</sup>. Eodem sensu M. Cicero in Bru-  
to, questiones perpetuas à L. Pisone constitutas suisse  
scribit. Nam antea in singula crimina quæstoriibus mā-  
dari eas à populo moris erat, vt postea dicemus. Cūm  
autem ea edicta, quæ perpetua erant, ideo in publicis lo-  
cis proponerentur in tabula, aut charta, aliáue simili ma-  
teria, vt se præmunirent ciues (inquit Pomp.) omnib[us]  
que, quorum maximè intererat, innoteſcerent; ac nemo  
ex populo eorum posset ignorationem causari: nonnū-  
quam siebat, vt in contemptum maiestatis Prætoriæ, &  
totius populi graue incommodum à perulatibus & im-  
probis hominibus corrumparentur, Itaque huius teme-  
ritatis coercenda gratia Prætor aduersus eum, qui tale  
edictum dolo malo corruperit, actionem p[ro]c[on]alem dat  
ad. 50. aureos, quæ popularis est, & cuius ex populo cō-  
petit. Edicta autem, quo eam actionem proponit Prætor,  
elegans est & perspicua Vlp. interpretatio<sup>c</sup>.

a l. ii. ff. de orig.  
iur.

b l. ad perem-  
ptorium. ff.  
de iud.

c l. si quis id  
quod ff. de in-  
risd.

*Ad edictum à Prætore propositum, de eo  
qui nouum ius aduersus alium  
statuit, vel impe-  
trauit.*

### CAPVT XLIX.

**E**A fuit Prætorum autoritas, & vt Pauli verbo utar,  
maiestas<sup>a</sup>, nec solum Prætoris, sed Proconsulis etiā  
in prouincia, aliorumque similium magistratum, vt ius  
statuere ipsis permitteretur; non quidem contra leges:  
t. iii. (nam

a l. si familia  
ff. de iuris d.

**b** l.cum spōsus. (nam id Prætori nunquam concessum fuit<sup>b)</sup> sed de iis  
ff de publī re quæ nullo certo iure erant comprehēsa. Statuebant au-  
ct*l.i.* ff. ex tem ius vel perpetuum , siue perpetuæ iurisdictionis gra-  
quib.caū.ma.tia, quandiu in magistratu essent, vt suprā diximus.c.48.

vel in singulas causas & personas ius dicendo, id est, de-  
cernendo aliquid, vel ius quoddam prescribendo iudi-  
cibus datis, à quo non licet eis cognoscendo, iudicā-  
dōque recedere, de quo satis fuse dissenserimus, c.53. Quæ  
res ambitionis magistratibus ansam dabat, contra mo-  
rem maiorum, contraquæ ius & æquum sapienter ius  
dicendi: eoque nomine Cicero in Verrem acriter inue-  
hit. Itaque visum est operæ pretium huic malo ne lon-  
gius serperet pena, quæ hoc editio continetur, velut  
remedio quodam mederi: & non solùm magistratus cu-  
piditatem & ambitionem, qui nouum iniquumque ius  
statuerit, sed etiam eius qui postulauerit, impetraverit-  
que, comprimere, ac vindicare. Priore igitur capite hu-  
ius editi cautum est, vt si magistratus aliquid noui iuris  
in aliquem statuerit, quemcunque postea aduersarium,  
& quandocunque habuerit, ipse eo postulante eodem  
uti iure cogatur. Hinc Cicero in quadā ad fratrem suū  
epistola: Qui in magistratibus, inquit, iniuriosè decre-  
uerant, eodem ipsis priuatis erat iure parendū. Quo iu-  
re nihil æquius, aut iustius potuit unquam excogitari.  
AE qualitas enim (vt ait Seneca) prima pars æquitatis  
est. Hinc illud Euripidis meritò commendatur à sapien-  
tissimis quibuscque πίστης κομιδα. Estque hoc ius à Ci-  
cerone lib. de Inuent. 2. Par appellatum, quod in omnes  
æquabile esse, & à natura profectum, in moremque vul-  
gi approbatione perductum ait. Et nota est omnibꝫ Py-  
thagororum sententia, qui iustum simpliciter & ἀντιτε-  
τωντος, id est, mutuam perpessionem, seu talionem esse  
dissiniebat. Nouū autē ius idē iniquū habetur, quia id  
ius quod vetustas cōprobauit certū est ferē non minus,  
quam lex aliqua. In quo iure maximā partē eortū versari,  
quæ Prætores edicere cōsueuerūt, idē autor est in eodē  
lib. Hinc etiā lib. 3. in Verr. Veniūt, inquit, ad Chelido-  
niem: dom⁹ erat plena, noua iura, noua decretū, noua iu-  
dicia

dicia postulabantur, &c. Posteriore capite edicti hoc continetur, ut si quis à magistratu quicquam noui iuris aduersus aliquem obtinuerit, quandoconque, & quo- cunque postea aduersario postulante, eodem iure vt cogatur. Exemplo vtitur. Vlp. quod vulgo non intelligitur<sup>c</sup>. Si quis impetraverit à Prætore iudicium purum & simplex aduersus debitorem suum, sine exceptione pa- cti, puta vel doli, aut alia huiusmodi, quæ addi solebat, iudicio magis ex æquitate quadam, & consuetudine Pre- torum, quam quod lege aliqua id constitutum esset. Qua de re videnda sunt ea, quæ alias in commentario de Pa- Etis accurate disputauimus<sup>d</sup>.

Brevis & dilucida interpretatio Edicti Prætorii  
de eo qui ius dicenti non obtemperat.  
ex Vlpiano.

*ff. quod quis  
que iuris l. sy.*

*d. i. iurisgentiu.  
in ver. a. Sio-  
nem à Præto-  
re dandam.*

## C A P V T L.

**E**DICTVM à Prætore propositum fuit aduersus Eum, qui ius dicenti non obtemperat, quod Vlpianus interpretatur his verbis: Omnibus magistratibus, non tamen Duumiris, secundum ius potestatis sue con- cèssum est iurisdictionem suam defendere poenali iudi- cio. Is videtur ius dicenti non obtemperasse, qui quod extre- mum est in iurisdictione, non fecit: veluti si quis rem mobilem vindicari à se passus non est, sed duci eam vel ferri passus est. Cæterum si & sequentia recusavit, tutor, vel curator ius dicenti non obtemperauerit, hoc edicto ipse punitur, non dominus, vel pupillus. Non so- lùm autem reum, qui non obtemperauerit, hoc edicto teneri Labeo ait, verùm etiam petitorem. Hoc iudicium non ad id quod interest, sed quanti ea res est, concludi- tur. Et cùm meram penam cōtineat, neq; post annum, neque in heredem datur. Huius loci sensum (quem om- nes qui nominis alicuius in scientia juris ciuilis nostra-

patrumque memoria fuerunt, summo studio conati sunt interpretari) neminem adhuc satis explicasse, cuius scripta in manus meas venerint, affirmare ausim. Quanquam verutus interpres Bulgarus (cuius sententia ab aliis explosa est) non procuia scopo aberrasse mihi videtur. Quae res me mouit, ut in tanta authoru dissensione, quae ta vix usquam reperitur, ac præsertim recentiorum Alciati, & Zasii, sententiam meam, quam ante multos annos in schola nostra defendi, nunc omnibus studiosis aperire: libenter mutare eandem paratus, si eruditis non probari intellexero. Ut igitur ad rem veniamus, Hoc editio iudicium datur aduersus eum, qui non obtemperat ius dicenti, id est, vel magistratu qui potestatem habet; vel ei, cui mandata est, ab eodem iurisdictione. Datur autem (ut exstimo) non fisco, sed ipsi litigatori: non ad id quod intereat, sed quanti ea res est, de qua mouetur controvèrsia: adeo ut si forte calumniosa fuerit petitio, nihilominus condemnatio fiat. Itaque meram pœnam continet hac actio, absque villa rei persequutione, ut hic Vlp. ait. Ac ne cui durum nimis, & acerbum hoc ius videatur, considerandum est, quām graue sit magistratum pop. Ro. qui cum imperio & potestate sunt, maiestatem contemnere<sup>b</sup>. Nam his tantum permittitur secundum ius potestatis suæ & vim imperii quod habent<sup>c</sup>, iurisdictionem suam hac actione data tueri, non etiam Duumviris & magistribus municipalibus, ut hic dicitur. Huc accedat, quod ita demum huic editio locum esse scribit Vlpia. si quis id quod extremum est in iurisdictione non fecerit. Nam si quis magistratu ad se vocanti non paruerit non continuo tenetur pœna huius editi, quæ sane grauissima est, quamvis multari posse ab eo, modo legitimam quantitatem non excedat<sup>c</sup>. Sed postquam magistratus eum non comparétem iussit ducit, vel aduerfarium in possessione ire, aut quid aliud simile, nec is obtéperauerit, quia hoc extremum in iurisdictione est, nec potest ultra progreedi decernendo aut ius dicendo, tunc pœna huius editi coércebatur. Alio non absimili exemplo hic vtitur Vlpianus, cum rem mobilem à possesso ut suam vindic

a l. pen. ff. ne-  
quis eū qui in  
ius.

b l. si familia,  
de iurisdict.

c l. cū Praetor  
de iudicet.

d l. ii. ff. si quis  
in ius vo. non  
et c.

e l. eos. C. de  
mo. multit.

f l. iniuriarū a-  
Elio ff. de iuu.

vindicaret quispiam, is vnde petebatur iudicium accipere recusabat, futurum sperans, vt ita condemnationem vietaret, cum litio non contestata non possit aduersus quemquam Romano iure sententia ferri. Queritur, quid iuris sit? & respond. impunè eum non patere, quod ad poenam huius editi attinet, quia in iurisdictione hoc extremum non est: Idque significant haec verba, Veluti si quis rem mobilem vindicari a se passus non est, sed duci eam, vel ferri passus est: quibus addenda sunt haec. Non incidit in poenam, quasi non obtemperauerit, vel similia. Quid igitur? Prator deinde rem illam mobilem ferri vel duci juber, custodiā scilicet causā, propter contumaciam: ne huic quidē decreto paret reus. Ait Vlp. editi poena tūc eum teneri, nempe his verbis: Ceterum si & sequentia recessauit, tunc non obtemperasse videtur. Nam ex duob⁹ propositis, quod posterius est interdum Sequēs dici sollet, vt Zafius annotauit<sup>h</sup>. Sed qui fieri potest, vt petitore non obtemperans, hoc edito teneatur? Respōdeo, Edictum de reo tantum contumace loqui, non etiam de petitore. Itaque Vlpianus ad petitorem editum porrigit interpretatione sua quia ius certum non erat, nec verbis editi expressum, Labeonem eius opinionis authorem laudat: Commodissima autem ratio petitorem contumacem huius editi poena plectendi, hæc est, ut postea age revolenti denegetur iurisdictionis, idque solitum fieri. Vlpianus alibi ostendit<sup>i</sup> Mouere autem nos nō debet quod mihi à nonnullis obiectū memini, si actor non adsit editum circumduci, idque in iurisdictione extremum vide ri ut aduersus actorem locus huic edito non sit<sup>k</sup>. Hoc enim accipiēdū est cum actor vocatus non sit &c. Si enim malit reus litem omnino finiri quam circumduci editum curabit absentem actorem vocari tribus editis ut ob contumaciam suam omnino cadat causa ut cōstitutione noua Iustiniani expressum est<sup>l</sup> Nam & eo iure quod in Pandectas relatum est actor non obtemperans ius dicenti damno litis afficitur.<sup>m</sup> nempe si editis sole niter vocatus non adfuerit & sic quod extremum est in iurisdictione non fecerit. Nec mirum cuiquam videri de-

*l. is enī §. qui  
legatorum ff.  
vt in pos. leg.*

*b l. vlt. ff. de  
vulg. & pup.  
sub.*

*i l. sed & si per  
Prætorem ff.  
ex quib. cau.  
maio.*

*k l. & post de  
cōd. indeb.*

*l. aut. qui se-  
mel c. quom.  
& quād. iud.  
m l. cōtumacia  
de re iud.  
de-*

debet, quod verba aliquot hic subaudienda esse dixerimus: cum huiusmodi schemata apud veteres authores vissitatis sint, ut Budaeus nosler non uno in loco admonet. Cicero in Bruto: Forti animo esse oportere censebas, quod ea gessissem, quae de me etiam me tacente ipsa loquerentur, mortuoque viuerent. Quae si recte esset salutis reip. sin secus interitu ipso testimonium mearum de rep. consiliorum darent, Quae forma loquendi ad Graecorum imitationem haud dubie usurpata est à Latinis. Lucas in Euangeliō. c. 13. de fico loquens, καὶ μὲν ποίησις απόστολος, λέει μάκρις τὸ μέλλον ἐκκέψεις ἀντίκρ. Et siquidem fecerit frumentum, sin secus succides eam. Aristot. lib. 7. Polit. c. 9. τὸ μὲν γὰρ τὰ μὲν προσάγειν, τὰ δὲ μὲν προσάγειν, πρὸς τὸν διάμορφὸν εἰστινές κύριοι μετά τῷρ γερέντωρ, δέρ διογνωμονῶσται πάντες οἱ δὲ μὴ οὐδέποτε διῆμος Aristoph. in Pluto:

Καὶ μὲν ἀπὸ φύνεως μόσχοι  
Αγαθῶμα διπλάντωμα ὄτσαρ ἀντίαρι μὲ  
Τυμῆι μὲν ἡμέτερος ζώντας ὑμας, λιθέμι  
Ροιέτορ δόλι τοῦ δέ, τι γ' ἔρι οὐδέποτε δοκεῖ.

Aristophanis interpres huius schematis quod ἀρταπέδοντορ vocat, aliud citat exemplum ex Thucyd. libr. 3. καὶ οἱ μὲν σύμβολοι πέρα οἱ δέ μὲν μιτυληναῖοι οἱ πάτηρ ναῦς τε παρασθέντες τείχη κατέλαμψαν.

Item aliud ex Homero Iliad. 8.

Ἄλλοι μὲν σύμβολοι γέρας μηγάδυμοι Λχαιοι  
Αρσένεις κατὰ θυμόροπος ὄπως ἀντάξιοι ξεῖναι  
Ἐπί μίνει μὲν θάσωσιν, λέγε δὲ καὶ δύτος ἵλωμαν.

Maneder apud Eustathium Homeri interpretet, οἱ μὲν δὲ τίνα πόρον ἔχειν δέ μὲν συνόντι ἕγειρα, Plato Comicus apud eundem, οἱ μὲν σοι τὴν θάμασθαρά πολέσσι οἰκάρι, οἱ δέ μὲν τοῦτα πάντα συντριβάνουν ἀπολέσσω. Sophocles οἱ μὲν κιερός ξεῖναι, οἱ δέ μὲν λέγει.

Vlpianus quoque Demosthenis interpres huic non omnino dissimilem ἀλιτιφηρού apud eūdem obseruauit in Olynth. 3. Sed de his iam plus satis.

Patrem

Demosthenes in 7. olynthiaca.

εὐρή γέν ταῦτα τοῖς σφρευομένοις αὐτοῖς δέσποτοι  
γδεντούς οὐμέν προερεθεστορά. οὐδὲ μηποτασθη.

Patrem filio, aut filium patri recte iudicem  
dari, quamuis magistratus liberis suis  
ius dicere non possit. & conciliatio  
locorum Vlpiani atque A-  
frican pugnan-  
tium.

## CAPVT LI.

**P**R AE T O R, qui iurisdictioni praeest, in causa sua,  
aut suorum iudicem dare, & formulam cognoscendi  
ac iudicandi prescribere non potest: ne affectu & gratia  
ductus, à iustitia & æquitate deflectat. Ita Vlpianum in-  
terpretor sub tit. de iurisdict. c. 10. in Pandect. <sup>a</sup> Nam ius  
dicere ita accipiendum est apud eundem ut capite. 53.  
demonstrabimus. At patrem filio iudicem dari, aut filium  
patri, si priuatum sit negotium quo de agitur (nam in pu-  
blicis iudex dari non solet) nihil vetat, consentiente scilicet  
aduersario: idq; Africanus sentire mihi videtur sub-  
tit: de iud. ca. 77. <sup>b</sup> Est enim iudicare munus publicum, <sup>b</sup> in priuatis:  
vt sub eodem tit. Paulus ait, ca. 78. Et in his quæ ad ius  
publicum attinent, inuicem extranci habentur pater &  
filius<sup>c</sup>. Consensu autem litigantium iudices dari olim co-  
sueuisse alibi ostendimus<sup>d</sup>. Quod si quis obiciat, adeò  
id certum, indubitatumque esse, vt Africanum id literis  
mandare voluisse parum credibile sit. huic respondeo,  
eandem quæsiōnem de arbitrio agitaram esse a veteri-  
bus, quem tamen litigantium consensu eligi nemo un-  
quam dubitauit<sup>e</sup>. Sunt qui negotia priuata peracutè (si  
di placet) & scitè apud Aphricanum domestica inter-  
pretantur, quæ ad nullius commodum, vel incommodeū,  
praterquam patris ipsius, aut filii pertinent: alii alia com-  
miniscuntur. Verum mihi propositū non est, omnia scri-  
ptorum omniū somnia, futile s̄que & ineptas opiniones  
scrupulosus hic excutere: quæ patescunt, confirmatisq;  
melioribus, satis conuelluntur.

*a. l. qui iurisdi-  
ctioni.*

*b. l. in priuatis.*

*c. l. nā quod. ff.*

*ad S. C. Tre.*

*d. l. u. §. sed si iu-*

*dex. l. obser-*

*vandū. ff. de*

*iud. l. cx. con-*

*sensu. ff. de*

*appell.*

*e. quinetiā. ff.*

*de recep. arb.*

*An absque principis permisso aqua publica  
duci possit, & explicata subdiffi-  
cili Annonia.*

## CAPVT LII.

**S**I QVIS aquam publicam, id est, auctoritate pu-  
blica ad publicum usum comparatam, in suum fun-  
dum deriuare cupiat, necessarium esse principis cōsen-  
<sup>a</sup> **§ permittitur** sum ostendit Vlpianus tit. de aqua quotidiana, cap. i. <sup>2</sup>.  
<sup>b d.</sup> **§. permit-** Nec refert hodie, an ex castello, an ex rivo, vel quo alio  
titur. loco ducatur <sup>b</sup>. Licet priscis temporibus non nisi ex ca-  
stello ducendi priuatis ius esset, idque S. C. caurum Aeli-  
lio Tuberone & Fabio Maximo Cosi. Iulius Frontinus  
scribit: ne aut riui, aut fistulae publicae frequenter lacera-  
rentur. Sed animaduerterendum est, hoc ius personæ con-  
cessum ad nullū hāredem successoremue transire, mor-  
tuō tamen eo, cui concessum fuerat à principe renoua-  
<sup>c d</sup> **§. permitti-** ri, adeò ut iniuria eum affici Vlpianus dicat cui id de-  
negatum fuerit <sup>c</sup>. Cui cōsentanea sunt & eiusdem Fron-  
tini verba: ius (inquit) impetratae aquæ neque hāredem,  
neque emptorem, neque ullum nouum dominum præ-  
diorum sequitur, nunc omnis aquæ cum posse ore in-  
staурatur beneficium, &c. Diuersa ratio est fluminum  
publicorum, ex quibus absq; principis permisso aquam  
ducere licet, si modo nauigabilia non snt, vt Pompo-  
<sup>d l.</sup> **quominus.** nius ait <sup>d</sup>. Quod enim iam dictum est principis permis-  
ff. de flumi- su opus esse, de ea aqua quæ in usu publico est accipi-  
nib. lsi autē debet, qualis in urbem olim ad ciuium usum variis ex  
**§. vlt. ff.** de locis ducebatur, aut canalibus strutilib⁹ & lepidelis, euc  
aqua plu.arc. tubulis fistilib⁹, aut fistulis plumbeis, vt Plinius, Vi-  
l. iperatores. truius & Frontinus scribunt: idque à Pomponio diser-  
**ff. de seruit** te expressum est, vt Accursii hac in re socordiam aut  
rust. præd. verius cæcitatem non parum admirer, qui hanc Pom-  
ponii distinctionem non animaduerterit.

*Quid sit Iurisdictio, quidque Imperium tam  
merum, quam mixtum.*

## CAPVT

## CAPVT LIII.

IVS dicere, magistratus dicitur, puta Prætor, vel aliis  
similis, cùm in causis priuatis & pecuniariis, iudici  
à se dato ius quoddam quasi constituit, & formulam  
iuris & æquitatis ei præscribit quam sequatur, & à qua  
iudicando, cognoscendoque recedere non possit.  
Nam Prætor causas priuatas iudicare non solebat, sed  
iudicem dare, qui accepta formula & præscripto quo-  
dam iuris, de facto tantum cognosceret, vt aliás do-  
cuimus in commentario de Pæctis<sup>a</sup>. Hinc dicitur, In  
iure fieri, quod apud Prætorem sit, vt supra admonui-  
mus cap. i. Nec verum est, quod plerique opinantur re-  
bus iudicandis eum præpositum fuisse legibus Roma-  
nis. Nam illa lex, Q VI IVDICET IVDI-  
CARIVE IVBEAT PRAETOR  
EST O: & aliae huiusmodi apud Ciceronē ex XII.  
tabul. non sunt, sed ab ipso confitit: id quod non semel  
testatur in libris de legibus. Iudex igitur datus qui &  
Pedaneus dicitur, nec ius dicit, nec iurisdictionem ha-  
bet, sed notionem tantum, & cognoscendi, iudicandiq;  
facultatem<sup>b</sup>, quam à iurisdictione differre, arguit etiam  
titulus, Ne quis in sua causa iudicet, vel ius sibi dicat,  
lib. cod. Iustin. 3. Huius rei quoque argumentū est quod  
licet suis nemo possit ius dicere, in eorum tamen causa  
iudex esse potest, vt supra annotauimus. c. si. c. Proinde  
sententiā suam nō exequitur, sed magistratus qui eū de-  
dit<sup>d</sup>. Nā quod Vlpianus ait, qui restituere iussus, iudici  
non patet manu militari officio iudicis ab eo possessio-  
nem transferri, &c.<sup>e</sup>, id de pronunciatione & sententia  
iudicis, non de ipsius executione accipiendum est. hoc  
amplius magistratus si quando cognoscat & iudicet d  
(quod olim certarum personarum fauore aut causarum  
faciebat<sup>f</sup>,) ne tum quidem ius dicere, propriè intelli-  
gendus est, tametsi latius eo verbo vsus sit, Vlpianus.  
Cuius rei fidem facit Suetonius, qui Neronem scribit  
in iure dicendo non nisi die sequenti solitum respon- f  
dere postulationibus: in cognoscendo autem perpetuis  
actionibus omisis, singula quæque per vices agere, &c.  
His

*a. Iurisgētiū.**b. l. ait Prætor.*  
*ff. de re iud.**c. l. qui iurisdi-  
ctioni. ff. de  
iurisdict. l. in  
priuatis. ff.  
de iud.**d. à diuo pio.  
ff. de re iud.  
e l. qui restitu-  
re. ff. de rei  
vind.**f. l. ff. de extra  
ord cog. l. i. ff.  
de rei vind.*

His intellectis facile, opinor, cognoscitur quid sit Iurisdictio. Nam modò iuris dicendi, seu iudicis dandi potestas est, sive, ut Vlpianus ait, licetia s: modò ipsum de urisfd. l.i. §. ius dicere, ut ita loquar<sup>h</sup>. Ceterum præter haec quæ dividamus ff. de su ximus, quæcunque à magistratu sicut (pro potestate quæspectu tuto. dam nec priuatis hominibus permittuntur veluti datio b l. quæuis ff. de tutoris<sup>i</sup>) ea imperii esse dicuntur: imperii, inquam, aut in ius voc. meri, aut mixti. Sed quid vtrumque sit, ut commodius i l.mut. §. tuto explicemus, notandum est, Prætorem Romæ creatum ris. ff. de tutela fuisse, ut ius diceret in vrbe de causis negotiisque priuatis, non vt animaduerteret in facinorosos homines: quod ne consuli quidem licuisse scribit Pomponius, tit. de orig. iur. lib. i. Pand. Populus enim, cuius summa potestas erat, quoties animaduersio necessaria videbatur, Questores sive Questores constituebat, qui aduersus facinorosos inquirerent, idque extra ordinem, cum nullo magistratu fungerentur, ut ego plerisque refraganti k l. ii. de orig. bus censeo k. Non tamen his finibus usquequaque circunscripta fuit potestas huius magistratus, ut nihil aliud l l.i. iubere ff. quam iudicibus à se datis ius æquitatemque præscribere iurisfd. l. ii. rer. quæmadmodum diximus. Nam bonorum possessio ff. de in ius nem dare poterat secundum tabulas, vel contra tabulas, voc. ea quæ restituere in integrum, modicè coercere, & alia quædā ff. ad muni- exequi que in imperio quodam cōsistere dicuntur mācip. gis, quam iurisdictione<sup>l</sup>, ut constat ex Ciceronis ora m l. imperiū. ff. tionibus in Verrem. Et hoc quidem imperium ideo di- de iurisfd. l.i. citur Mixtum, quia iurisdictioni admixtum & coniunctum de off. eius ētum est, pertinetque omnino ad officium ius dicentis, cui mand. est adeo ut quisquis habet iurisdictionem, idem hoc quo- iur. que imperium habeat: & qui hoc imperio vtitur, ius di- n l.i. ff. ad l.Iu. centis officio fnngi existimetur. Qua ratione transferri de amb. dicitur mādata iurisdictione<sup>m</sup>. Hæc de imperio mix- o l. ea quæ. ff. to. Quæ de magistratibus Romanis, qui scilicet crean- ad municip. tur à P.R. vel principe<sup>n</sup>, non de Municipalibus & Du- p l.i. ff. si quis umuiris accipienda<sup>o</sup> sunt, ut & pleraque alia ad iuris- ius dic. nō ob- dictionem magistratuum pertinentia P, de quibus alibi. temp. MERVM autem imperium gladii potestas est q, quæ q d.l. imperium. diu post creationem ipsius magistratus lege delata est

Præt

Prætori<sup>r</sup>. Nam legibus latis primum à L. Pisone, ut Ci-  
cero author est in Bruto: Deinde à Cornelio Sylla  
questiones publicæ ac perpetuo constituta sunt, cùm  
antea in singula crimina mandarentur<sup>s</sup>, & Prætoribus,  
quorū auctus fuit numerus, in vniuersum rerum om-  
nium capitalium quæstio cognitioque demandata. Ve-  
rū ex eo Prætorum numero sorte eligebantur certi,  
qui ea iudicia exercerent, ceteri præerant iurisdictio-  
ni<sup>t</sup>, hæc potestas animaduertendi dicebatur Merum t  
imperium, quasi purum, & solū, absque illa generali  
iurisdictione, quæ aliis Prætoribus forte obtigerat.  
Nam merum & mixtum contraria sunt, & quod vel  
Martialis versus indicant facetissimi de caprone Ra-  
uennate:

Sit cisterna mibi, quam vinea, malo Rauennæ;  
Cum possum multò vendere pluris aquam.  
Callidus imposuit nuper mibi caupo Rauennæ,  
Cum peterem mixtum vendidit ille merum.

Ethanc gladii potestatem non potestis, cui contingit,  
alteri mandare, nisi proficiscatur, &c. quamvis iurisdi-  
ctionem habens sine exceptione cuius eam mandare  
possit<sup>u</sup>. Idem dicendum est & cùm in vna atque eadē  
persona concurrunt Iurisdictio & Merum, imperium,  
Iurisdictio videlicet iure magistratus, cù imperio quod  
illi cohæret: & merum imperium, tanquam lege specia-  
liter delatum. Quod cernere licet in eo, qui Praeses aut  
Proconsul est in prouincia. Nam omnium iudicium, qui  
Romæ, sive tanquam magistratus, sive extra ordinem  
aut ius dicunt, aut de quauis causa cognoscunt, partibus  
fungitur<sup>x</sup> Itaque si iurisdictionem suam mandauerit le-  
gato suo, vel alii, omnis quidem juris dicundi potestas,  
cum imperio ei admixto transibit: gladii potestas, quæ  
lege specialiter delata est, nō itē<sup>y</sup>. Illa siquidē animad-  
uersio, quæ meri imperii est, à iurisdictione distinguitur.  
Quod cùm ex plerisq; locis Ciceronis, tum ex Asconio  
Pædiano

<sup>r</sup> l. ii. ff. de orig.  
iur. l. i. §. qui  
mandatā. ff.  
de off. ei<sup>o</sup> cui  
manda. est iu-  
nſd.  
<sup>s</sup> d. l. i. de orig.  
iur.  
Cic. In Orat.  
pro Mure-  
na, & i Pra-  
ture vrb.  
L cū serinus de  
cōd. & demō.

<sup>u</sup> u d. l. i. de offi.  
eius cui mād.  
est iurisdi. l.  
solet ff. de of-  
f. pro cōd. l. ne-  
mo. ff. de re-  
gu. iur.  
l de omniib<sup>o</sup>. l.  
omnia. l. illici-  
tas. §. vlt. ff.  
de off. præsid.  
l. si in aliquā  
§. vlti. ff. de  
offic. procons.  
l. si quid erit  
ff. de offi. pro  
cons. l. ff. de  
offic. eius cui  
mand. cū iur.

Pædiano in eundem obseruauimus, qui Ciceronem de Siciliensibus Verris criminibus quatuor libros scripsisse ait. Vnum de iurisdictione, alterum de frumento, tertium de signis, quartum de suppliciis. Verum alia reperiuntur huius verbi apud iuris authores latior significatio, & criminalium ; capitaliumque causarum cognitionem complectitur<sup>a</sup>. Quapropter non male diuiditur Iurisdictione in Imperium & Iurisdictionem tanquam & generis & speciei nomen sit sicut adoptio<sup>b</sup>. Sed & imperium quoque paulo generalius interdum accipitur, ut iurisdictionem etiam contineat : & Ius dicere, seu iudicium dare pars quedam eius imperii quod Prætor iure magistratus habet, esse videatur<sup>c</sup>.

*z l.i. de extra-  
or. cog.  
a l.i. ff. de offic.  
eius cui mād.  
est. iuris l. ii.  
ff. de orig. iur  
b l. ii. ff. de a-  
dopt  
e l. cum prætor.  
ff. de ind. l. et  
si prætor. ff.  
de off. et cui  
mandata est  
iurisd. l. iii. ff.  
de rece. arb.*

*Quid sit Imperare apud Alphenum, & locus  
Annei Senecte declaratus, lib.  
VI. de beneficiis, præter alio-  
rum sententiam.*

## CAPVT LIII.

**V**IANDO in superiori capite mentio imperii facta est, non alienum erit à propositio Alpheni responsum interpretari sub titu. de ope. libert. c. 26. quod in vulgatis codicibus ita legitur. Medicus patronus, quod putaret si liberti sibi medicinam non facerent, multo plures imperantes sibi habiturum, Postulabat ut sequerentur se, neque opus facerent : id ius est nec nec Respondi id ius esse, dummodo liberas operas ab eis exigeret. Haloander autem Implorantes legit, non imperantes existimās, arbitror, absurdē dici, ægrotos imperare medicis : cum pareant potius & eorum opem atque auxiliū implorent. At veterem lectionem tuetur Alciatus lib. 7. Parerg. cap. 13. & ait, Imperare nihil aliud esse apud Alphenum, quam parere. Quod sanè (cum bona eius venia dixerim) perridiculū esse censeo. Nam & si hæc gerundia Imperandum, Succeden- dum

dum, & similia, apud Ciceronem, & alios authores Latinos ~~παθητικῶς~~ interdum accipiantur<sup>a</sup>, non continuò tamen imperare verbum aut participium ab eo deducitum sensu passionis accipietur. Est enim hæc gerūdiorum natura, vt Grāmatici in illum Virgilii locum anno tarunt, Cantando rumpitur anguis, & in alium eiusdem authoris Vritque videndo fœmina. Quibus in locis Cantando, & Videndo, exponunt dum cantatur, dum videtur. Sed nemo sanus ideo contenderit, verbū Cantare, aut Videre passiuam habere significationem. Itaque quod ait Alphenus, Imperātes sibi habiturum, &c, necesse est vt actionis sensu accipi fateamur. Quamvis enim magis cōuenire videatur imperium medicis quam ægrotis<sup>b</sup>: tamen ipsa merces cuius gratia circumambulant, & ægrotos inuisunt, authoramētum quoddam seruitutis est, vt ait Cicero. Ade quōd blandiri, & asenari ægrotis, ac non rarō vt ipsis morigerentur maximas deuorare molestias, non secus ac si regis alicuius, aut tyranni subessent imperio, coguntur. Quò pertinet illud Horatianū, vt lethargicus hic cùm fit pugil & medicum vrget, &c. Quanobrem apud Latinos authores inualuit hæc loquendi consuetudo, vt medici mei ego imperator dicar, quasi imperare & medici officio fungi ex genere sint τὸν συναιροῦσσι, sicut emere, ac vendere, &c. Ac permultæ huiusmodi sunt formæ loquendi in Latina lingua adhuc à pauciſſimis hodie vel intellectæ, vel animaduersæ, quas aliquando studiosis (vt spero) indicabimus, ac patefaciemus. Sed ne longius à proposito euageretur oratio, sententiam nostram locupletissimi testis Annei Senecæ autoritate confirmabimus, cuius hæc verba sunt lib. de Beneficiis 6.ca.16. Infinitum erit, si latius exempla conquirā, quibus appareat paruo magna constare. Quid ergo? Quare medico & Præceptori plus quiddam debo, nec aduersus illos mereede defungor? Quia ex medico ac Præceptore in amicū tranſeunt, & nos non arte quam vendunt, obligant, sed benigna & familiari voluntate. Itaque medico, qui nihil amplius, quam manum tangit, & me inter eos, quos per-

*Cice in epist.  
Sallus in lug.*

*b Plinius. lib.  
29. cap. 1.*

*f ambulat*

ambulat, ponit, sine ullo affectu facienda, vitādāū p̄cipiens nihil amplius debo : quia me non tanquam a-  
micum vidit, sed tanquam imperatorem. Pincianus qui-  
dam, nec indoctus vir meo iudicio, nec indiligēs, testa-  
tur se quindecim vetusta exēplaria Seneca manu scri-  
pta contulisse, in quibus ita legatur, sed nihilominus  
corruptum esse locum arbitratur, & vel inuocatorem,  
vel Emptorem legendum esse. Qui quām frustra se tor-  
queat, ex his quæ diximus, satis liquet. Erunt fortassis  
qui hæc velut λιπτωθεντά quædā, ad humanitatis stu-  
dia magis quām ad iuris ciuilis scientiam, quām profite-  
mur, spectantia flocci non facient. Verū hi conside-  
rent velim, nihil me quod à munere & officio Iurecon-  
sulti (cuius personam sustineo) alienum esse putem face-  
re: sed Labeonem Antistitium imitari potius, qui scrutā-  
dæ verborum proprietati & origini usque adeo dedi-  
tus fuit, ut libros tres posteriorum eiusdem rerum ad  
illustrandam linguam Latinam conducentium plenos  
e Gelli. 13. c. 11. fuistē quidam scripserint.

*De Pandectarum compositione, ordi-  
ne, ac methodo.*

CAPVT LV.

**P**R A E T O R E S olim Romæ edicta, quibus ad-  
moneretur populus, quod ius essent de quaq; re di-  
a l. ii. §. eodē tē. Eturi, palam proponere solebat<sup>a</sup>. Ea autem edicta per-  
pore ff. de ori petua non erant, sed simul cum magistratu ipso finie-  
gi. iur. bantur, qui & ipse annuus erat<sup>b</sup>. Vnde Cicero, Qui  
b tit. de perp. et plurimum (inquit) tribuunt edicto Prætoris, legem an-  
temp. aet. libr. nuam dicunt esse. Nam hoc tantum effecit Cornelius  
Inſt. 4. lege lata, cuius meminit Asconius, vt variè ius non di-  
cerent Prætores, sed ex edictis suis perpetuis: id est, quæ  
iurisdictionis perpetuae ac generalis causa semel à se  
proposita essent, quandiu magistratu fungerentur, ius  
dicerent, vt supra diximus c. 48. Quare cùm singulis an-  
nis edicta.

nis edicta noua ferè proponerentur, tam ingens multitudo & varietas sequuta est edictorum, ut ea res Saluiū Julianum Iureconsultū ad ea vndique colligenda,)nam prius vaga & dispersa erant ) & in vnum volumen redigēda impulerit. Cui compositioni Imperatoris Adriani, ac Senatus quoque accessit authoritas, ut ius perpetuum atque immutabile esset, quod Prætores in iure dicendo postea sequerentur<sup>c</sup>. Hoc edictum Juliani mox interpretati sunt nobilissimi Iureconsultorum Paulus, atque Vlpianus: quorum hic 83. ille 80. libros ad edictū scripsisse legitur, vt apparet ex eo librorum catalogo, qui initio Pandectarum adscriptus est. Hinc illæ inscriptionses Vlpi. ad edictum, Paulus ad edictum, passim in lib. Pand. reperiuntur. Nec dubitandum est quin tantus vir rem iudicariam omnem quām plenissimè eo libro complexus sit: Id quod vel iis, quæ supersunt fragmētis, satis perspicuū est. Quia in re etiam ordine & methodo ad docendum accōmodata sic est vñs, vt non tantum veteres consulti, qui postea de iure ciuili scriperat ante Iustinianū, eam sibi imitandā proposuerint<sup>d</sup>, sed etiam Tribonianus ipse cum suis collegis in Pandectarū compositione, idque Iustiniani mandatu, vt ex constitutio- ne eiusdem quæ Pandectis ipsis præposita est, & ex numero librorum, quem singulis capitibus iussit adscribi, constat. Ex quibus capitum inscriptionibus illud quoque facile perscipi potest, nihil serè illis libris contineri quod ex Pauli, Vlpiani, aliorumque ad edictum perpetuum commentarius sumptum non sit: ac non modò ordinem, ac dispositionē, sed res quoque ipsas Tribonianum ab eis mutuatum fuisse. Proinde edictum illud perpetuum Juliani fons omnis iuris tum publici tum priuati, quod iis libris præscriptum nobis reliquit Iustinianus, meo iudicio rectè dici potest, quod de legibus duo decim scribit Liuius. Cum igitur certissimum sit, in Pandectarum librum præter iudicia, & actiones, quæq; ad iudicia exercenda pertinerent, nihil Julianum cōtulisse, quæcunq; illis libris cōtinentur eō rēferēda esse omnia intelligere debem⁹. Nā cætera, quæ nōnunquā intermit-

*c l.ii. C. de vet.  
iure enud. l. si  
quis seruū. C.  
de cond. iud.*

*d l.iii. ff. de statu  
homi.*

scentur, veluti parerga quedam sunt, & horum gratia explicandorum, commodiusque tractandorum adscripta. Quod si quis diligenter expenderit, facilè iudicabit, quantum inter hanc Iustiniani methodum, & quorundam nostri temporis iuris professorum intersit à quibus ordinem alium ac dispositionem excogitatum esse videmus. Horum etiam industriam tametsi nō contemnam: non tanti facio tamen, vt non multò, plura eos peccasse, quām Iustinianum, si quid ab eo peccatum est, existimem: idque propediem in singulorum titulorum explicatione luce clarius demonstraturum me esse confido. Videntur autem nobis plerique eorum errorem haussisse ex verbis Pauli lib. 1. Institut. cùm ait, Omne ius

e. li. ff. de statu  
homi.

Hæc enim verba sic intellexerunt, quasi nulla sit aptior, nec commodior iuris tractandi docēdique ratio, quām si de his tribus separatim differatur. Verū longè aliter sensisse Paulum, non dubito: nempè nullam partem iuris esse, nullum cōtractum, nullum negotium, nullam actionem, nullum iudicium, in quo tractando hæc loca simul non incurvant: vt exempli causa in tractatu de stipulationibus oritur imprimis quæstio de personis, quæ stipulationem contrahere possunt, & quæ non possunt, illudque in controversiam venit, sit ne seruus, filius familiæ, impubes, minor, furiosus, prodigus, qui stipulationem contraxisse dicitur. De rebus quæritur, sitne res sacra, religiosa, publica, propria, aliena, corporalis, incorporalis, &c. De actione quæ ex eo contractu nascitur, sitne bonæfidei, an stricti iudicii, temporalis, an perpetua, pœnalis, an rei persequitoria, &c. Idemque in cæteris tractatibus Pandectarum obseruare licet: hi namque sunt præcipui loci omnium disputationū iuris ciuilis. Quā obrem cùm institutiones iuris ciuilis conscriberet Paulus, non immeritò diuisiones quasdam ac diffinitiones personalium, rerum, & actionum, initio proponere voluit studiosis: nimirum intelligens, grauiores illas, subtilioresque disputationes, quæ iure ciuili continentur, quæque ad hos locos referri solent, percipi aliter non posse

posse. Ex quo satis liquet, quod in primo lib. Pandectarum tum de personis, tum de rebus scriptum extat, nihil aliud quam Isagogen quandam esse, qua ad res alias asequendas viam muniat. Quam quidem Tribonianus cum non satis vberem ac plenam esse animaduerteret (nam primus & alter locus non solum copiosus, verum etiam clarus & distinctius ad rudiores instituendos tractari potuisse videntur, tertius vero illie desideratur omnino.) Cum igitur haec perpendere Tribonianus, quatuor institutionum libris, quicquid de personis, rebus, & actionibus ad Pandectarum interpretationem necessarium tyronibus videbatur, miro compendio artificioque complexus est. Et hanc dispositionem ac methodum, ut in ea isagoge & institutione probamus, ita insanire eos contendimus, qui cum libros omnes tum Pandectarum, tum Codicis Iustiniani ita diuiserint, aut (ut verius liberiusque dicam) discerpserint, ac dilacerarint, quod scilicet Iustiniano sapientiores ab imperita multitudine crederentur, mirificam (si diis placet) iuris artem posteritati fesse relinquere gloriantur, & iactitant. Quod non eò à nobis dictum quisquam existimet velim, ut eos libenter insectemur, quorum conatus si studiosos iuuare voluerunt, aliquam meretur laudem: sed ut iuuenes nimium credulos plerumque, & incautos, quos huiusmodi deliramenta quotidie experimur velut pro oraculis quibusdam habere, quantum in nobis est eb errore in via reuocemus.

*Dotem, certa quantitate non expressa, inutiliter promitti à muliere, non tantum pateretur, sed etiam stipulatione contra receptam opinionem.*

**A**LEXANDRI Seueri Rescriptū quoddā le<sup>7</sup>  
gitur sub tit.de dot.prom. lib.5. Cod.Iusti.c.1.in  
hac verba. Frustra existimas actionē tibi cōpetere, qua-  
si promissa dos tibi, nec præstata sit , cùm neque species  
vlla , neq; quātitas pmissa sit, sed hactenus nuptiali i-  
nstrumēto adscriptū sit quod ea quæ nubebat dotē dare  
promiserit. Cui videtur quasi ex diametro (vt aiunt) re-  
pugnare, quod respōdit Papian. sub tit.de iur dot.c.70.

**a I cum post. §.** Gener à socero dotem arbitratu socii certo die dari  
gener.

non demonstrata re vel quātitate stipulatus fuerat. Ar-  
bitrio quoque detracto stipulationem valere placuit.  
Nec videri simile quod fundo non demonstrato nul-  
lum esse legatum vel stipulationem fundi cōstaret, cùm  
inter modum constituendæ dotis & corpus ignotum,  
differentia magna sit. Dotis etenim quantitas pro mo-  
do facultatum constitui potest . Vulgus interpretū exi-  
stimat, rescriptum Alexandri de pacto, responsum verò  
Papiniani de stipulatione accipiendum esse : quod fal-

**b § scriptum.** sum esse vel ex eo apparet, quia promissionis verbum  
*Inst. de inuti.* instrumento adscriptum, ad stipulationem , non ad pa-  
l. stipul. ctum refertur **b**. Atque ita accipiendum esse in rescri-

**c l.m. C. de dot.** pto, satis arguit ipsa Rubrica de dotis promissione , &  
prompt. nuda pollicitatione . Quod autem de specialium con-

**d l. in personā.** cursu communiscuntur, adeò ineptum nugatoriumque  
§ generaliter est, vt propemodum id recitare nos pudeat. Itaque dis-  
de regu. iur. soluendi huius nodi causa notandum est, cùm quis ge-  
l. thais. §. so- neraliter dotem promittit, quam postea arbitratus fue-  
rōre. ff. de fi- rit omnimodo valere promissionem, siue pacto, siue sti-  
dece. libe. l. pulatione fuerit facta **c**. Non enim ignota prorsus , in-  
hac venditio certaque res tunc dicere dicitur pmissa , propterea  
ff. de contra quod in boni viri arbitrium collata dotis cōstitutio in-  
emp. l. si in le telligitur **d**. Quod si dos simpliciter pmissa fuerit, de-  
ge ff. loc. l. so- tracta arbitrii mentione , multum interesse arbitrator, an  
cietatē. §. ar. ipsa mulier promiserit, an pater eius nomine. Priore si-  
bitiorum. ff. quidem casu nulla est promissio propter incertitudinē,  
pro soc. l. si li- vt Alexander rescripsit: idemque si extraneus promis-  
bertus ff. de tat, dicendum puto, cùm sit eadem ratio. Posteriore ca-  
oper. libert. su promissionem dotis vtilem esse Papianus respondit,  
hac vt

hac ut arbitror ratione, quia officiū patris est dotare filiam, idque pro modo facultatum suatum, & dignitate mariti, nisi de certa quantitate conuenerit, Vnde promissio ex iure & legibus certitudinem accipit<sup>e</sup>. Sed nulus praeinitus est legib<sup>o</sup> modus, nomine dotis, ad quem mulier citra conuentionem teneatur, potestque indotata nubere. Quare villissimam rem & nullius pretii dando liberaretur, si eum tali promissione obligari diceremus. Atque ita videtur sensisse Harmenopulus, cui<sup>o</sup> hæc verba sunt lib. 4. tit. 8. ἔαρ ἵτηγγελατο ἡ γυνὴ τεροῖχα διδέναι, μὴ λέναι δὲ ποστήτῃς ἢ τεράγμα ἐπίριμ, ἀλλόκος ἵσιν τὰς προκόπεις ταργειαί, ὡς διναρμένης τῆς γυναικος ἵτηγγεια τῷρ παροχεῖρ, πατήρ δὲ ἵτηγγελαμένος προτίχα ὑπέρ τῆς ιδίας θυγατρὸς. καρμή λέναι ποστήτῃς, ἔρρωταις ἢ ταργειαί. ὁ δὲ πατήρ δύτω λέγωρ, οὐχ ὅτεροι λέγη δίδιναι τεροῖχα δῶλοι ἐσκειν πορθεῖ.

d. S. gener. l.  
qui liberos.  
ff. de ritu  
nup.

*Capitis primi de episcopali audient. lib. I. C.*

*Iustinia.noua interpretatio.*

CAP VT LVII.

**A**LIVD est rescriptum Valentiniāni & Valentis Imp. ad Julianum comitem orientis, sub tit. de episcop. aud. lib. I. C. Iustini. c. I. Ex quo nec Accursius, nec Accursianorū quisquam ullum adhuc sensum, qui verbis congruat, elicere potuit. Verba rescripti hæc sunt, in iis codicibus, quos cæteris emendatores esse reor. Negotiatores si qui ad domum nostram pertinent, ne com modum mercandi videantur excedere, Christiani quibus verus cultus est adiuuare pauperes, & positos in necessitate, prouideant episcopi. Videtur autem nobis de quibusdam negotiatoribus loqui Valentiniānus, qui frumento, sali, aliisque rebus huiusmodi populo vēdendis præpositi erant à principe. Nam olim eatum rerum comparandarum necessitas, munus erat publicum, quod authoritate principis indicebatur populo, a Cod. lib. 10. quodque nulli detrectare fas erat, quamuis fortè vacatio nem, lic. in emp. spe.

f. iiiii sima

sima ratiō & expeditissima est , quod & Aristoteles te-  
statur , libr. Polit. i. Qua tamen ipsa superioribus annis  
cūm Franciscus rex , qui nuper ē viuis excessit , solito im-  
moderatus vti cepisset in salis p̄ebitione , ingentes tur-  
bas in Santonib⁹ , & ea Celtae Galliae parte , quam nūc  
Britanniam vocamus , ea res excitauit . Estque hoc genus  
vectigalis ex salis p̄abitione , distractionēque , antiquis-  
simum in repu . Romana , vt Liuius au tor est non uno lo-  
co . Sed hāc extra rem . Cūm igitur hoc munus frumenti  
aut salis emendi , exempli gratia , indicium esset popu-  
lo , publicēque constituti eam ob causam certi negotia-  
tores , fiebat nonnunquam , vt immodicum eo nomine à  
pauperioribus & tenuis fortuna hominib⁹ pretium exi-  
gerent , vel plus a quo eos emere cogerent . Itaque rescri-  
ptum est à piis principibus & Christianæ religionis cul-  
toribus pie , humaniter , & Christianè , vt ep̄scopi quo-  
rum officium est adiuuare pauperes , & positos in necel-  
litate , & qui ex Euangelio , sc̄risque literis didicerunt  
verum germanumq; Dei cultum in eo situm esse , videat  
ne ab huiusmodi mercatorib⁹ in ea re modus excedatur .

*Restituta suæ integritati Lex Falcidia , qua  
apud Paulum nec integra , nec satis  
emendata hodie legitur .*

C A P V T      L V I I I .

**A** E M . R A N C O N E T O singularis doctri-  
næ & iudicii viro , qui iandiu in regis consiliario-  
rum ordinem & collegium cooptatus est , vsus sum an-  
nis abhinc duodecim familiariter . Ea siquidem erat ho-  
minis fama , vt ego adhuc adolescens , & rudis , nihil eius  
consuetudine sc̄licius mihi contingere posse sperarem :  
& ea item facilitas , humanitas , & in studiosos bonarum  
artium affectus , vt quos discendi cupiditate incēsos vi-  
deret , non grauatae in familiaritatem reciperet . Nec ve-  
rò spem meam expectationēmq; fecellit euentus . Multa  
etenim ab eo in familiaribus cōgessionib⁹ doctē , pru-  
denter ,

denter, acutè dicta, cùm de iure ciuili disputationet, memo-  
ria mandauit: vt si inficias iuero, eius doctrina me pro-  
fecisse, vanus merito, sim habendus. Cuius generis illud  
est, quod de lege Falcidia cùm domi sua eam interpre-  
taretur, ab eo me accepisse memoria nunc repeto. Nam  
legis Falcidia quatuor fuisse capita dicebat, quoru singula  
verba sic interpretabatur, vt facilè demonstraret,  
quæcunque toto illo prolixo tractatu, qui ad legem Fal-  
cidiam inscribitur, lib. 35. Pandeclarū, nihil prorsus aliud  
quam eius legis interpretationem esse, quæ ex Vlpiani  
aliorumque veterum iuris interpretum commentariis  
sumpta sit. Cuius legis verba si quis modicè, aut etiam  
intra modū versatus in iure ciuili accuratè animaduer-  
terit, atque expenderit, de his quæ ab eisdem interpre-  
tibus copiosè tractata sunt, tametsi eorum scripta aut nō  
inspexerit, aut in memoria non habuerit, magna ex par-  
te respondere posse confirmabar. Primum autem caput  
legis, quod est apud Paulum ita legendum esse admone-  
bat: Qui ciues Romanii sunt, qui eorum post hanc legem  
rogatam testamentum facere volet, vt quam pecuniam,  
quāsq[ue] res, quib[us]que dare, legare volet, ius, potestāl-  
que esto vt hac lege licebit. quamvis in omnibus excu-  
sis exemplaribus, etiam Holoandri ipsius, ita legatur. Eam  
pecuniam, eāsq[ue] res, &c. In veteribus enim libris manu  
scriptis c, & q, literæ adeò confunduntur, vt c, pro q, aut  
qu, scribi crebrum atque vñitatum sit. Veluti relium,  
relicuis, alico, loci, coad, cotidie, cam, cas, pro reliquum,  
reliquis, aliquo, loqui, quo ad, quotidie, quam, quas, &c.  
Id quod P. Victorius in Ciceronem & Pier. Valer. in  
Virgilium, viri admodum diligentes & eruditii, anno-  
tauerunt. Qua de re etiam differit Fabius libro primo  
Institut. Orato. cap. de Orthographia. Itaque cùm in le-  
ge Falcidia scriptum esset ita eam pecuniam, eāsq[ue] res,  
&c. imperiti librarii, ac Typographi, e, secundam voca-  
lem eile credentes, quæ àlitera c, parum differt, legis ver-  
ba corruerunt. Secundum caput ita legebatur: Quicun-  
que cuius Romanus post hanc legem rogatam testame-  
num faciet, is quantam cuique cuius Romano pecuniam  
iure

jure publico dare legare volet, ius potestisq; esto, dum  
ira detur, legetur, ne minus quam quartam partem hæ-  
reditatis ex eo testamento hæredes capiant, In omnibus  
autem libris vulgo legitur, Detur legatur: non, detur le-  
getur. Tertium caput quod translatum est, ita: Eis  
quibus quid ita datum legatum erit, eam pecuniam si-  
ne fraude sua capere licet: isque hæres, qui eam pe-  
cuniam dare iussus damnatus erit, eam pecuniam de-  
beto dare quam damnatus est. Quartum vero, quod  
in Pandectis desideratur, ita conceptum fuisse affirma-  
bat, partim conjectura ductus, partim authoritate Caii  
lib. 2. Instit. tit. de lege Falcidia. Si quis aliter, quam hac  
lege liceat, pecuniam dederit, legauerit, hæredi quar-  
tam partem eius pecunia quæ data legata erit ex eo te-  
stamento retinere licet. In hunc modum ferè nobiscum  
differebat vir eruditissimus, cuius utinam lucubrationes  
ac præsertim edicta prætorum, ipsius industria & labo-  
re eruta ex omni antiquitate, & in pristinum statum fœ-  
licissime, ut spero, restituta, tandem aliquando in lucem  
prodeant.

*De factis diuiduis atque indiuiduis senten-  
tia Raphælis Cumani à calumpniate-  
ribus defensa.*

C A P V T LIX.

**S**TIPULATIONE M, quæ in faciendo consi-  
stit, diuisione non recipere, Papinianus ait, vt si quis  
fuerit stipulat⁹ insulam ædificari, Nam hæc diuiso cor-

- a *I. stipulatioes* rumpit stipulationē. Si quis enim pro parte domū ædi-  
non diuidun ficari stipulerit, aliudue quid simile, inutilis, & irrita fit  
tur. *ff. de ver* stipulatio, tanquam id continens, quod natura sit impos-  
*bo. oblig.* sibile: cùm operis effect⁹ (vt idem inquit) in partes scin-  
b *I. in executio* di non possit, id est, opus ipsum naturaliter non possit  
ne. *ff. par-* pro parte fieri. Cùm autē de diuisione in partes hic lo-  
*te. ff. de verb.* quimur, diuisionem accipimus, non in partes certas atq;  
*obl. l. libertus* discretas, cuiusmodi inter cohæredes fieri solet, volen-  
*ff. de ope. lib.* tes à cōmunione recedere, (nam ea impossibilis nō est)  
sed

sed diuisionem quandam intellectualem (vt ita loquar)  
per quam inducitur communio. Cum enim dicimus, re  
inter duos communem esse, hoc significamus, rem singu  
lorum esse pro parte, non autem singulorum totam esse.  
Sed huiusmodi partes indiscretæ sunt, & simul cōfusæ, ac  
commixtæ, adeo ut nullam possis ab alia nisi solo intel  
lectu discernere, ac separare. Ac tales sunt cohæredum  
portiones in rebus hæreditariis antequam diuisa fuerit  
hæretas aut per iudicē familiæ erciscundæ aut sine iu  
dice<sup>d</sup>. Cum igitur partiū mētio hic sit, partes huiusmodi  
indiuisat, atq; incertas intelligere debemus, quæ appella  
tionē partiū propriè cōtinētur, nisi aliud actū esse appa  
reat: quia cum diuisus est fundus regionibus inter cohæ  
redes aut socios quod cuique obtigit totū quiddam ve  
nius, quam pars, & rectius appellatur<sup>e</sup>. Itaq; cū quis adi  
ficare domū promittit, obligatio non diuiditur inter eius  
hæredes, sed singuli in solidū tenētur. Nā & si ponamus  
vnum ex hæreditibus ita extruere ccepisse, vt minima pars  
superstitædificāda, non cōtinuò dicitur satisfecisse credi  
tori: quia non minus ad id efficiendū quod restat, quam co  
hæres obligatur, propter partiū hæreditariū cōfusio  
nē, de qua iā diximus. Quare nullus cohæredū ante ope  
ris cōsummationē pro parte sua fecisse rectē dicitur<sup>f</sup>. Sa  
nè post morā, quia in obligatione ac petitione est pecu  
nia, quæ recipit diuisionē, licet vnius factō omnes hare  
des teneātur, non tamē insolidū, sed pro parte tātū hæredi  
taria cōueniēdi sunt, inter quos eō nomine postea fami  
lia erciscūdæ iudiciū datur<sup>g</sup>. Mirabitur fortè quispiam,  
quod dixerit Papinianus, stipulationē quæ in faciendo  
cōsistit, diuisionē non recipere<sup>h</sup>, cūm Cato apud Paulū di  
uidū factū ab indiuisuo separet<sup>i</sup>. Itaque notandum est,  
hoc verbū Facere apud iuris authores variè accipi. Nam  
is dicitur facere, qui rei faciē quādā imponit, (vt ait Var  
ro) propterea ad mechanicas tantū artes, & opera qua  
corpore efficiimus, quæque sub sensum cadunt, re  
fertur. Qui nanque aliquid ita operatur, vt nullum extet  
opus, quod sub sensum veniat, Agere magis, quam Face  
re dicitur, Græci duo verba his duobus Latinis respon  
si d. l. stipu. non  
c. l. si seruus cō  
munis de sti  
ser. l. mēius.  
§. duobus. de  
lega. 2. l. si vt  
certo. §. si  
duob⁹ vehic⁹  
lū. ff. cōmod.  
l. nō possum⁹.  
ff. si pars hæ  
petat.  
e. l. si quis duas.  
§. si quis partē  
ff. cōmu prād.  
l. rectē dicimus  
de verb. signi.  
f. l. si is qui 400  
§. quadam ff.  
ad leg. fal. l. si  
de cōmissa. §. si  
in opere. ff. de  
leg. 3.  
g. l. ii. §. itē si in  
factō. l. iiiii. §.  
cato. l. stipula  
tiones nō diui.  
l. in executiōe.  
§. quod si stipu  
lat⁹ ff. deverb.  
obl. l. si quis ab  
alio. ff. de re  
ind.  
h. d. l. stipu. non  
i. d. l. iiiii. §. Ca  
dentia to.

dentia in vsu habent τοιην καὶ περτημ, quibus vtitur Aristoteles lib.1. Moral. hinc illa artis diuisio in Poētico & Practicē apud Fab. Quintilianū lib.2. verba hēc sunt Varronis lib.5. de Lingua Latina, quē cūm mendo-  
fissima offendissem in exemplari Aldino , absque veterum codicum præsidio ita vt potui emendaui. Proprio nomine dicitur facere à facie, quòd rei quam facit, imponit faciem: vt fictor, cūm dicit singo, figuram imponit, cūm dicit informo, formam: sic cum dicit facio, faciem iponit, à qua facie discernitur, vt dici possit, aliud esse vestimentum, aliud vas : sic item quæ sunt apud fabros, fictores, item alios alia. Qui quid administrat cuius opus non extat, quod sub sensum veniat, ab agitatu, vt dixi, magis agere quam facere putatur. Sed quod his magis promiscue quam diligenter consuetudo est vsu, trāslatitiis vtimur verbis. Nam & quidem Facere verba dicimus, &c. Hæc est igitur propria huius verbi Facere significatio, secundum quam accipienda esse verba Papiniani subiecta ab eo exempla indicant, quamvis non omnina facta indiuidua complexus sit, & pleraque sint indiuidua, quorum opus sub sensum cadens, nullum extat. Idem puto & si quis faciendum aliquid stipulatus sit, vt puta fundum tradi, vel fossam fodi, vel insulam fabricari, vel operas, vel quid his simile. Cato autem diuiduum factum ab indiuiduo distinguēs , latius Factum accepit, oblig.

**k. l.ii. de verb.** factum ab indiuiduo distinguēs , latius Factum accepit, oblig. quām Papinianus: vt id quoque contineat, quo absolu-  
**ll. vbi autē. §.** to nihil remanet quod oculis subiciatur. Hoc sensu op-  
**vl. ff. de ver.** ponitur factum dationi, vt in illa Pauli diuisione, stipu-  
obliga. §. sic lationū quedā in dando, quedam in faciendo cōsistūt. itaq;. Instit. Estq; Datio nihil aliud, quām dominii trāstatiōl. Gene-  
de actio. ralius tamen accipitur aliquando, vt qui dat is quoq; fa-  
**m lin facto. de cere intelligatur** m, sicut & is qui loquitur, tametsi alias cond. & de-facta opponantur dictis<sup>n</sup>. Sed vt ad Catonis distinc&mo. l. verbū nem veniamus, operā pretium est videre, quo modo fa-  
facere, de ver. Ita Diuidua dignoscantur ab Indiuiduis , & regula ali-  
bo. signi. qua more technicorum instruere iuuentum, ad quam  
**n l. aut facta. ff.** facta omnia de quibus inciderit questio , exigi pos-  
de pen. fint. Quamquam iuris nostri authores hac de re parum  
sollicitos

solicitos fuisse video : & sanè facilius est de singulis factis, diuiduâne sint, an contrâ, respondere: quâm in regulam aliquam , & præceptionem generalem & ~~ex~~thodixim omnia includere. Raphaël Cumanus (vt aliorum commenta, quæ tamen vulgo probantur, missa faciam, ea facta sensuit Individua esse, quæ (vt ipse loquitur) visibilia sunt, Diuidua verò quæ inuisibilia. Quæ sententia à ceteris ferè partim refutatur , partim velut somnium quoddam ridetur, & contemnitur, hanc (opinor) ob causam, quod vir eruditior quâm eloquentior, non satis commode nec dilucidè , quod rectè sentiebat, eloquutus sit. Nos autem vt eius inuentis lucem aliquam, si possimus, afferamus, ea facta individua esse dicimus , que corpore tantum exequimur, vt fossam fodere, rem tradere, & similia, quæ vel à demente, & eo qui intellectu & iudicio caret, nō minus quâm a sano homine expediti possunt<sup>o</sup>. Cùm enim in hac exequitione nihil poscit animus , sed corpore omnino opus sit, quonammodo potest ea diuisio locum habere, quæ intellectu tantum fiat, non etiam corpore ? Hæc sunt facta quæ vir acutissimus Visibilia , nos fortasse paulò rectius & significantius Corporalia vocare possumus. Diuidua verò sunt , quæ animo magis exequimur quâm corpore: vt dare (si generali factum accipiamus) quod dominium transferre significat, vt diximus: ratum habere, vacuam possessionem tradere, &c. quæ aliquod ius diuiduum continent, veluti dominium aut possessionem , ad cuius translationem animus est necessarius, nec corporalis executio traditio que nuda sufficit<sup>q</sup>. Fit autem hæc intellectualis ( vt ita dicam) diuisio, ob commodum aliquod , ex iuris translatione proueniens, vt exemplis facile ostendi potest. Quapropter in iis quæ facta simplicia sunt, quibusque nihil iuris inest , cuius pars individua utilitatem aliquam adferat, talis diuisio frustra fieret, vt concedamus ea in partes pro individuo intellectu diuidi posse, quod à peruvicacibus fortassis obici potest . Et hanc Raphaëlis sententiam quidam ex nostris collegis velut perpetuis tenebris obrutam & sepultam fœliciter admodum in lucem

d.l. stipulatio  
nes nō diuid.  
l. sive tradi.  
ff. de verb. obli-  
bli. l.i. §. adi-  
piscimur. ff.  
de acq. pos.  
l. seruus com-  
munis. de si-  
pul. ser. l. Me-  
uius. §. dua-  
bus. de leg. ii.  
d.l.t. §. adipi-  
scimur. l. qua-  
ratione §. hæ-  
quoque. ff. de  
acq. re. do. l. t.  
coventionali-  
bus. §. vlt. ff.  
de verb. obl.  
l. locus. ff. de  
acq. poss.

cem eduxit, perfecitque dicendo, ut ea non solum probabilis, quod existimauit Socinus, sed etiam vera nunc habeatur. Cuius rei nomine laus non minor ei debetur,  
*r. l.i. C. de veteri iure enucleatus.* (si Iustiniano credimus) quam si eius sententiae primus  
 author, inuictiorque extitisset. Sed de his haec tenus. Nam  
 de omnibus diuiduis atque indiuiduis obligationibus  
 plenè hic differere non est instituti nostri. De quibus  
 propediem fortassis in tractatum de verborum obliga-  
 & accuratiis & fusius scripturi sumus. Quo labore atque  
 onere utinam nos leuare tandem aliquando in animum  
 inducat Carolus Molineus, togatorum Basilice Parisie-  
 sis eximium decus, qui iustum de ea re librum iuris stu-  
 diosis iam pridem pollicitus est,

*De divisione fructuum inter coniuges soluto matrimo-  
 nio, aduersus aliorum, qui de ea re scripse-  
 runt, sententiam.*

CAPUT LX.

*a. I. si is qui sti-  
 chum ff. de in-  
 re do. leg. pro  
 oneribus. C.  
 eo. situ.*

**M**A R I T V S singuloru[m] annorum quibus stetit  
 matrimonium fructus rei dotalis lucrat[ur], si one-  
 ra matrimonii sustineat\*. Quod si nondum eo  
 anno finito, quo contractum est matrimonium, soluatur,  
 morte puta vel diuortio, eius anni integros fructus non  
 retinebit maritus: sed proportione temporis duntaxat  
 quo matrimonii onera sustinuit. Ut si fructus illius anni  
 sint XIII. aureorum, & matrimonium quod Calend. Ia-  
 nuarii contractum est, mense Maio solutum fuerit: ter-  
 tiam partem, id est, quatuor aureos, iure suo retinebit  
 maritus. Reliquas duas partes, id est, octo aureos con-  
 sequetur vxor, vel heredes vxoris. Idemque dicendum  
 est & si pluribus annis steterit matrimonium: sed anno  
 ultimo nondum finito diremptum fuerit. Et haec *ratio-*  
*rum* secundum proportionem Geometricam est, in qua  
 Aristoteles constitutum esse ius distributivum ait. Nam  
 cum eadem sit proportio duodecim mensium ad qua-  
 tuor menses quae est maioris summæ (puta XIII. aureo-  
 rum)

rum) ad minorem summam (id est, IIII.aureorum) æquum est, ut maritus qui pro XII.mélibus, quibus prædium dorale fuit, retinet XI.aureos: pro quatuor mensibus IIII.aureos retineat<sup>b</sup>. Verum quod diximus, pro parte temporis qua matrimonium stetit, fructus marito acquiri, ita accipendum esse Vlpianus ait, si eodem tempore & contractum matrimonium & dos data fuerit<sup>c</sup>. Nam si post matrimonium contractum dotalis fuerit effectus fundus, id est, traditus<sup>d</sup>, ex tempore traditionis tantum fructus lucrabitur maritus, percepti verò medio tempore inter matrimonium & traditionem sequutam dotem augebunt. Ratio enim suadet, ut non ante fructus fundi lucretur quamvis fuerit dotalis effectus: ut (exempli gratia) si matrimonium Cal. Ianuarii contractum, fundum dotalis Calend. Nouembr. sequentibus traditum marito matrimonium Calend. Decembris solutum. Et fructuum totius anni estimationem XII.aureorum esse proponamus: maritus retento uno aureo, undecim vxori reddere compelletur, quia uno tantum mense post traditionem dotis stetit matrimonium. Quod videtur quibusdam ideo iniquum esse, quia maritus undecim mensium spatio onera matrimonii sustinuit Sed loquitur Vlpianus de solutione traditioneque; dotis consensu mariti dilata, cui meritò imputandum est, quod tanto tempore ea ab uxore non exegerit. Hinc existit celebris illa questione, quam Papinianus lib. II. questionum tractauit<sup>e</sup>. Matrimonium contractum est tempore vindemiae Calend. videlicet Octobris data est in dotem vinea ex qua maritus statim fructus perceperit, & ex Calend. Nouembr. euidam colono eandem vineam locauit: Deinde Ianuarii postremo die solutum est matrimonii diuortio: quomodo fructus totius anni inter maritum & uxorem dividendi debeant? Papinianus non tantum ex die locationis, sed etiam contracti matrimonii diuidendos esse fructus ait: sed ita, ut vindemia fructus, & quarta portio mercedis instantis anni confundantur, ut ex ea pecunia tertia portio viro relinquatur. Quae verba sic vulgo interpretantur Accurs. Bartol. Iason, Zasius & ceteri, ut cōfundantur

<sup>b</sup> l. fruct<sup>o</sup>. §. ex contrario. ff. solu.matri. l.de diuisione. ff.sol.mat. l.dotalis. ff.de fun.dot.

<sup>c</sup> l. fruct<sup>o</sup>. §. Pa pinian<sup>o</sup>. alijs l.diuortio. ff. Sol.matr. Pli.li.18.l. q. C.defer.

dantur fructus omnes vindemiacum quartaparte mercedis, & tertiam partem eius pecuniae confusae atque commixtae maritus retineat. Veluti si ponamus XII. aureorum esse fructus vindemiacum, totidem aureorum esse mercedem locationis, quia quarta eius mercedis portio cum fructibus coniuncta & confusa quindecim efficit, maritus quinque aureos ex ea summa capiet. Sed nemo non videt injustam & iniquam esse hanc computationem: quia cum quarta tantum parte anni stetisse proponatur matrimonium, quarta reditus annui parte contentus esse debet maritus. Et quamvis rationibus speciosis excusari soleat haec iniquitas, leues tamen admodum sunt, si quis eas proprius inspicerit, & quasi piteat (ut aiunt) in parietibus nebulae. Qua & ab Alciato acutè refelluntur, tametsi rem acu non lumen mihi videatur te igitur. Itaque animaduerendum est, non tertiam partem illius pecuniae confusae, sed totius reditus annui potius marito relinquendam esse, ex sententia Papinianni. Non enim ait Papinianus, Eius pecuniae: sed, Ex ea pecunia, &c. quod diligenter expendendum hic est. Fit autem haec confusio fructuum cum quarta parte mercedis, ne alteruter in hac divisione afficiatur incommodo, si hanc tertiam reditus annui partem vel ex sola mercede locationis, vel ex sola fructuum quantitate metiamur. Atque ita confunduntur ut neque mercedis solius, neque fructuum tantum, sed simul & fructuum & mercedis habeatur ratio. Fructuum inquam a tempore contracti matrimonii usque ad tempus locationis: mercedis vero a tempore locationis usque ad finem matrimonii. Exemplo id dilucidius fieri. Pone XII. aureorum esse mercedem locationis, fructus vindemiacum perceptos a marito aureorum quatuor & viginti. Habita ratione mercedis solius, aureos quatuor auferet maritus, quae tertia pars est XII. aureorum: habita vero fructuum solummodo ratione, aureos VIII. percipiet, cum eorum estimatio- nis tertia pars haec sit. Verum si confundatur quarta illa pars mercedis, & fructus vindemiacum (non quidem integri, sed pro modo temporis quo matrimonium stetit an-

*g Alciat.libr.  
Parad 3.ca.1.*

te locationem) quinque aureos capiet maritus, nempe tres aureos pro quarta parte mercedis quæ est XIII. aureorum, & duos aureos pro duodecima parte fructuum quorum estimatione diximus XXIIII. aureorum esse: fieri nanq; potest, vt lögè amplius sit in fructibus, quam in mercede locationis, aut contrà cùm vnius anni prouentus vberior esse soleat, quam alterius<sup>h</sup>. Quo casu si ex mercede locationis tertiam hanc partem metiamur, damnosum id quidem erit marito, lucro vero vxoris cedet. Sin autem ex fructibus, contrà. Verum nulla ratio est, cur ex fructibus solis aut mercede locationis sola, tertiam hanc partem sumamus, cum vno atque eodem anno minime s'eterit matrimonium, sed in finem prioris anni cuius sunt fructus, & in posterioris initium cuius est locatio, incurrerit. Itaque huius incommodi vitandi gratia utilem excogitauit ratione Papianus, qua utriusque propiciatur, & neuter iustâ querendi causam habeat. Quod si vulgarem receptamque interpretationem sequamur, pro quinque aureis nouem debebuntur marito. Nam quarta pars mercedis, quæ trium aureorum est, commixta cum fructibus quos diximus XXIIII. aureorū esse: septem & viginti aureorū summam efficiet: ex qua summa tertiam partem auferens maritus, nouem aureos consequetur. Itaque *sic dianas&wp*, quod dicitur, à nostra discrepat hæc computatio. Sed nec Alciati sententia cù hac nostra vsquequaque consentit, tametsi prudenter animaduerterit non de tertia parte illius pecunia confusa, sed integri redditus annui Papinianū loqui. Ait enim, dandam marito quartam partem mercedis, & præterea ex fructibus vindemiae tantum ei supplendum esse, quantum ad tertiam partem mercedis conficiendam sufficiat. Verum hoc non est (si quid iudicii habeo) fructus confunderé cum quarta parte, idque ex iam dictis, opinor, satis perspicuum esse. Hoc igitur inter nostram, eiusque sententiam interest, quod in hac hypothesi, ille quatuor reos tantum, nos quinque, marito dandos esse contendimus. Nec aliter fieri absque manifesta iniuitate & iniuria potest: id quod à nobis ante demonstratum est, non

t probabi-

*h l.pretia reti  
ff.ad.l.fals.*

probabilibus modò argumentis, sed propè necessariis etiam ac Geometricis rationibus, quæ in docendo vim adferre dicuntur. Sanè si eiudè estimationis, esse vtriusque anni prouentum, id est, mercedem locationis, & frumentus vindemiarum perceptos à marito proponamus, talis computatione neutri coniugum damnosâ futura est, ac ne illa quidem confusio tunc erit necessaria. Sed rationem ex cogitare voluit Papinianus iniquitatis vitandæ, quæ ex varia fructuum quantitate & estimatione vtriusque anni oriretur, si mercedis solius aut fructuum haberetur ratio. Quæ varietas in fructibus crebro accidere solet, ut experientia quotidie edocemur.<sup>i.</sup> Et hæc quidem paucis verbosis, sed dilucidè, ut puto, in iuuentutis gratiam exequi volui: quod viderem, non solum falsa, atque absurdâ à vulgaribus doctoribus prodita esse, sed etiam ab aliis aliquantò rectius sententibus rem ita tractatam, ut studiorum non pauci numeris Platonis obscuriora eos tradidisse conquererentur.

FINIS.

DE IVRISDI-  
CTIONE ET IM-  
PERIO.

Apologia Franc. Duarenii  
iureconsulti, aduersus  
Eguinarium Baro  
nem iurecon-  
fultum.

t ii



F R A N . D V A -  
 R E N V S E G V I N A R I O  
 B A R O N I I V R E -  
 consulto. S.

V M typographorum mancipes huius urbis lucubrationes aliquot nostras, quæ iam diu lugduni editæ fuerant, denuo excude re hic vellent, facilè adductus sum ut eas non solum emendatas à me, sed etiam auctiores locupletioresque redditas, ipsis communicarem ac traderem. Apologia vero aduersus te nostram de iurisdictione & imperio, quæ nobis insciis nomine Ambrosii leti superiori anno exierat, ut simul imprimarent, nunquam eis id à me contendéntibus permettere volui, quod eam perire omnino cupiebam. Verebar etenim quia paulo stomachosior videbatur, ne ea fortassis animum tuum plus æquo exulceraret, deque amicitia, ac ne cessitudine nostra aliquid imminueret. Nā etiæ scholasticae contentiones nonnihil studiis conferunt, si vere dixit Hesiodus, ἀγαθὴ δὲ πειστὶς ἀδελφοῖσι, tamen eas haec nus probo, ut nulla eo nomine inter coniunctissimos homines amicitiae iactura fiat. V T A V T E M ea apologia obliuione sempiterna quasi obrueretur, ac minore eius desyderio tenerentur iuris studiosi, præcipua eius capita ut à nobis tumultuarie descripta fuerant, typographis dedi. Nec dubito quin hoc institutum nostrum tibi gratum futurum sit, tametsi vt lacesisti a te ac prouocasti liberius causam hinc nostram tueamur. In hac autem defensione quicquid à te contra nos allatum est, eodem prorsus quo tu nos oppugnasti ordine refutatus sum, licet, ut cum bona tua venia, ingenuæ quod sentio dicam multa satis perturbatæ, confuseque à te scripta videantur.

Ac imprimis

Ac imprimis illud damnas quod à me ita scriptum est,  
 lib. I. Disputationum anniuer. cap. LIII. Ius dicere ma-  
 gistratus dicitur, puta prætor vel alius similis, cum in  
 causis priuatis & pecuniaris iudici à se dato ius quod-  
 dam quasi constituit, & formulam iuris & æquitatis ei  
 præscribit, à qua iudicando cognoscendoque recedere  
 non possit, &c. Nec tamen argumentis respondes, qui-  
 bus opinionem nostram confirmamus in commentario  
 de pæctis, l. Iurisgentium. Ais tunc ius dicere prætorem,  
 cum iudicat: officiumque eius in iudicando consistere,  
 & pronuntiationem sententiae iurisdictionem esse, &c.  
 Citas edictum prætoris de re iudicata quod interpre-  
 tatur Vlpianus<sup>a</sup>, eod. tit. quod nostræ sententie ne tan-  
 tillum quidem aduersatur, Id enim non cōsueuisse præ-  
 torem iudicare afferit, nisi fauor certarum personarum  
 causarum<sup>ie</sup>, aut alia non leuis ratio æquitasque id sua-  
 deret, sed ius dicere præscribereque litigatoribus quod  
 iudex à se datus iudicando sequeretur. Idque ita mo-  
 ribus comparatum fuisse, Ciceronis locus ad Q. Fra-  
 trem ostendit, quem tu male recitasti, & peius interpre-  
 tatus es, vt postea dicturi sumus. Quamobrem cùm co-  
 gnoscet prætor, extraordinaria huiusmodi cognitio  
 dicebatur, tit. de extraord. cog. Adde quod si prætoris  
 munus ordinarium fuisse iudicare, edictū eius quasi ma-  
 le conceptum non improbasset nec correxisset Vlpia-  
 nus, sed interpretando potius pro more suo ad iudices  
 datos produxisset. Sed quia non solebant prætores iu-  
 dicare, nisi extra ordinem, sed iudices dare, vt diximus,  
 merito Vlpianus rectius facturum fuisse prætorem ait, si  
 verbo notionis vslus fuisse quod non tantum ad magi-  
 stratus qui raro & extra ordinem cognoscunt pertinet,  
 sed etiam ad iudices datos quorū mun<sup>o</sup> proprium est iu-  
 dicare. II. Negas de facto tantum cognouisse iudices  
 datos, & ais de iure quoque apud eosdem certatū fuisse.  
 Sed tu verba nostra aucuparis & captas, que vt ve-  
 rissima sunt, ita contentiosis hominibus forte calumni-  
 andi ansam præbere possunt. Nam quod ait de facto  
 tantū cognouisse, non de iure, sic accipiedum est.  
 t iii      quasi

*a in l. ait præ-  
tor.*

quasi non licuerit eis diuersum ius ab eo quod formula  
continebatur cognoscendo iudicandō sequi. Non e-  
nim inficiamur de iure & æquitate ex formula ipsa, præ-  
fertim si ex bona fide additum esset, potuisse oriri con-  
trouersiam in priuatis iudiciis, & à iudicibus datis eam  
definiri. Atque ita Ciceronem sensisse non dubito tam  
in Topicis, quam lib. i. de Orato.

III I. Contendis à Cicerone confictas leges non es-  
se quae ab ipso descripte sunt in libris de Legibus, ver-  
sariisque adhuc in hominum nostri temporis errore non  
tolerando, qui pro legibus X I L tabularum eas addu-  
cere solent. Et ais Ciceronem pro te satis refellere, lib.  
III I. de legib. his verbis: Nihil habui sane non modo  
multum, quod putarem nouandum in legibus. Quae ver-  
ba non minus tu confinxisse videris, quam leges suas Ci-  
cero. Nisi forte culpam in librarios quosdam conferas,  
quibus magna hodie sapientia est, iuxta Epicharmi sen-  
tentiam, non temere credere. Nam cum eos libros  
Ciceronis corruptissimos esse intelligere in consului  
præter manu scriptos codices plerosque, eos etiam  
qui Venetiis à Victorio castigati, & qui Parisiis à Rob.  
Stephano accuratissimè impressi sunt, in quibus ita le-  
gitur, Nihil habui, sane non multum, quod putarem  
nouandum in legibus. Verum ne quis amplius de ea le-  
ctione dubitet, omnèque intelligent Platonis exem-  
pli Ciceronem leges arbitrio suo describere voluisse  
illi Reip. conuenientissimas quam prius instituerat in  
libris de Repub. recitabo ex eisdem libris quae ad hanc  
rem pertinentia excerpti & annotauit. Ex lib. i. Si  
queres, ego quid expectem, quoniam scriptum est à  
te de optimo Reipub. statu, consequens esse videtur  
ut scribas tu idem de legibus. Sic enim video fecisse  
Platonem illum tuum quem tu admiraris, quem omni-  
bus anteponis, quem maxime diligis, & cetera quae se-  
quuntur. Ex eod. lib. Nec Licurgi leges, neque So-  
lonis, neque Charondæ, neque Zaleuci, nec nostras  
duodecim tabulas desidero, nec Plebiscita desidero: sed  
te existimo cum populis tum etiam singulis hodierno  
sermone

sermone leges viuendi & disciplinam daturum. M. Est huius vero disputationis, Quinte, proprium quod petis, atque utinam esset etiam facultatis meæ. Ex lib. 11. Q. Eas tu igitur leges rogabis quæ nunquam abrogentur. M. Certè, si modò accepta à duobus vobis erunt. Sed ut vir doctissimus fecit Plato atque idem grauissimus philosophorum omnium, qui princeps de repub. conscripsit, idemque separatim de legibus eius, id mihi credo esse faciendum, &c.

Ex eodem lib. Et quoniam & locus, & sermo familiaris est, legum leges voce proponam. Q. Quidnā id est? M. Sunt certa legum verba, Quinte, neque ita prisca, vt in veteribus sacratisque legibus: &c tamen quo plus authoritatis habeant paulò antiquiora, quam hic sermo est, &c. Ex eodem lib. A. Conclusa quidem est à te magna lex sancè quam breuiter: &c, vt mihi quidem videatur, non multum discrepat ista constitutio religionum à legibus Numæ nostrisque moribus. M. An censes cum in illis de R. P. libris persuadere videatur Aphricanus, omnium rerum publicarum nostram veterem illum fuisse optimam, non necesse esse optimæ Reipublicæ leges dare consentaneas? A. Imò prorsus ita censeo. M. Ergo adeò expectate leges quæ genus illud optimum R. P. continent, & si quæ forte a me hodie rogabuntur, quæ non sint in nostra R. P. nec fuerint, tamen erant fere in more maiorum quatum vt lex valebat.

Ex eodem lib. Non enim. P. R. sed omnibus bonis firmisque populis leges damus.

Ex lib. III. Nos autem quoniam leges damus liberis populis, quæque de optima republica sentiremus in sex libris ante diximus, accommodabimus hoc tempore leges ad illum quem probamus ciuitatis statum.

Ex eodem lib. Q. Quam brevi frater in conspectu posita est à te omnium magistratum descriptio, sed ea penè nostræ ciuitatis, & si paulù à te allatū est noui, &c.

Ex eodem lib. Quoniam non recognoscimus nunc leges R. P. sed aut repetimus erectas, aut nouas scribimus, non quid hoc populo obtineri possit, sed quid  
t. iiiii optimum

optimum sit tibi dicendum puto.

Ex eodem lib. Deinde de promulgatione, de singularibus rebus agendis, de priuatis, magistratibusque audiendis. Tum, Leges preclarissimæ de duodecim tabulis tralatas duæ, quarum altera priuilegia tollit, &c.

Ex quo loco apparet non omnes quas describit leges ex duodecim tabulis tralatas esse: sed paucas tantum, quas discernere ab aliis non facile possumus, Vt nam, autem, vanitatis ac mendacii hac in re conuincar a te egui nari, & quod semper optauit magis quam sperraui, leges illas Decem virales tandem aliquando mihi contingat inspicere. Nam quid potest veri germanique juris studiosus homo à Deo immortali legibus illis maius aut præclarius optare, quas Liuius Diuini humanique iuris fontem vocat, Cicero omnibus philosophorum bibliothecis anteponit?

III. Ais prætorum instituta fuisse in decretis interponendis & in rebus iudicandis ex sententia Pædani: perinde quasi negem prætorem iudicasse. Nec locus Gellii magis ad rem pertinet.

V. Quod opinaris me de editis & decretis in contumaces, & restitutionibus in integrum idem responsum fuisse, &c. recte coniectas. Nam ex commentariis a me editis ita me censisse obscurum non est.

VI. Ais cum de iure, lité contestata, omnis quæstio esset, judicem dari non consueuisse. Quod consentaneum est nostræ sententiae qui existimamus de facto magis quam de iure datos iudices cognouisse, vt supra dictum est. Paulus tamen ea. XX XVI I. de auro & argento leg. (quod à te non animaduersum miror) de prætre fidei commissario loquitur, apud quem scilicet fidei commissa petebantur. Nec enim persecutio huiusmodi, iuris ordinarii habebat executionem, nec iudices tum dabatur à prætore, sed ipse cognoscebat extra ordinem, vt ostendit Paulus in I. pecunia. de verbo. sig. cuius sensum eius loci interpretes non percepserunt. Huius rei fidem facit Vlpiani locus in fragmentis librorum nondum in lucem editis, sub titu. de fidei com. Fidei commissa

missa (inquit) non per formulam petuntur ut legata, sed cognitio est Romæ quidem consulum, aut prætoris qui fidei commissarius vocatur: in prouinciis vero præsidum prouinciarum. Ex quo loco illud certissimum esse apparet quod docuimus, res debitas per formulam peti solitas fuisse, nec ordinariam fuisse magistratum cognitionem. Dicitur enim ordine quis experiri, cum actione ei a prætore datur extra ordinem, cum ipse prætor cognoscit, titulo de extraordi. cog. quod & Gellius significat, libro vndecimo, capi. decimo octauo. Nec vero dubitandum est quin fidei commissum sit non legatum in ea specie de qua Paulus Prætorem pronunciasse refert.<sup>a</sup> Vlpianus in libro veteri, cuius supra meminimus, Fidei commissum, inquit, est quod non ciuilibus verbis relinquitur, nec ex rigore Iuris ciuilis proficiuntur, sed ex voluntate datur relinquentis. Verba fidei-commissorum in vsu haec sunt, Committo, Peto, Volo dari, & similia. Haec Vlpianus. quem quia ne a limine quidem, opinor, salutasti, excusatione aliqua dignum te esse non intuiti agnoscimus & faremur. Nec me mouet quod aurum legatum fuisse scribat Paulus, cum applicatione legati fideicommissum contineri dubium non sit.

VII. Ais a iuriis authoribus traditum esse, iudicem dare posse quibus lege, vel constitutione. vel S.C. conceditur<sup>c</sup>. Ex quo colligis prætores non solere passim iudices dare. Quæ sane argumentatio & ridicula & nugatoria est. Docet enim Paulus qui possint iudicem dare: vt ostendat non cuius (pura priuato homini) hanc potestatem permitti debere: & ita diffinit, iudicem dare possunt, &c. Tu ex eo infers mendoſissime, magistratus quibus hoc cōcessum est, passim id facere non posse. Quo nihil potest dici a verbis sententiaq; Pauli alienius.

Et quod ais more maiorum comparatum esse ut magistratus iurisdictionem suam mandare possint. quid ad rem pertineat non video.

VIII. Quod obiicis ex XV I. cap. tit. de Off. præsid. & cap. X. tit. de Iurisdictione tametsi mentem tuam non satis assequi potuerim tamen vitrumque caput ita interpretabor

*a d. l. titie de  
dur. et arg. le.  
§. vlt. Inſt. de  
ſing. reb. per  
fd. rel.*

*b l. & fideicom  
miſū de leg.  
iii. l. annua.  
l. liberto. §. i.  
§. pater. de  
annu. lega.  
c l. cum prætor  
de iudi.*

*d l. more de Iu-  
risd.*

pretabor ut ea interpretatio ad diluendum obiectum sufficiat. Qui iurisdictioni præstis iudicium dare seu ius dicere libertis suis non potest. Hæc Vlpiani sententia est sub tit. de Iurisdic. Cui iure consultus Macei sub tit. de Off. præsidis adiicit exceptionem, Nisi quid inuitio acciderit, quo casu haec tenus ius dicendum est ut lis contestetur, &c.

X. Adducis caput VIII. & IX. titu. de Offic. præsid. ut præsides prouinciarum cognouisse ostendas: quanquam id ego non inficiar, vbi de Officio præsidis ordinario minime tractatur: sed de vi & potestate re scripti quo princeps litigatores ad præsidem remittit.

X. Oppugnas nostram sententiam Hermog. autho ritate. ca. X. de Offic. præsid. qui cognouisse vrbis Romæ magistratus diserte: vt ais, scriptum reliquit. Sed toties iam repetui nunquam aut negasse me, aut dubitasse, quin plerique prætores cognoverint. ac ipse etiam vrbanus prætor interdum, vt hinc te cauillari facile appearat.

XI. Locum Ciceronis ex quadam ad quintum fratrem epistola adduxeram, quo uno conuellitur omnino opinio tua. Sic enim legitur in omnibus quicunque extant codicibus: Quid? Prætor solet iudicare deberi? quibus verbis consuetudo prætorum in iure reddendo haud dubie demonstratur. Tu nimium audacter (pace id tua dictum velim) verba immutans & corrumpens, ita locum recitas, Quid prætor iudicat deberi? quanquam ne ea quidem lectio interpretationi tuae conuenit. Nec dubito quin nobis tandem assensurus sis eo loco diligentius perspecto perpensoque, quem fortassis præ nimirum festinatione & carpendi libidine, non satis attente legeras. Nam te ex industria locum illum immutasse, ut opinioni tuae subseruiret, mihi nequaquam persuaderem, quod à viri boni officio alienum id sit.

XII. Varia loca iuris ciuilis te præterire ais, ex quibus appetet cognitionem & iudicationem non solum iudicium priuatorum esse, &c. Et merito quidem id facis. Quid enim attinet in re non dubia nec controuer-

sa te

*ad restibus uti non necessariis?*

XIII. In hunc modū ratiocinaris: Mandata generali iurisdictione, totum officium iuris dicendi trasferatur in eum cui mādatur<sup>a</sup>. At incertum est an transffera-  
tur iudicis dandi licentia, &c. Respondeo, certo certius  
esse iudices dandi licentia mandata iurisdictione trans-  
ferri. Nam id adeo apertē expressum est, l Cum prātor.  
de iud. vt nullus dubitationi locus relictus sit.

*a l.i.a.de suspec.  
tut.*

XIV. Vrges quod Vlpianus cap. III. de iuris-  
dictio. non simpliciter dicit, Iurisdictio est iudicis dan-  
di licentia: sed ita, Iurisdictio est etiam iudicis dandi li-  
centia. Respondeo, emendata exemplaria & editionem  
principue Haloandri secutum me esse, in quibus parti-  
cula, etiam, desideratur. Quam lectionem tibi quoque  
in commentariis ad Vlpianum placuisse video. Nam &  
ad finem libri aduersus nos tui ita scribis si qua in com-  
mentariis ad Pandectas his repugnatia scripsisse videa-  
musr eo in loco Haloandrinos libros seuti sumus. Qui  
locus apertē ostendit quam parum tibi constes in hac  
disputatione, vt minus mirū videri debeat, quōd à me  
caterisque dissentias.

XV. Non mouerit te ais constitutione, Ne quis in  
sua causa iudicet vel ius sibi dicat: cum non sit nouum,  
generale verbum subiici speciali: vel cōtra, speciale ge-  
nerali. Et ais haec verba, Iniquum est in re propria alicui  
ius tribuere sententiæ, magis ad magistratus sententiæ,  
quam iudicis dati referenda esse: quoniam, inquis, fi-  
lius patri iudex dari potest, consentiente scilicet aduer-  
sario. Primum respondeo, hac ratione tua nihil ineptius  
esse. Quamvis enim pater in causa filii, aut filius in causa  
patris iudex rectè detur, cōsentiente aduersario<sup>b</sup>, quod  
& ego tractau lib 1. Disputat. annivers. c. L I. Nunquā  
ramen mihi probabis iudicem in causa sua quempiam  
esse posse, cum id rationi juris non conueniat<sup>c</sup>. Illud ti-  
bi non grauatē assentiar, & concedam, posse eam con-  
stitutionem de magistratu vbique intelligi, quem  
non solum ius dixisse, sed etiam interdum iudicatisse  
in confessu est. Harmenopulus Græcus author libro I.

*b l.i.m priuatis o  
de iud. arg. l.  
quinetiam de  
recept. arb.*

*c l.pe.de recep.  
arb.*

Prochir

Prochir.tit. IIII, prius verbum videlicet, Iudicem esse siue iudicare, ad cognitionem pronunciationemque de causa priuata retulit, quod tunc propriè ius dicere non dicitur magistratus. Posterius verbum quod est, Ius dicere, explicat adducto nominatim exemplo de bonorum possessione danda. Nam dare bonorum possessionem, iurisdictionis esse non malè dicitur, cùm sit imperii mixti, quod cum iurisdictione coniunctum est, & ad officium ius dicentis pertinet.

XVI. Apud Papinianum in l. qui restituere, de rei vind, cùm ait, Officio iudicis possessionem transferendam, negas officiū iudicis de pedaneo intelligi, sed nihil probationis loco affers quod responcionem mereatur, quodque admodum leue friuolumque non sit. Prætor, inquis, aliquando iudex appellatur. Quis hoc ignorat? Liuius certè prætorem à veteribus iudicem appellari solitum disertè scribit. Cuius loci nusquam te meminisse in hoc tractatu mirum est, cùm ambitiosius quam fortassis par fuit, ne dicam odiosius, authorum loca vel parum ad rem pertinentia hic inculcaueris. Iuris tamen nostri authores in Pandectis ferè iudicem pedaneum siue datum hoc nomine designant. Vnde & præatoria stipulatio opponitur iudiciali. Verùm quis hanc argumentationem ferat? Prætor interdum iudex appellatur: Officium igitur iudicis apud Papinianum pro officio prætoris accipi debet. At enim quæ imperii sunt, inquis, per magistratus expediri solent: quasi vero pronunciatio iudicatioque imperii sit, quæ ne iurisdictionis quidem est, nisi impropriè & κατεχρηστικῶς iurisdictionem accipias: quod & Vlpiani verba ostendunt<sup>a</sup>. Si minor, inquit, prætor vel cōsul ius dixerit sententiā me ptulerit, valebit.

*a l. quidā cōsu-  
lebant de re  
iud.*

XVII. Locus Suetonii Tranquilli quem adduxi manifestissimè iurisdictionē à cognitione, vt ré omnino diuersam, separat ac distinguit. Tu speciem generi subiectam esse affirmas, nec ullam tamen huius re fidē facis.

XVIII. Definitionem tam iurisdictionis, quam imperii meri ac mixti vna cum diuisione quam tradidimus, in dubium vocas: ita tamen vt probes ne an impro-  
bes,

bes, ex disputatione tua facilè non sit iudicare. Ut igitur tibi satisfaciam, hoc imprimis habeto, me sexaginta illa capita, in quibus illud quod ad iurisdictionem spectat, quinquagesimum tertium numeratur, publicè cuiusdam disputationis, in schola cui præeram, instituēdæ gratia, proposuisse, vtq; paratior ad eam esset iuuentus, quæ tum nobis operam dabat, ea per typographos festinanter publicanda curasse, tametsi aliis occupationibus distractus, quod maximè optabam, perficere nō potuerim. Non enim institutum meum fuit, plenum de iurisdictione tractatum id temporis edere sed quedam veluti præludia, iuuentutem tantum admonendi gratia, eo capite breuiter, & quod ipse me præstissime etiam fateris, dilucidè completti. Itaque de officio prætoris & aliorū huiusmodi magistratum differens, quodnam esset præcipuum &, vt ita loquar, ordinarium eorum officium tunc demonstrare satis habuit. Exempli gratia, Præcipuum urbani prætoris officium est ius dicere, bonorum possessionem dare, & cetera id genus exequi, quæ iure magistratus ei competit. Nam potestas de prædiis minorum alienandis decernendi aduentitia est, & extrinsecus accedit. Præterea ius animaduertendi in facinorosos homines, quod merum dicitur imperium, quāvis lege specialiter deferatur, tamen in eo præcipue versatur prætoris munus cui sortito id obtigit. His perceptis nullū existimmo aduersus nos calumnias locum fore. Ad quæstionem igitur tuam, sub quo scilicet genere constituenta sit in diuisione iurisdictionis & imperii potestas illa decernendi de rebus minorum, &c. Respondeo, in imperio quodam videri consistere. Et quia id imperium coniunctum est cum iurisdictione, nec alii competit quām quia ita magistratu fungitur, vt iurisdictionem generalem iudicūque dandorum facultatem habeat (puta prætori urbano) mixtum dici imperium nihil prohibet. Potest & iurisdictione appellari lata significatio<sup>a</sup>. Nec ideo trahatur mandata iurisdictione: quoniam ea mādata trahit omnis iurisdictione omneque imperium iure magistratus cōpetens. At iurisdictione, aut imperium quod specialiter

<sup>a</sup> argum. l.i.de  
susptut.

lege

*a arg. d. l.i. de lege defertur, non transit<sup>a</sup>.*

*susp. tut.*

XIX. De edicto prætoris aduersus eum proposito qui ius dicenti non obtemperat, Vlpianique commentariis ad illud edictum, quod scripsimus lib. I. Disputa anniuers. cap. quinquagesimo, non quidem reprehendis, sed tamen persuadere lectoribus conaris noui quicquam à nobis allatum non esse. Et te post Bulgarum eadem si diis placet, expositionem, antequam Duarenus hæc ederet, tuis auditorib<sup>9</sup> dictasse, quæ postea impresorum opera publicata sit. Nam & illud te malè habet, quod scripsimus neminem cuius scripta in manus nostras venerint, rectè eum locum explicasse. Quod quidem à nobis verè dictum esse, quis tam impudens est ut insificari ausit, qui modò nostra scripta, cum cæterorum commentariis contulerit? Bartolus quem cæteri ferè sequuntur, extremum pro primo apud Vlpianum accepit, nihil rectius quam si album id est nigrum dixisset. Bulgarus extremum significare ultimum verè ait, & subaudienda quedam verba esse putat. Sed quam rectè id explicet testimonio sunt, quæ ab aliis scriptoribus de opinione eius referuntur (nihil enim extat) quam omnes explidunt & reiiciunt. Tu non tanquam exponens Bartoli opinionem, sed tuam expromens (nusquam enim Bartoli mentionem facis) Extremum, inquis, id est prium & paulò post, Nisi malis extremum esse ultimum, nimirum restituere rem mobilem vindicanti arbitratu iudicis, duci verò & ferri manu militari. Hoccine est explicare & interpretari? an non potius res per se claras obscurare & inuoluere, miserisque auditores multo incertiores dimittere quam acceperis? Denique, vt tibi demus quid sit extremum te intellexisse (nam in eo præcipua difficultas eius locinon vertitur) Quemadmodum queso reliqua eiusdem Vlpiani verba interpretaris, & cum superioribus connectis, Cæterum si & sequentia recusavit, & cætera. Quibus nos lucem eam attulisse speramus, vt nemo sit sani, rectique iudicii, cui nostra opinio non magnopere probetur? At Bulgarus, inquis, ea verba multis antè seculis subaudienda esse censuerat.

Eftō

Esto. Sed quamobrem subaudienda essent nusquam sanè docuit, ac ne intellexit quidem. Hinc factum est ut posterioribus interpretibus vulgo displicuerit ea sententia. Quid vis amplius? Ipse quoque confiteris, ut Bulgari subauditionem effugeres, typographo te mandasse, ut lectionem affirmatiuam in margine imprimere. Is videtur ius dicenti obtemperasse, qui quod extrellum est in iurisdictione fecit. Nam quia nihil comminisci poteras quod speciem aliquam veri haberet, eo configisti tandem post alios quosdam nō minus audaces quam imperitos excusores librorum, ut verba Vlpiani elegantissima inuerteres & corrumperes. Quæ cùm ita se habeant, eorum erat profectò gratiam aliquam ei habere, potius quam malignè perstringere, qui primus omnium has tenebras discussit, & in eo Vlpiani loco ~~veritas ad optimorum schema Græcis, Latinisque visitatum esse demonstrauit.~~ Galenus scribit, homines quosdam esse, qui se nunquam viatos agnoscunt in disputando, hōsque similes esse ait vulgaribus palæstritis, qui deiecti à luctatoribus, & humiliantes supini, tantum abest ut lapsum agnoscant, ut etiam ceruices eorum à quibus deiecti sunt, teneant, non sinentes illos auelli, ac vel ita se vicisse arbitrantur. Quo ex genere hominū tametsi nō sis (id enim affirmare nec ausim, nec velim) optarē tamen te stylū ita hic téperasse, ut nullam bonis viris tale quidpiam de te suspicādi dedisses occasionē. Atq; vtinā, Eguinari, cœptam à te nō infelicitere docendi iuris rationē tenuisses, nec adeò tui oblitus ad has velitationes homine pser-tim sene & iuris cōsulto indignas, animū cōuertisse, quibus veritatē amitti nō immērito sapiētissimi quiq; semp iudicauerunt. Permisserunt hoc sibi interpretes iuris, qui vulgo in manibus habētur. Qua ex re quanta sit perturbatio cōfusioq; secuta nō ignoras. Cooperat nostra erate nōnulli huiusmodi sophisticis altercationibus explosis, simplicitatem in docendo amplecti, in quibus tu nobiscum strenuam aliquādo operā nauasti. Atq; hinc spes nobis aliqua synceroris in posterum doctrinæ affulserat & institutionis in iure ciuili. Quid, malum, tibi nunc in  
mentem

mentem venerit, ut hoc pessimi sanè exempli facinus aggredere, equidem satis mirari nequeo. Quod si imitari in animum inducant cæteri, quò euasura sit res, & quis futurus exitus, prudentiæ tuæ erit animaduertere. Quod ad me attinet, chaos nescio quod eo longè intolerabilius, quod interpretum veterum, quos damnas, digladiationes pepererūt, hinc exiturum animo cogitationeque satis prospicio: futurūmque tandem vt iuris studiosam iuentutem, Bartoli, Baldi ac reliquorum eiusdem notæ scriptorum, quos præ noua eademque puriore doctrina coepérat faslidire & auersari, breui desyderium capiat. Est enim verisimile scriptum ab optimo poëta, Qui velit ingenio cedere, rarus erit. Et ab alio quodam, Nulla in re modum humana ingenia nouere. Ac plerosque viideas Plautino illi coquo non absimiles, qui se intro iturum ait, vt quod alius condidit coquus alio pacto condiat: hoc vnum spectantes vt nouent ac perturbent omnia, & quo iure quaq; iniuria de aliorum laude aliquid delibent ac decerpant.

X X. Circa eiusdem editi interpretationem aīs me diffidenter ac timidè à sententia tua recessisse, cùm ex eo edicto litigatori, non fisco iudicium dariscripsit, &c. A sententia tua vt recederem ne cogitaui quidem vñquam, vtpote quam ignorauerim omnino, donec, vt aduersus calumniā tuam ipse me defenderem, coactus fui commentarios à te editos nuper inspicere. Deinde illud à te quæsierim, vnde hanc dissidentiam nostram ac timeditatem arguis? An quod existimare nos dicimus, &c. Magnum hercle timiditatis argumentum: sed hæc quæ levia sunt ac puerilia prætereamus. Aīs non admodum tibi placere quod scribimus, hoc iudicium soli litigatori competere. Credo vt timiditatis tuę fidem nobis facias, quam nobis nescio qua de causa hæc adscribere voluisti. Evidem non ignoro veteres Iureconsultos ita nonnūquam ius respōdere quasi hæsitare videantur: sed ita demum, Si ius non certum, neque exploratum, sed dubium atque controuersum sit. De re autem certa minimeque obscura nobiscum hæc contendere videris. Nam si iuris nostri

## A P O L O G I A .

305

nostri authorum loca conferatur, Sophisticè cauillatio-  
neque omni remota, nihil potest reperiri dilucidius. Di-  
co hoc iudicio peti, non quod actoris interest, sed quā-  
ti ea res est, id est, quanti ea res de qua queritur ab acto-  
re estimata est, siue iusta siue iniusta, & calumniosa fuer-  
rit eius petitio. Nihil enim aliud hoc sermonis compen-  
dio significare voluit Vlpianus: Nam propter hanc con-  
tumaciā, damno & perditione litis afficitur reus. Quod  
pœna genus in plerisque casibus hodie in foro vistatum  
est. Hæc interpretatio & verbis & rationi mirum in mo-  
dum congruit. Nec enim, vt tu ais, principaliter Rei-  
publicę interest, sed litigatoris potius, qui cūm reo aliās  
iudicium contestari non potest, nec eo animo proposito  
que frustratur reus, vt contemnat ius dicentem, sed vt  
aduersario noceat, quāvis in consequentiam quoq; ciuīs  
imperium contemni videatur. Itaque popularis non est  
hæc actio iudicanda quæ cōpetit actori, vt dixim⁹. Nam  
actione data multam peti inauditum est, quam à pœna  
multum differre constat<sup>a</sup>. Et hoc disert titui⁹. Si quis in  
ius vocatus nō ierit, ab hoc titulo quod h̄c de amissio-  
ne cause ob contumaciam agatur, illic de multa dicen-  
da à magistratu. Estque tunc locus pœna huius edicti,  
cūm magistratus multam dicendo, pignora capiendo,  
in possessionem mittendo, & cetera ad extremum vſ-  
que iurisdictionis potestatisque suæ peruenit, nec ali-  
quid ei amplius reliquum est, quo non obtemperantem  
coērceat, & ad iudicium subeundum compellat. Quod  
autem ais hæc verba, secundum ius potestatis sur, ad co-  
stitutionem de modo multarum referenda esse, mihi  
nunquam persuadebis, cum ea nihil aliud significant  
quam hanc facultatē concedi magistratibus populi Rō-  
mani, propter vim potestatis suę & imperii, non autem  
magistratibus municipalibus ac duumuiris qui non si-  
milem potestatem, aut imperium habent. Sed cur meram  
pœnam cōtinere dicitur? nam hoc quoque tu calumnia-  
tus es, Respondeo, meram pœnam continere hoc iudi-  
cium, quod ad pœnam tātūm infligendā cōparatum sit,  
nec in eo queratur an intersit actoris, sed quid petitum

*a. I. si qua pœna  
de verbis sig.*

sit, quamvis fortè eius interesse possit. Non enim reus in hoc iudicio auditur, contendens iniustum & calumniosam actoris intentionem fuisse. Et sanè nusquam legitur, actionem rei persecutoriam aut mixtam dici, nisi in qua de eo quod abest litigatori, eiisque interest queritur. Quod cùm in hoc iudicio non fiat, meram pœnam continere absque vlla rei persecutione merito dicitur. Hoc autem edictum ad plectendam contumaciam eius unde petitur à prætore propositum est, quod crebrius soleat frustrari & iudicium fugere quam actor. Quare à Græcis φύγοντις dicuntur, quos Latini reos appellat. Sed quia contingit aliquando ut etiam actor contumax & dicto audiens non sit, censuit Labeo edictum, tametsi verbis id expressum non esset, ad actorem porrigi oportere, ut scilicet damno litis afficiatur. Quod quemadmodū fiat, quanquam obscurum non est, tamen eiusdem Labeonis

*a l. sed et si. ex verbis, que ab Vlpiano referuntur, id confirmare volui<sup>a</sup>, quibus caus. Sed et si dum decreto prætoris non obtemperat, inquit*

Vlpianus iurisdictionem ei denegavit, non esse eum restitutur Labeo scribit. Ecce, prætor ei qui non obtemperat edicto suo, denegat iurisdictionem, id est actionem non dat, non dat iudicem, non admittit ad agendum. Hæc enim verbo iurisdictionis significantur, ut supra annouatum<sup>b</sup>. Et hoc etiam casu pœnam rectè dicitur actori infligere prætor, quia licet fortè calumniosa fuerit actio, ad quam instituendam non admittitur, tamen hoc non inquirit prætor, sed ad contumaciam tantum respicit. Pro coronide subiectam verba Hermogeniani, quæ

non minns perspicue quam breuiter, totam hanc sententiam tam de actore quam de reo com-

*b l. contumacia de re iud.* plectuntur<sup>b</sup>. Contumacia eorum, inquit, qui ius dicenti non obtemperant, litis damage no coércentur.

De pla-

# DE PLAGIARIIS ET Scriptorum A-

LIENORVM COMPILATO-

ribus, aliisque rebus cognitu dignis

Fran. Duarenii Iureconsulti ad

Fran. Balduinum Iure-

consultum epi-

stola.

Fran. Duarenus Fran. Bal-

duino, S. D.



D multas variásque tuas literas, Baldui ne, cur tāto interuallō nunc demum rescribam, initio huius epistolæ tibi expōnendum esse putaui. Veritus enim sum ne aut negligentiæ meæ, aut obliuioni tui, hæc intermissio epistolarum potius adscriberetur, quām molestissimis occupationibus, quibus ego distractus nullas tibi adhuc literas dare potui. Itaque ocii quantū satis est fortè fortuna nactus hoc tépore singulas quas ad me dedisti literas magna profectō cum voluptate relegi. Nec verò quicquam antiquius habui, quām vt vniuersis accuratè prolixèque rescriberem. Quemadmodū enim qui lōga necati sunt inedia si fortè in lautas aliquas præter spēm epulas inciderint audissimè stomachū iis explere solent, sic ego in hac ocii abūdantia, quæ mihi cōtra quām assolet, nunc diuinitus obtigisse videtur, libenter feci vt scriptione literarum, quāsi tecum suauissimè de communib⁹ studiis confabulās animum ipse meum exariarem. Et eo magis quod eadem opera, hoc me consecuturum sperauī, vt velut scenore quodam præteriti temporis persoluto, te imposterum placatiore vterer. Evidem non sum nescius breuitate

& subtilitate epistolarum te magnopere delectari, Sed quoniā hēc epistola multarum vice nunc ad te mittitur, vt longi temporis vſuram, quo nostra consuetudo intermissa est, cumulatius ſartiam, dabis mihi hanc veniam, Balduine, vt bene longam ac prorsus inelegantem minime fastidias, cūm p̄ſertim vberimū ſcribendi ar-  
gumentū à te mihi ſuppeditatum ſit. Nam vt hinc exor-  
diar, nulla eſt ferē epifola ad nos tua, qua non ve-  
lut mecum expoftules, quod reliquas commentationes  
meas in ius ciuile non emittam. Ac illud ſubinde com-  
memoras quāta de me apud ſtudiosos iuris expectatio  
disputationum anniuersariarum edito libro cōcitata ſit,  
& quantopere annum hoc munus à nobis quotidie ef-  
flagitant. Addis & alia quædam ex intima arte tua de-  
prompta, quibus me ad id negotium impellis, & inci-  
tas. Sed tu velim paulisper deposita petitoris persona  
Iudex mihi ſedeas, dum apud te cauſam meam agens o-  
mni me culpa vacare oſtendo. Principio igitū de vo-  
luntate noſtra, animiqüe propenſione quadam ad ex-  
coledum, illuſtrandumq; ius ciuile, neminē, qui me non  
ignoret, hominē dubitare arbitror. Cuius rei quodnam  
eſt illuſtrius teſtimoniū, quam quod annos ad viginti in  
eo ſtudio ita cōſumpſi, vt nec monitis, nec precibus, nec  
conuitiis amicorum, ac neceſſariorum ab eo incepto, p-  
poſitoque auoſari potuerim. Tantaqüe fuit noſtra hac  
in re ſue conſtantia, ſue pertinacia, vt interim dum ſtu-  
diorum cauſa peregrinamur, nec amicorum nos ſubinde  
reuoſantium exhortationibus fleſtimur, magnam rei fa-  
miliaris iacturam fecerimus. Idem enim ferē nobis quod  
Democrito accidit, qui cūm ad ſtudium ſapienſiæ, ne-  
ceſſariam ſibi eſſe peregrinationem intelligeret, agros  
non inuitus dereliquit ſuos, publicaque paſcua fieri paſ-  
ſus eſt. Atque vtinam noſtra conditio non ſit deterior  
 futura, quam illius qui cūm apud Abderitas ciues ſuos  
cauſam diceret amitti patrimonii, prolatis libris quos  
de Physica ſcripſerat, abſolutus fuiffe fertur. Sed hoc  
deus viderit. Certè nihil vnguam aut p̄aclarius, aut fo-  
licius duxi, quam ſi ita mihi otio literario frui daretur,  
vt inde

vt inde fructum aliquem minimè vulgarem; non nostri  
solum æquales, sed posteri quoq; percipere possent. Ita-  
que otiosum illud, ac quietum vitæ genus, quod vulgo  
parum dignitatis habere creditur, aliorum negotio, ma-  
gistratibus, & prefecturis, longè anteponendū esse semp  
existimauit. Sed iam te submurmurantē audire videor, ac  
dicentem. Quo igitur repentinus hic tuus ex schola cui  
præeras longè nobilissima in forum transitus? Proinde  
ut qui sit meus de toto hoc genere sensus planius intel-  
ligas, paucis accipe. Cum vltro hanc prouinciam duram  
fanè, & grauem iam olim suscepisse, ut in iure ciuili in-  
terpretando, expurgandōque reliquum vitæ inæ tempus  
consumerem, cogitaremque quam multis magnisque  
rebus instructum esse eum oporteat, qui tantum facinus  
aggregariatur, dedi operam ut Latinis Græcisq; authorib;  
euoluēdis mediocrem vtriusq; lingue peritiam mihi co-  
pararem, sine qua omnis nosler futur<sup>9</sup> erat irritus labor.  
Cetera quoq; ex mutis, vt aiunt, magistris, id est, libris edi-  
sci possunt, ad ea rem necessaria sic degustauimus, ut ope-  
ræ in id impēst̄ non admodum nos pœnitentia. Supererat  
vſus fori, sine quo, vt verè dicam, nec ius ciuile satis per-  
cipi, nec recte, commodèque doceri posse mihi videtur.  
Nam cum ad omnes artes perdiscendas, tum maximè ad  
iurisprudentiam, exercitatione & vſu opus esse meritò sa-  
pientissim⁹ quisq; semp iudicauit. Quamobrem ut quod  
eram exorsus, pertexere, ac confidere possem, tantisper  
cum pragmaticis, causidicisque istius fori vestri versa-  
tus sum donec serò tandem sensi, quod tantopere affe-  
ctabam, in his inferioribus tribunalibus vix me vñquam  
assecurarū esse. Quare magnis grauibusq; viris authorib;  
ad hanc totius orbis celeberrimā Luteriq; Parisiorū Basili-  
cam eo me contuli, vt iuris ciuilis vſu modicè instru-  
etus cōmodius atq; fœlicius opus à me inchoatū cōsum  
mare, & Spartam nostrā, vt veteres loquebātur, aliquāto  
ornatiō reddere queam. Itaq; maximā tēporis partem  
forēsia negotia, in quib<sup>9</sup> terimur studiis nostris detrahūt,  
nec quādiu nobis in hoc sit pistrino viuedū adhuc pla-  
nē constitutū habemus, interea certe tam incredibili af-

fectu ad studia iam biénium intermissa rapimur, ut quotidie cum genio, naturáque nostra belligerari videamur, ac plárisque iam sit persuasum nos in aduersariorum nostrorum, id est quæstui magis, & ambitioni quam literis deditorum hominum, castra, ut exploratores magis quam ut transfugas concessisse. Iam tenes qui sit rerum nostrarum status, & quæ vitæ ratio. Nec difficile tibi est ex hac narratione cognoscere, eā esse voluntatē in studia ciuilia nostram, ut suasionibus tuis non tam nos commonere languentes quam currentes incitare videri possis. Sed cursum nostrum remorantur, & impediunt forenses illæ de quibus iam dixi occupationes, quæ vacui temporis paulum admodum nobis relinquunt. Deinde sic mihi à prædonibus & plagiariis metuo, Balduine, (tecum enim nunc iocari liber) ut factus nostros foras dare non ausim. Alii plárius scriptores cum quid laude dignum sc̄e excogitasse credunt in te literaria, ne quis forte alius anteuerat, & eam laudé ipsis præcipiat festinanter id expromere solent, ac interdum ea de causa præcipitant æditionem. Nec fortassis alia fuit quoniam nostra ratio. Ego verò longè aliter affectus sum, ex quo prædonis cuiusdam insignis audaciam experiri mihi cōrigit, qui fuci instar alienis insidiatur laboribus, & simulatque scriptum aliquod melioris notæ in lucē exit in id protinus inuolare, & rapaces manus iniicere consuevit. Quod si quis eum recentes tenerosque partus, & iniuriæ magis obnoxios rapere tantum existimat, mihi crede, vehementer is fallitur, nam ne à grandiorib⁹ quidem & iam adultis, quod longè est impudentius, hic manus abstinet. At enim lautiiores modò copiosioresq; homines spoliat de quibus illud dictum est à poëta. Exilis domus est ubi non & multa supersunt, & dominū fallit, & p̄sunt furibus. Immò verò nullos libētius deprædatur quam mediocris aut tenuis fortunæ homines si quid speciosus habeant quod ipsi arrideat. Eos etenim ceu terre filios despiciens homo potens & splendidus imbecilliores existimat, quam ut sibi illatam iniuriam vlcisci, & ius suum obtinere possint. Et autem mira si diis placet, hominis

minis istius in tegendis dissimulandisque furtis suis astuta, qui alienas sententias nonnihil ex eis callide ac subdole immutans, pro suis usurpare solet. Quod genus homines Casius Seuerus similes esse furibus dicebat, qui pocolis alienis mutaret ansas, ne à dominis agnosci possent. Sed interim tamen imprudenti ut sit, ac alias res agenti, bono viro integri versus excidūt ex nostris aliorumque scriptis quæ nunquam legisse videri vult, ut vel hinc maxime fucus suboleat. Aliud commentum hominis vafrum non minus, ac callidum, tibi referam. Quia scripta compilat aliorum quæ iamdiu ædita ac perulgata sunt, moris est ei retroflus ementita die scripta sua aut farta potius in lucem emittere, nomine civitatis adscripto, in qua ante multos annos hæc se docuisse asserit, ut non ipse aliis, sed cæteri potius, ipsi ea sublegisse ab imperita multitudine credatur. Qui quidem si ante nostrâ editione quâ ignorauit opinor idem quod nos senserat male me hercule de repub. & studiis meritò fuisse videatur, qui inuerta sua tâdiu subticuerit, cù præferti aliis multo leuioribus, ne quid acerbius dicâ edēdis, vulgo se ostentare soleret. Ac ne quis forte suspicetur hominè eloquentè rudia impolitaq; aliorū scripta ornare, & expolire, quod haud scio an tolerabilius sit, illud dicâ quod paulo humanijs institutis perspicere licet, hunc hominè scriptoribus à poeta notatis similem prorsus videri, qui carmine fœdo, splendida facta linunt, & cæt. Nam quæ ab aliis cōmode & luculè tradita sunt, hic barbarè inepiq; describere solit⁹ est, credo, ut ea quasi cœna quodam aut fuligine oblita difficultius agnoscatur; & authore suū (lapsus sum, interuersorē dicere volebā) magis referat. Hac arte vir ingeniosus, ut quidē videri cupit, sed veram glorie viam penitus ignorans, tanto huius seculi theatro se imponere, & fucum facere posse confidit, ea est hominis stolida ambitio, cæcitas, & vecordia. Non expectas opinor Balduine ut tibi eius nomē edā quem ita depictū à me vides, cum is, furtorum huiusmodi nomine, vulgo notus sit magis quam nobilis, & velut quidam Autolicus hodie inter iuris ciuilis professores ha-

beatur. Ac quā plurimos nominare possem grauiissimos nostri temporis iureconsultos, qui partim voce, partim literis, crebro apud nos ea de re conquesti sunt. Quorū qui mitiores ac homini & quiores videbantur, non imperitum quidem illum, sed minime cādidum & quo quis Coraci illi siue coruo Ouidiano non adeo dissimilem esse contenderent, qui ab Apolline missus ad aquam ex viuo fonte hauriendam fertur. Conspēcta nanque sic cuius erant adhuc pōta duriora quam ut legi commode posseint; immemor imperii tādiu sub arbore sedit, dō nec ea māturererent dulcescerentque. Deinde iam satur ad Apolinem tandem redit fictam morā suā causā adferr, & fontem obsessum fuisse comminiscitur. Sic iste (dicebat illi) ad viuos illos fontes, qui ad mortalium sum ita comparati sunt, vt ad eos nemini aditus negetur nunquam bona fide accedit, sed interim dum se ex illis haurire simulat, alienis fructibus legendis intēdit animū. Qui postquam in boni intentiū patris familias prædī diligentī cultura, labore, & industria mātūritatem aſſectū sunt, eos diu captatos expectatosque deuorat. Ad extreñū mendacia culpæ addens, vt de coruo illo poēta scribit, non homines modo, sed deum etiam ipsum falere nīritur. Quidam alii non insulsi profecto homines etiam atque etiam videndum huic esse dicebant, ne si bī idem quod Coraci Aſtropico accideret qui cum efūriens serpentem in aprico dormiente rapuisset, confeſſum ab eo morsus interiit. Sed quid ego plura apud te perinde quasi hodie quisquam nostri ordinis reperiatur cui hec notiora atq; exploratoria sint quam tibi. Quo igitur sim animo, & affectu in hunc hominem queris? Equidē quod ad me priuatim attinet risum potius quam stomachum hæc iocularis impudentia insolentiaque mihi commouet. Quamquam inficiari nolo ubi primum in ea loca incidi que de arbitriis actionibus, dē in item iurando, de seruitutibus, de diuisione fructuum inter cōiuge s

Juges soluto matrimonio , & aliis quibusdam difficulti-  
 mis iuris nostri questionibus, à me tanto ante conscrip-  
 ta perulgataque fuerant, stupore quodam insolito me  
 perculsum, correptumque fusse, donec sensum me colli-  
 gens, hominiſ leuisimi vanitatē risu, aut miseratione ma-  
 gis quam stomacho dignam iudicau. Dicā amplius et si  
 incredibile tibi forsitan videbitur, Ego mi Balduine, ma-  
 ximas ei gratias tamquam pro accepto beneficio agendas  
 esse fateor idque Anyti illius exemplo erga Alcibia-  
 dem, cuius nata est historia, Cum enim suppelleat item  
 nostram eodem iure totam compilare posset quo par-  
 tem auertit homo liberalis & perhumanus res quasdam  
 ex ea minime contemnendas nobis reliquit. Sed ex-  
 tra iocum, tametsi ob iniuriam priuatim acceptam non  
 multò factus sim commotior, eamque animo æquo non  
 solum forti feram, tamen ut de ipsis plagiariis quod sen-  
 tio liberè eloquar, hos ego publico odio, & coercitione  
 dignos tenseo, quod multum noceant studiis, & nō  
 minus rempublicam lədant, quam ii in quos lege Fa-  
 bia animadueritur. De studiis in vniuersitatem nunc non  
 est dicendi locus, sed de iure tantum ciuili & Romano  
 quod non multis ante nos seculis instaurari cœptum  
 est, sed ab indoctis hominibus & εμούσοις, Tam infeli-  
 citer tractatum ut in tam præclaro opere sarcendo,  
 in quo magnum quasi cursum ad laudem apertum es-  
 se vides, eruditissimi quique nostri temporis gloriam  
 sibi parare studeant. Est enim vna hæc merces propo-  
 sita honestissimo ac reipublicæ pernecessario labori,  
 cui nullum satis dignum rependi præmium potest,  
 memoria quedam nominis & apud bonos doctosque  
 viros exillimatio, qua mercede ac remune-  
 ratione sublata, quo euasura sit res difficile non  
 est tibi præsertim iudicare. Meministi illud Xeno-  
 phontis eosdem labores non æque graues esse impe-  
 ratori & militi, quod laborem imperatorum honos le-  
 uiorem faciat. Itaque reipub. non minimum interest,  
 ut qui in hoc ut dicam campo exercentur, & ex-  
 currunt

currunt, virtute & industria inuicem, non fraude & malitia certent. Alioqui periculum est ne eorum qui ingenui alti<sup>q</sup>; animi sunt tandem frigescat impetus, si gloria iure sibi debita ab alio quopiam maligniore, sed minus industrio fraudentur. Scite Chrysippus apud Ciceronem. Qui stadiū, inquit, currit eniti & contendere debet quam maxime possit, ut vincat, supplantare eū qui cum certet, aut manu depellere, nullo modo. Sic in vita sibi quemq; petere quod pertineat ad usum, non iniquū est, alteri diripere ius non est. Scio plarisq; eruditiois nomine, claris hac tempestate hominibus hunc scribendi morem probari, ut nihil de re quapiam dicatur, nisi cirtatis adynū authoribus si qui sint qui pri<sup>o</sup> ea de re aliquid scripsérint. De quo quid in vniuersum sentiā necesse nō habeo nunc dicere. Certe non adeo morosus censor se uerusque sum, ut scriptores omnes ad crebram hanc aut horum commemorationem adigi velim. Verum quae in singulis scriptoribus præcipuā quandam ingenii doctrinæque laudem merentur, boni candidique viri non esse arbitror, sed maligni poti<sup>s</sup>, versuti, ac fraudulēti, ea profūs usurpare, ut honoris velificetur suo, & partam aliis gloriam in se transfundat. Idque tametsi præceptionibus certis vix definiri posse videatur, ac ideo cauillari facile sit, & latēbram fallacie aliquam inuenire, iis qui eo nomine insimulantur tamen fit nescio quo modo vt quid viro bono atque sincero hic conueniat, homines non hebetes satis ex re nata perspiciant ac iudicent. Nec sane nouum est, ab istis librorum suppilatoribus, ut a furibus aliis latronibusque poenas expeti. Ac huius rei luculentū & memorabile exéplū refert Vitruvius lib, 7. in hanc sententiā Ptolomeus Philadelphus postquam in clytam illam bibliothecam Alexandriae comparauit in qua septingenta voluminum milia fuisse dicuntur mūs. & Apollini ludos certamenque literariorum ibidem dedicauit, propositis præmiis & honoribus iis qui superiores discessissent. Cum autem ex iudicibus septem confidentibus in eo conuentu sex rogati sententias ampliora iis præmia decernerent quos animaduertenterent multitudinē

multitudini placuisse, septimus nomine Aristophanes qui longo iam tempore in ea bibliotheca versatus fuerat eum ceteris anteponere non dubitauit qui populo minime placuisse. Sed ea re tam rex quam ceteri omnes vehementer indignati sunt. Proinde surrexit Aristophanes & venia imperata, factoque silentio eum quem nominauerat solum poëtam esse, ceteros aliena recitauisse confirmauit. Admirante vero populo, & rege dubitan-  
te fretus memoria dicētis è bibliothecę armariis magnā librorum copiam depropmisit eosque cum recitatis conserendo recitatores ipsos qui regi, multitudinique suum fecerant, ad turpem ignominiosamque de se confessionem adegit. Itaque rex eos ut furti conuictos dā-  
nauit, Aristophanemque muneribus amplissimis ornatū bibliotheca sua prefecit.

His profecto non dissimiles sunt nostro tempore quī vt priscos authores linguae latinæ diligenter euoluisse, & humaniores quæ dicuntur literas cū iurisprudentia cō-  
iunxisse videantur loca ex eisdem authoribus multa pas-  
sim inculcant quæ ex vulgaribus Grammaticorum lexi-  
cis eos mutuari, aut suffurari potius compertum habe-  
mus. Nam se in veteribus scriptis quæ tertio quoque  
verbo citant, studiose multumque volutatos esse quē-  
admodum queso tibi tuique similibus fidem facturi sunt  
cum genū ipsum scribendi quo vtuntur eos non  
modo tolerabilem aliquam dicendi scribendique fa-  
cultatem sibi comparasse, sed ne puerilibus quidem li-  
teris imbutos esse satis arguat. Nam sicut qui in sole  
ambulant etiam si aliam ob causam ambulent, sit na-  
tura tamen vt colorentur, ita fieri non potest quin le-  
gendis veterum libris, purior, elegantior, copiosior  
efficiatur oratio nostra, quamvis nullam ex ea lectione  
vtilitatem ad dicendum aucupemur. Nec eo hæc dico  
quod eorum institutum non probem, qui ex iis Gram-  
maticorū indicibus, & cōmētariis excerpūt quod ad iu-  
ris civilis interpretationē conducat, cum in plarifqz ma-  
gnam variamque eruditionem contineri sciam, sed qui  
hæc populo vt noua, inaudita, & sua venditant impru-  
dentiissimi merito iudicandi sunt. Accedit ad hanc im-  
pudentiam

pudentiam exaggerandam, quod furtam furtis cùmulantes, quicquid insignius extat atque eminet in recentibus commentariis nostrorum æqualium, qui paulo ingeniosiores, & politioris doctrina inter iuris professores sunt, id statim in sua scripta tacito authoris nomine transferunt & paucis quibusdam ex Bartolo atque Baldio commixtis hoc se assécutos purant, ut rara quadam, miscellaneaque doctrina prædicti esse credantur. Intelligunt enim hanc artem suam vix etiam à perspicacissimis quibusque hominibus nonnunquam percipi, cum ne his quidem aut vacet aut libeat plarunque in aliorum scripta inquirere Aristophanis illius exemplo cuius antem minimus, & ea sic expendere ac considerare ut iudicium de iis omnino fieri possit. Itaque fit interdum ut iuxta vetus proverbiū sint κέρατος ἀκελλευτικός μηδέπεται, sed vulgi tantum opinione nō etiam eruditiorum quorum isti iudicium non admodum curant fortassis modò placeant multitudini, quæ nihil audiit arripit quam nugasissimas quasque naïvias, & poëtam festuum imitantur qui cœnam suam conuiuis potius quam cocis gratam esse optat. Nam vulgus & imperiti laudare solent ea quæ laudanda non sunt, nec quid in unaquaque re sit virtutis possunt iudicare. Ac tametsi cum edocentur à peritis interdum desistant à sententia, tamen si penumero contingit ut ab ea opinione quam semel complexi sunt nulla ratione diuellantur, quod ne admoniti quidem verum peruideant, & qui eos erudire conantur in odii alicuius aut liuoris suspicionem veniant. Non possum mihi temperare quin tibi nunc referam, quod Budæus noster de Angelo Politiano quondam nobis domi suæ narrare solebat, idque se ex Iano lascare qui Politiani fuerat & qualis crebro auduisse confirmabat. Cum enim Politianus Florentia interpretationem Homericæ Iliadis in magna celebritate aggrederetur non sine ingenti ostentatione quæ de Homeri poëmate prescripta sunt ab Herodoto, auditoribus suis è suggesto recitabat, quo tempore Herodoti liber Græce scrip-

ce scriptus à nullo adhuc conuersus in latinam linguam,  
nec typographorum formis excusus erat . Itaque  
Lascaris qui tum honoris ac dicis causa numerum au-  
ditorum augebat , cum paucis quibusdam aliis græ-  
cè doctis hominibus qui non ignorarent vnde om-  
nia quæ pro suis recitauerat , haussisset . Is igitur pau-  
lo pòst ad hominem conuersus eumque seducens , dic-  
mihi quæso , inquit , Politiane , quo ore Herodoti  
opus insigne , quod ante tot secula conscriptum est  
in tanto cœtu ut tuum recitasti ? Cui mox subri-  
dens Politianus nunquam inquit putasse , Iane , homi-  
nem Grecum adeò eius artificiū rudem & ignarum  
esse , quo apud multitudinem existimatio , & fama  
comparari solet . Quasi verò , inquit , non satis intelli-  
gam , tres aut ad summum fortassis quatuor vos hic  
adeste , quibus Herodoti libros aliquando inspicere  
contigerit . Sed quænam hic sit turba nobis applau-  
dentium & in cœlum laudibus ferentium vides , apud  
quos si existimationem nostram , quod minimè spe-  
ro , vel tantillum lädere volueritis , oratio profectò ve-  
stra ut gloriæ nostræ inuidentium hominum non mul-  
tum fidei ponderisque habitura est . Hoc exemplo ad-  
monemur Balduine , qua arte ambitiosi supra modum  
homines iidemque versuti ac malitiosi auram popula-  
rem captent , vtque inanem aucupentur rumorem , &  
omnes umbras etiam falsæ gloriæ consequentur . Quod  
cum per se fœdum & à viro bono alienum , tūm eo-  
hominē per quām indignum est quise iurisconsultum  
profiteatur . Nec vlla res quale cuiusque sit ingenium  
in reliqua vita magis indicat & ostendit , Philippus Ma-  
cedonum rex quendam è numero iudicum summo-  
uit , quod eum tingere barbam & capillos resciuisset ,  
dicens , qui in capillis fidus non esset eum in rebus ge-  
rendis dignum minime videri cui fidatur . Quanto  
iustius degeneres huiusmodi homines ne quid grauius  
dicam , & illiberali ingenio prædicti à reip. gubernaculis ,  
& vero à honorū omniū consortio procul arceri debet .

Sed ad



Sed ad nostrū Autolicū reuertor, quē vt lege veluti Fābia reū postulē & insecter aperte multi à me nō pœnitē dæ authoritatis viri efflagitāt, aliis leuissimi hoīs septias que sui mores satis vlciscātur cōtēnēdas esse dicitatib⁹. Ego verò eam accusationē nō prius instituendā putauī, quā tuam simul, & clarissimi istius vestri cōvētus ac quo rundā fortassis aliorū nō Galliq modo nostra sed Italię etiā ac Germanię, illustriū iuris professorū, quorū apud me grauis est authoritas sententiām elicuero. Causa enim huiusmodi est vt nō aliorum magis iudicūm cognitio- nem pronūtiationēq; desideret. Scito aut̄ Baldūine rerū omniū cōmentarios iam me paratos habere, & ita me in causam incubuisse, vt nullo negotio reū peracturus mihi videar. Nam etiā nō ignorem quid ab eo dici possit nō dicā qui semel verecūdia fines trāsiliit sed qui si ontē omnino perficiuit, tamē ita me causam hāc acturū pol- liceor, vt nō modō signis & argumētis luce clarioribus, sed & testimoniis quoq; ac documentis oīa confirmē, & iudices in rem vt dicitur præsentē ita perducā, vt quālibet cōfidents reus tantū crimen vix sustineat. οὐ πέπερι δίδασκαλος θεοφάνεια Σιγόρης ἀνάγνη καὶ πατέρων σόμα. Etenī feci nō inuitus vt scriptorū nostri téporis qui ali- cuius noīs sunt lucubratioēs in iure ciuili atq; pōtificio percurreré ac euolueré, quo facilius perspicere fucū im postoris nostris & si opus fuerit indicarē etiā ac pate- facerē. Quid queri? Corniculam Horatianā planē mihi deprehēdīsse videor, quam furtiuis nudare coloribus nihil mihi difficilius esse puto, quam Aristophani illi p̄ctarū Alexandrinorū furtū detegere, ac conuincere. Sed vestrum hac de re iudiciū vehemēter expecto, nec aliter cū homine congregē, & in aciem descendere statui, quam si institutum nostrū ad reip. decus, & commodum spectare tibi tuiq; ordinis hominibus visum fuerit Mihi enim animus nō est ob priuatā iniuriā ἀπεκκτορυ πόλιμορ πολιμητηρ καὶ μάχτοθαι. Verum publicā causam suscipe- re nobis præsertim authoribus in honestū, aut indecorū nobis qui potest esse? Nā nec domestica nos exēpla de- ficient, cū Budæus atq; Tyraquellus ambo eruditio- nomine

nomine suspicidi cū plerisque aliis idē aliquādo factarint. Periculosem verò multo minus futurū est, cū eo aduersario certamē qui ut aliū Homeri versum usurpē  
 γύμνος ἀτιρκόρυθος τε ηγετησιος οὐδ' ἵξιπιγχος Verūenim  
 verò longius me iam lapsū esse video, quām fortassis patr erat, & modus epistolæ patiebatur, itaq; finē prolixiori huic sermoni tandem faciēs ad reliqua tuarū literarū capita venio. Cooptatū te in iuris doctorū collegium, & vnu ex omnibus delectū cui nos velut emeriti, lampadē cursu traderemus valde ita me deus amet, lator. Quē enim mihi aliū successorem magis optauerim, quām qui exasciata isthic a nobis opera expoliat, & puram germanamq; iurisprudentiā à sophistarū barbarorumque impetu quibuscum diu nobis στρατευόμενος fuit, in ista schola tueatur ac vindicet. Id quod sciliciter te p̄staturū, si nerois in ea re tuos omnes contendas spero atq; confido. Nam quod nō ignorare te aīs quid sit post Roscium in scenā prodire ut ab homine amico modestissimoq; dictum amplector. Dissidentiam vero nullā in eo negotio aut hæfitationē probare possum. De collega nostro ita velim existimes nihil vñquam magis p̄tēre expectationē nobis accidere potuisse eo libello, quo non leuiter ab eo nos perstrictos intelligis. Verūm  
<sup>anmerk.</sup> is cōtra quām forte sperabat, cum viro forti constantiq; certamen se instituisse ad extremū cognouit, & fragili querens illidere dentē offendit solidō. Apologiā tamē quæ est, & non mea quod vererer ne hominē non vulgari amicitia mihi cōiunctū nimis exacerbaret sepeliēdam omnino ac delendā curauit. Amicis quos isthic habemus non paucos salutē dicio meis verbis, nominarim Alabatio nostro ædicularē palatinæ ac regiae præcētori viro optimo & literarū literatorumq; amatiissimo, cum quō mihi ea necessitudo iampridem instituta est, ut eius nulla me vñquam capere possit obliuio. Quod aut̄ cum eo hominē tibi nō mediocris familiaritas intercedit, ego verò, eo nō nomine impēdīo magis te amo. Nā de cōiunctione vestra & quotidiana cōsuetudine, nuper iucundum nobis attulit nuntium ornatissimus p̄f̄sul Sebaſt.

Alba

Albaspineus, & utriusque vestrum mirifice studiosus :  
cuius ego adhuc cotubernalis sum meque impense ro-  
gauit, ut salutem vobis adscriberem. Vale Idibus Ja-  
nuarii 1549.

## FINIS.

INDEX RERVM IN-  
SIGNIORVM QVAE HIS COMMEN-  
TARIIS CONTINENTVR.

-  VID sit aequitas naturalis, & quomodo  
distingatur à civili. pagina. 54.  
Vscacionis causam esse aequitatem ciui-  
lem magis quam naturalem. pagina 56.  
Cur non ex omni conuentione detur a-  
ctio, cum fidem seruare natura aequum sit. pagina 57.  
Cur aduersus ingratum actio non detur, ex Anneo Se-  
neca. pagina 58.  
Primum iuris præceptum, quod est, Honestè viuere,  
quomodo accipiendum sit. pagina 58.  
An ex omni pactione nascatur obligatio naturalis, &  
quenam ea sit. pagina 58. & seq.  
Fidem hosti datum ab homine priuato fernandam esse  
contra receptam opinionem. pag. 61.  
Pactum videlicet appellatum sit. pag. 63.  
Pactum pro omni conuentione non accipi: & quid à  
Pactione differat? pag. 63.  
Loca Ciceronis explicata lib. 2. Rheto. ad Heren, &  
lib. 2. de Inuent. pag. 65.  
Pactum aliquando nudum esse, aliquando causam ad-  
adiunctam habere. pag. 67.  
Aemilii Ferreti sententia de pacto conuento. pag. 67.  
Quid inter pactum & pollicitationem interfit. pag. 67.  
Cōuētōnis verbū latī patere quā Pacti cōuēti. pag. 69.  
Quid sit transactio, & in quo differat à Pacto. pag. 70.  
Explicata l. i. ff. de transactio. Cuius verū sensum nullus  
adhuc

ad huc interpretum asseditus est.	pagina 71.
Ex stipulatione naturalem nasci obligationem.	pag. 72.
Qua ratione stipulatio dicatur imitari naturam contra- ctus super quo interponitur.	pag. 73.
Chirographi, aut tabularum debitori redditarum, quis sit effectus?	pag. 75,
Pignoris item redditii quis effectus sit.	pag. 78,
Quae sunt prædia tam urbana quam rustica, aliter decla- ratum, quam à ceteris.	pag. 79.
Interpretatio l. Certi iuris. C. de loca.	pag. 81.
Male peti apud Iureconsultos quid sit?	pag. 83.
Interpretatio legis, item quia. §. idem Iuliano. præter communem aliorum sententiam.	pag. 84.
De cōventionū diuisione in eam, quæ ex publica causa est, & quæ ex priuata, &c. quid sentiendū sit.	pag. 85.
Conuentio facta à principe quam vim habeat?	pag. 87.
An magistratus reo impunitatem promittens, si cohitea- tur, fidem fernare dēbeat.	pag. 88.
An duces belli de pace, aut inducīs quicquam pacisci possint?	pagina 90.
Legitima conuentio quæ dicatur.	pag. 92.
Donatio an contractus, & qualis contractus sit.	pag. 95.
Ex pacto, cui accedit causa, quenā actio def. pa. 96. et sc.	
Actio præscriptis verbis, & in factū, cur dicatur.	pag. 97.
Interpretatio l. naturalis. §. sed si dedi. de præscrip. ver.	pag. 97. & seq.
Falso. l.i. de leg. i. Vlpiano attribui, & constitutionē Iu- stiniāni eam esse.	pag. 98.
Interpretatio §. qd si faciā. d.l. naturalis.	pag. 99. & seq.
Refutata Alciati sententia in interpretatione huius ver- bi συνελλεγμα.	pag. 100.
Συνελλεγμα nihil aliud quam contractum esse.	pag. 101.
Actionem præscriptis verbis, seu in factū, ab actione, De dolo non excludi: & ciuilem actionem dupliciter in iure accipi posse.	pag. 102.
Actionem de dolo, quæ verbis in factū temperata est, perpetuam esse.	pag. 103.
De actionibus, quas Natiuas, & Datiuas vocant, & de	

- veteri ritu dandorum iudiciorum apud Romanos  
altius repetita disputatio. pag. 104.  
Dare actionem, varie accipi apud Iureconsultos. pag. 107.  
Pactum nudum à Iureconsultis, & vestitum à sophistis,  
quid dicatur. pag. 108. & seq.  
Cur tam pacta conuenientia, quam exceptiones quædam  
inesse dicantur bona fidei iudicis. pag. 109. & seq.  
Pacta conuenientia strictis quoque iudicis inesse. pag. 110.  
Quæ sit natura eius actionis, quæ dicitur Præscriptus ver  
bis, & ex quibus causis ea cōpetat? aduersus omniū  
interpretū, qui adhuc scriperūt sententiā. pag. 112.  
Quæ pacta in ingressu contractus fieri dicantur, contra  
recentiorum opinionem, qui paradigmaticæ parti  
culæ vīm non perceperunt. pag. 117.  
Pacta de his rebus interposita, ex quibus substantia vē  
ditionis consistit, quam potestatē habeant. pag. 118.  
Interpretatio. I. pacta cōuēta, de contrah. emp. pag. ead.  
Quid sit Regula, & quamobrem causæ coniectioni à  
Sabino comparata sit. pag. 121.  
Quæ sit repetita pacti cōuentio apud Vlpianū. pag. ead.  
Verbum Seruabo in edito pretorio de pactis conuen  
tis quod Bartolus se ignorasse confessus est, quomodo  
accipiendo sit. pag. 123.  
Pacta in rem ab iis quæ in personam sunt, quomodo di  
gnoscantur. pag. 123.  
Doli mali quæ sit vera diffinitio. pag. 125.  
Dicis causa, verbum quo sensu apud Caium accipi de  
beat. pag. 127.  
Stipulationem pactis conuentis subiici solere. pag. 128.  
Pactum pro scriptura nonnunquam accipi. pag. ead.  
Locus apud Vlpianum emendatus qui vulgo corru  
ptus circumfertur. pagina 129.

*EX EPITOME, SEV PARTI  
TIONE RERVM NON OM  
NIUM, sed quartundam præcipuarū, Index.  
Quid pactum & pactum conuentum sit. pagina 131.  
Quæ sit legitima conuentio & iurisgentium. pag. ead.  
Divisio*

- Diuisiones paſtorum pag. 133.  
De pſonis quæ pacisci poſſūt, quæq; nō poſſūt. pag. ead.  
Hoc verbo, Videamus, aut videndum eſt, Iureconsul-  
tos plerunque ſententiam ſuam exprimere, quod ab  
interpretibus animaduersum non eſt. pag. 134.  
Procurator omnium rerum, Vniuersorum bonorum,  
Totorum bonorum, quis dicatur. pag. 135.  
Cur is, cui mandata eſt actio, procurator in rem ſuam  
appelletur. pag. ead.  
De quibus rebus pacisci poſſumus. pag. 137.  
Pactū inter emptorē & venditorē factum, vt re euicta  
venditur nō teneatur, adeo valere, vt ne ad pretium  
quidem reſtituendum eo caſu teneatur: licet opinio  
contraria vulgo recepta ſit. pag. ead.  
Pactum de futura ſucceſſione, quam ob cauſam legibus  
improbatum ſit. pag. 138.  
Verus & germanus ſenſus l. ſi. tibi, in princ. de pactis. &  
l. rogaſti. §. ſi tibi. ſi cert. pet. pag. 140.  
Quomodo paciſcendum ſit pag. 141.  
De effectu & potestate paſtorum. pag. ead.  
Ex pacto non naſcitur actio. ead.  
Ex pacto naſcitur exceptio. ead.  
Nudo pacto dominium non tranſfertur. pag. 142.  
Interpretatio l. traditionibus. C. de pact. ead.  
Pactū ipſo iurē actionē, ſeu obligationē nō tollit. ead.  
Breuis & dilucida interpretatio. §. pactus ne peteret. l. ſi  
vnus. de pact. ead.  
Pactū generaliter conceptū in omnibus nocet. pag. 143.  
Pactum de vna re, aut cum vna perſona factum, ad alia  
non porrigitur. pag. ead.  
Pactorū in rem & in perſonā quæ ſit potestas. pag. 144.  
Interpretatio l. fideiuiſſoris. de pact. quæ in Cod. Nori-  
co non recte punctis diſtincta eſt. pag. 145.  
Obscuritatem paſti véditori magis quam emptori no-  
cere. & obiter explicata l. Veteribus. de pactis. quæ  
vulgō male intelligitur. pag. 146.

FINIS.

ERRATA. sic corrigit.

Pag. Versu.	legi debet	Pag. Versu.	
1 8	peutori	44 10	vobis
4 9	Ac tamēſi	47 21	tertius hic
9 20	παρεργως	47 23	obſoleſcant
9 30	ἰπανοθεωμετ του βο-	51 14	no ſolum καινων καινων, ut dicitur, veruetiam καινων καινων
	μιαν		
9	in margine delēda ſunt hæc verbal. vbi cūq; de fideiuſ.	52 vlt.	hærere
10 1	poſt verbū ſolet legēdū eſt in margine: l. vbi- cunq; de fideiuſ.	55 30	diximus
11 28	nonnulla	58 16	profluxiſſe
17	in margine, cum ſimilibus.	64 14	προσιμω
19 11	confuerunt	ead. 35	coſiderauerimus
21 29	Quod Corneus	67 36	cum iſ cur aliquid
21 35	id eſdem	69 6	pacificue
22	in marg. l. capitaliū de peen. l. liet capitalis de verb. ſig.	ead. 7	hæc quoque
23 25	διπροσδιόνυσος	70 3	ſignificari, quod
23 31	hætantum	ead. 21	diſcretiōes
23 36	ſequuntur	ead. 22	dirēptiōes; litis, trāſactiōes
24 14	Porro	72 1	reperitur
25 25	que ad reſtituendum	ead. 12	τιχυνοις
25 35	merum commentum	ead. 34	cuſtodiſſe
27 27	rem raptam	74 in margine, l.i. ſ. couenitionis	
27 28	arbitrariarum	ead. 24	obſcurius
31 18	legis Aquilie	ead. 25	etiam tacito conſenſu
31 23	plerunque à veri	75 pen.	gnauus
31 25	Anſoninum	79 17	teſtōque
32 14	in re danda	ead. 27	Florentinus
33 6	vim rapiunt	ead. 29	adifciūm
35 22	Atque hinc	ead. 34	Varroni
35 29	alligari	80 7	genero uſus diſtingui
36 17	vindicandum	ead. 24	obligati
37 33	fuisse	ead. 32	ſeparantur adiſciūs
41 7	τηρετικού	ead. 36	reſcripto
43 6	non multis ante annis	81 17	idonea
	hæc cinitas	83 2	emendationem
		87 34	necesse f
		ead. 36	reſcripti.g
		ead. 37	vifa eſt: dele literam.g

ERRATA.

Pag. Vers.

90 17	Numantinia	118 17	quæ mancipi sunt
91 19	Acurſi⁹ atq; Bartol⁹	119 30	tertia
92 2	πάντας οὐδεὶς	121 14	delendum est, quæ
ead. 4	διακρίνει	123 10	sed inscitiae
ead. eod. vīχηρ		125 23	in arte Dealecticia
94 22	δέοντε	126 9	δίκαιος
ead. 23	ταῦς πολιτεύεις ποιή-	ead. 10	σκηνὴς
	εσσι	127 3	Senatuscon. Sillan.
96 4	que nomen nō habet, actionem non facit	ead. 14	Cay de imaginaria
97 11	incertam actionem	128 32	Titius spopondit
99 in marg.l. Labeo. de ver. sig.		ead. 33	probaretur
100 2	Facio ut facias	129 32	cæptam
ead. 34	interpretati	ead. 33	semetri
101 11	ψιυδομαρτυρία	130 5	ei velut scriptorū
ead. 13	κοκκυρία	133 28	pacientium
104 15	veterem	138 2	faniores
105 11	præscriberet	139 25	ipſis ostenditur
ead. 27	inficiabatur	140 13	in τῆς προαιγίστος
ead. 29	debere	ead. 30	contrahi
106 37	delenda sunt hec ver-		μάδ' ἀρ βος ἀπόλοιτος
107 5	ba. Plin. lib. 10. epist.	143 in margine post literā ſpone	εἰμι
	et quæ sequuntur post	literam g. ante hec verba	
	verbū meminerūt ad-	d.l. tres fratres h.c. et dein-	
	scribenda sunt in mar-	ceps h. et i	
	gine hec verba. Plin.	144 22	Scenula
	lib. 10. epist. et cæ-	ead. pen. confide iussoribus	
	ra quæ nos in superiori-	149 14	patiamur
	re pagina expūgenda	150 9	iunenili
	effe admonuimus	ead. 17	decendum
ead. 30	pro re subiecta	ead. 18	scriptores
108 pen.	diuidunt	151 31	iureconsultis
109 8	innuat	151 35	(ac ut verē dicam)
110 26	qua iudici	152 17	non cuius
112 27	ἀπ' ἐργ	ead. 28	arridens
113 11	quisquis	154 6	stvoλοσχιп
116 10	quam cessaret reddere	ead. 23	hominibus

ERRATA.

Pag. Vers.

- 155 32 obiiciat  
 156 3 vobis  
 ead. 11 vobis  
 160 11 τῷ φαρμάκῳ  
 ead. 13 ἀνεγκάστοι  
 ead. 16 γυμνάσσωθε  
 ead. 17 προσίνεται  
 ead. 19 τῷ τοιότωρ  
 ead. 20 τῷ πατέρικῷ  
 ead. 21 ρὸ δύνασθαι  
 ead. 24 διδαχθισμένη  
 161 19 disciplinæ  
 165 13 inuitum  
 ead. 17 percunctari  
 ead. 26 sermo meus  
 166 vlt. ventitanti  
 168 17 cederem  
 169 27 παιδίας  
 170 1 κόμψωρ  
 171 omisso fuit per incuriam titu  
 lus libri qui ita reponi debet.  
 Francisci Duarenii Iu  
 recōsulti Disputatio  
 num anniuersariarum  
 Liber primus.  
 172 16 aliquando  
 175 4 prouocare  
 181 in margine. Donatus.  
 182 11 contineri  
 187 10 sub tit.  
 ead. in margine. dele verbū p  
 ræmigraphi cū asterisco  
 ead. 30 ignarus  
 190 1 impendere  
 193 vlt. Latinæ  
 194 in margine. l. in fraudem. ff.  
 de iuge fisci

Pag. Vers.

- ead. 21 interuenit  
 198 28 emente e  
 ead. 29 post verbū Celsi. dele  
 literam e,  
 199 1 cum hic sexcentis  
 205 in margi. l. dotē de iure dot.  
 206 12 perperam a Curtio  
 ead. 26 Exin lāti  
 208 21 dele verbum suo, quod  
 est in initio versus. C  
 pone post verbū iuri,  
 ut sit iuri suo.  
 216 24 acute  
 ead. 34 Σπλαν  
 220 22 principum  
 ead. 26 magistratum  
 227 in margine. Cicer. lib. 2. de  
 orat.  
 228 6 deditorum  
 ead. in margine. l. hos accusare. ff.  
 de accusat. gloss. in crimi  
 nali 4. quæst. 3.  
 230 in margine. Vide Iustinum.  
 231 in margi. l. 2. C. de fid. dot.  
 ead. 18 præterea hastam  
 ead. in margine. l. qui sella  
 235 3 prædiorum  
 236 18 iudicis  
 239 25 iureconsultos  
 240 in margine. l. rescripto  
 242 6 ἵπτεχνήτηρ  
 ead. 8 δύνατορ  
 ead. 10 νομοθετικόντωρ  
 ead. 12 πάσκες  
 ead. 20 non possent  
 ead. 36 lib. 39. Q. Metellus  
 247 18 προσώπουτας  
 ead. 23 ταραχήσει ταῖσθεωρ



